Lactantius

4325

CORPVS SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XXVII

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI OPERA OMNIA

ACCEDVNT

CARMINA EIVS QVAE FERVNTVR ET L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.
MDCCCLXXXXIII.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

OPERA OMNIA

ACCEDVNT

CARMINA EIVS QVAE FERVNTVR

ET

L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

PARTIS II FASCICVLVS I

LIBRI DE OPIFICIO DEI ET DE IRA DEI
CARMINA FRAGMENTA
VETERA DE LACTANTIO TESTIMONIA

EDIDIT

SAMVEL BRANDT

PRAGAE F. TEMPSKY. — VINDOBONAE F. TEMPSKY — LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXXIII.



Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

VIRIS VENERABILIBVS

GVILELMO HOLLENBERGIO

PRAECEPTORI AMICO

GEORGIO THILONI

AMICO

EDITOR

Luigi von Kunits

PROLEGOMENA.

CAPVT I.

DE CODICIBVS LIBRORVM DE OPIFICIO DEI ET DE IRA DEI ET DE FRAGMENTIS PERDITORVM LACTANTII LIBRORVM VETERIBVSQVE DE EO TESTIMONIIS.

Ad librum De opificio dei[1] constituendum codices a me sunt adhibiti hi:

[1] Titulus libri est 'De opificio dei'. Nam etiamsi in codice Bononiensi est 'De opificio diuino', tamen illa forma auctoritate fragmentorum Floriacensium, codicis Taurinensis Epitomae, Parisini 1662, etiam Palatino-Vaticani 161 (cum Montepessulano 241 et Parisino 1664), quo accedunt duo testimonia Hieronymi, satis defenditur; qui loci infra p. 3 collecti sunt. Non minus dubito quin Lactantius scripserit 'De ira dei'. Habent sane duo qui extant antiqui codices Bononiensis et Parisinus 1662 'De ira diuina', sed haec forma, ut ego quidem existimo, in eos inrepsit ex communi archetypo hac quoque in re ut in multis aliis mutato, scilicet ut titulus 'De ira diuina' quam maxime concineret cum inscriptione 'Institutionum Diuinarum', quam a uera 'Diuinarum Institutionum' diuersam in archetypo fuisse subscriptione eiusdem illius Parisini 1662 et inscriptionibus subscriptionibusque Parisini 1663 ostenditur (cf. part. I ad p. 1, 1). Pariter sine dubio in archetypo illo, qui omnes hos tres libros continebat, inscriptio libri De opificio dei ita erat mutata, ut in adiectiuo 'diuini' cum inscriptionibus Institutionum et libri De ira dei consentiret. Sed Lactantium libro inscripsisse 'De ira dei' apparet ex ipsius testimonio Inst. II 17, 5: 'sed seponatur interim nobis hic locus de ira dei disserendi', ubi 'dei' (dī), quod habet Bononiensis, propter primas easdem litteras proximae uocis 'disserendi' in codicibus RHPV intercidit; pariter de ira 22, 1 'haec habui quae de ira dei dicerem' in Bononiensi et Parisino 1662 uox 'dī' proxima 'dicerem' expulsa est, restituta iam in codicibus recentibus; neque enim si argumentum libri spectamus, credibile uidetur Lactantium 'de ira' tantummodo scripsisse. Formam autem 'de ira dei' etiam Hieronymus tribus locis confirmat (cf. ad p. 67, 1), praeterea saeculo XII scriptor epistulae cuiusdam codicem

B Codex Bononiensis 701[1] saeculi VI uel VII. de quo dixi part. I p. XIII ss. LXXI ss. Continetur hoc in codice liber foliis 246ᵘ—269ʳ. inscriptus 'De opificio diuino lib. VIIII'. Quae de manu altera (B²) et de tertia (B³) ibid. p. XXV s. exposui. etiam ad hanc partem codicis ualent. Addendum tamen est hoc in libro manum tertiam inseruisse locos nonnullos. quorum quidam haud inscite conficti speciem quandam originis Lactantianae prae se ferant (cf. ad p. 6.

nunc perditum eodem titulo usus rogat (cf. ibid.). — Quibus temporibus duo illi libelli a Lactantio scripti sint et de aliis quaestionibus quae ad eos pertinent. dixi in disputationibus *Ueber das Leben des Lactantius. Sitzungsberichte der k. Akad. d. Wissensch. in Wien.* uol. CXX commentat. V p. 26 ss., et *Ueber die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lactantius und des Buches De mortibus persecutorum.* ibid. uol. CXXV commentat. VI p. 10. 14 ss. 21. 61 ss. 134; praeterea disputationem edidi *Ueber die Quellen von Lactanz' Schrift De opificio dei, Wiener Studien* XIII (1891) p. 255 ss. Fortasse in ea locos similes qui sunt in Lactantii libro et in Nemesii 'De natura hominis' inscripto etiam accuratius persequi debebam quam factum est; haud paucis enim locis quos p. 277 ss. non nominaui, eaedem res simili quadam ratione attinguntur.

[1] De historia codicis Bononiensis hoc addendum est. Habet codex in inferiore margine folii 251ᵘ a manu non ipsa prima. sed aequali scriptum *Mauri l.* quod interpretabar *Mauri liber.* Quare cum Olindum Guerrini. bibliothecae Bononiensis praefectum, qui etiam de lectionibus quibusdam codicis humanissime me certiorem fecerat, per litteras rogauissem. num forte Bononiae uel in agro Bononiensi esset monasterium uel ecclesia Sancti Mauri. cuius codicem illum olim fuisse existimari posset. is respondit nihil plane eiusmodi se inuenire potuisse. misit autem mihi enarrationem a Ludouico Frati bibliothecario Bononiensi accurate scriptam hanc *La biblioteca dei canonici regolari di S. Salvatore in Bologna* editam in *Rivista delle biblioteche.* Florentiae 1889, fascic. 13—15 p. 1 ss. Hac ex disputatione (p. 1 s.) discimus codicem Lactantii in inuentariis bibliothecae S. Saluatoris a. 1322 et a. 1429 factis nondum nominatum una cum aliis codicibus latinis graecis hebraicis a fratre Peregrino *(Pellegrino Fabretti)* Venetiis esse conparatum, maximam autem partem illorum codicum antea fuisse Dominici de' Dominici Veneti, episcopi Torcellensis (*Torcello* oppidum prope Venetias situm), postea uicari Eugenii IV papae. cuius ab heredibus ille a. 1532 emisset. Conferenda sunt etiam quae Cap. III, III de Aldina priore Egnatii (1515) dicentur.

10. 12. 11. 15, 18. 16, 2. 15. 22, 9. 26, 15. 36. 5. 39, 3. 9. 40, 15. 19, 5): quo factum est ut editores, praesertim cum illos a manu recenti demum adiectos esse nescirent, eorum quosdam a Lactantio scriptos esse crederent atque etiam probare temptarent. Sed qui accurate eos examinauerit, nullum eorum aut contextu uerborum aut continuatione sententiarum postulari intelleget. Cum nonnulli certe — nam non de omnibus constat — locorum illorum etiam in codicibus infimi medii aeui quibusdam legantur (cf. adnot. Buenemanni p. 1138 i et Lengleti II p. 74. 2. 78, 19. 80, 25. 81, 5. 86, 2. 101. 10. 111, 5.), apparet hominem doctum aliquem illius aetatis eos esse commentum. eum autem qui Bononiensem corrigeret, codice interpolati illius generis usum esse.

Codex Parisinus 1662 saeculi IX, de quo cf. part. I p. XXXVIII ss., librum De opificio dei in foliis 180^r — 191^r exhibet ut in Bononiensi inscriptum 'De opificio dī liber nonus'. Deest pars libri a c. 4. 19 (p. 18. 4) usque in c. 8. 16 (p. 31. 15), scriptura in eodem uersu continuata, ut pauca folia in eo codice ex quo P est descriptus intercidisse statuendum sit. Correxit codicem manus antiqua (P^2); de qua cf. ibid. p. XXXIX. — Librorum De opif. dei et De ira dei non solum conlatio mihi praesto erat a † Guilelmo Nolte ante multos anno facta, sed etiam ipse a. 1891 partem codicis hos libellos continentem contuli. P

Codex Valentianensis, olim Amandinus, in catalogi Mangearti (p. 120) numero 141, nunc n. 133 signatus, Mangearti sententia saeculo nono, mea iam octauo fortasse scriptus, altus 24, 5, latus 15 centim., ex 89 foliis constat, quorum in 56 prioribus liber De opif. dei exaratus est. Codex correctus est a duabus manibus antiquissimis, quarum una, quae raro animaduertitur, flauo, altera multo frequentior fusco liquore est usa: hoc certe post multas dubitationes et accuratam ac saepe repetitam omnium correctionum peruestigationem constare mihi uisum est. Ac tamen ne sic quidem omnibus de correctionibus ad certum iudicium peruenire potui multisque V

locis, inprimis ubi rasurae sunt, in dubio relinquere coactus sum, utrum prior manus correxisset an posterior. Sed incerta haec rei condicio propterea facile ferri potest, quia nulla correctio est eiusmodi, ut necessario a codice aliquo ad corrigendum adhibito repetenda sit. Saepe manus illae orthographica, in quibus id commemorandum est, nimis frequenter manum primam de geminatis consonantibus alteram omisisse, emendauerunt, quaedam etiam deprauauerunt, quorum locorum perpaucos in apparatu commemoraui. Saepe sustulerunt leues errores, interdum etiam coniecturis menda sanare temptauerunt. Has duas antiquas manus correctrices nota V^2 conprehendi. Sed etiam tertia manus (V^3) saeculi XVII uel XVIII codicem pertractauit pessimam tamen ei curam inpertiens. Nam cum multis locis scriptura euanuisset, haec manus eam atramento refecit non solum, sed interdum etiam ita obleuit, ut quae genuina scriptura subsit, aut difficillime iam aut non possit dispici. Extrema pagina codicis, fol. 56^u, tota ab ea refecta est. Eadem manus in fol. 1^r inscripsit *Liber monasterij sancti Amandj In Pabula ordinis divj Benedictj.* Quae inscriptio ab eadem illa manu addita cum in aliis quoque codicibus nunc Valentianensibus, antea Amandinis quos inspexi extet, qui codices etiam locos euanidos ab eadem refectos habent, bibliothecarium aliquem S. Amandi, hominem peruerse sedulum, malum illud codici intulisse apparet. — Cum a. 1884 Valentianae locos quosdam ex hoc codice delibassem, a. 1891 totum contuli.

'Vetustissimus' codex Erasmi eiusque editio

Hic codex a nullo adhuc editore adhibitus est excepto nisi omnia me fallunt Erasmo Roterodamo. Is enim a. 1529 (Basileae in officina Frobeniana) librum De opif. dei edidit subiunctum (p. 209—318) huic uel consolationi uel cohortationi: *Vidua Christiana per Des. Erasmum Roterodamum ad . . . reginam Mariam . . .*, introductum epistula ad 'Tielmannum Grauium siue a Fossa' data, in qua (p. 209) haec leguntur: *Id* (sc. Lactantii opusculum) *aliquot dierum opella partim ex editione Aldina partim ex uetustissimi codicis fide repurgaui mendis, in quibus reperias aliquot, quae nulla diui-*

natione poterant restitui. In breuissimis illis adnotationibus quas Erasmus undecim prioribus libri capitibus subiecit, haud raro 'uetustissimus codex' (p. 219 bis. 233. 234. 266) uel 'uetustus codex' (p. 220. 225. 234. 235. 243 bis. 254) uel 'uetus exemplar' (p. 277. cf. 284) commemoratur. Quas inter lectiones quamquam sunt quae etiam codicibus B et P aliisque sunt seruatae, tamen occurrunt etiam quae uno V traditae sunt. uelut p. 7, 17 *uim* BP. *uiam* V (falsa lectio), 'uetustus codex habebat *uiam*' Erasm. p. 225; 35, 15 *quo hominibus* (male), *non* (optime) *tamen solo* ... V. 'uetus exemplar habebat *quo in* (*in* per errorem sine dubio Erasmus addidit) *hominibus, non tamen solo* ...' Erasm. p. 277. *quo* (*quod* P) *in omnibus, sed tamen solo* ... BP; p. 42, 10 *obleuit ea* (optime) V. 'in exemplari manu descripto ... *obleuit*' Erasm. p. 284. *ob****lita* (*eu* eras.) *B*. *obpleuit ea* P. Possis suspicari Erasmum fortasse codicem habuisse e Valentianensi descriptum. At quamquam constat uiros doctos illius aetatis nimis fuisse promptos ad codices suos uocandos 'ueteres', tamen uix credibile est Erasmum hominem unum omnium litteratissimum, si codex ille fuisset posteriorum saeculorum, eum 'uetustissimum' appellaturum fuisse. Deinde concedendum sane est recentiores quosdam codices habere singulares plane lectiones e Valentianensi ductas: at inter multos eius generis codices quorum lectiones cum priores editores attulerunt, tum Lenglet congessit, nullus commemoratur qui unam de lectionibus illis libri Valentianensis praebeat. Iam uero si consideras Erasmum ab a. 1491 usque ad a. 1496 Cameraci uixisse atque etiam postea in regionibus illis esse uersatum, quid ueri est similius quam eum uisisse illo tempore celeberrimum monasterium S. Amandi atque etiam e thesauro librorum illic seruatorum fructum aliquem ferre uoluisse? Editionis autem Erasmianae maxima laus in paucis illis quas e Valentianensi recepit lectionibus posita est. Nam ut hic breuiter adiungam quid omnino de ea iudicandum sit, cito est, ut ipse indicat (p. 209), confecta ac sine studio diligentiore. Plerumque (cf. ibid.) editionem Aldinam a. 1515 secutus est, quaedam etiam ex

aliis editionibus sumpsit: e quibus editionibus nonnullas falsas lectiones non recepisset, si Valentianensem accuratius cognitum habuisset. Perpaucae quas ipse induxit coniecturae, de quibus unam ad p. 8, 6 attuli, nullo modo probari possunt. Monendum est autem non recte Buenemannum (praefat. fol. c 3; cf. p. 1183 f. 1204 g) e silentio Erasmi collegisse lectiones quasdam eius e uetusto illo codice esse petitas. Etiam reliquae Erasmi adnotatiunculae leues sunt atque obiter aspersae talesque quales doctrina hominis facile suppeditabat; iam post caput undecimum prorsus deficiunt.

F Praeter tres illos codices etiam fragmenta Floriacensia asciscenda sunt. Extat in bibliotheca Aurelianensi liber perquam mirabilis (n. 169), conpositus ex undeuiginti reliquiis codicum olim Floriacensium, antiquissimorum paene omnium. Fasciculus sextus decimus eius libri efficitur duobus foliis altis 28, latis 21 centim., quae litteris uncialibus sexti uel septimi saeculi per binas columnas tricenorum binorum uersuum scripta continent libri De opif. dei locos (fol. 1) c. 7, 3 (p. 25, 3) — 8, 6 (p. 28, 13) et (fol. 2) c. 11, 11 (p. 40, 18) — 12, 6 (p. 44, 13). Saepissime eo quod folia in librum iniuncta glutinataque sunt, cum marginibus primae uel extremae litterae uersuum perierunt. Correxerunt scripturam duae manus, una antiqua (F^2), altera multo posterior (F^3), praeterea in marginibus paucae notae tironianae sunt, partim euanidae. Descripsit codicem parum accurate Septier, *Manuscrits de la bibliothèque d'Orléans* (1820) p. 108, folia Lactantiana (et folium Cyprianeum, cf. Cyprian. ed. Hartel III p. IX et p. 461 'Addenda') contulit † G. Nolte, a quo C. Halm uarias eorum lectiones accepit. Cum a. 1884 Parisiis uersabar, felici casu contigit ut Leop. Delisle librum Aurelianensem studiorum quorundam causa in bibliotheca Nationali haberet. Ostendit mihi uir ille humanissimus usumque eius concessit. Itaque non solum denuo contuli fragmenta Lactantii, sed etiam librum perscrutatus sum totum. Postea cum Gotth. Gundermann a me rogatus etiam accuratiora de eo quae enotauerat misisset, descriptionem eius dedi commentatione hac: *Ver-*

zeichnis der in dem Codex 169 von Orléans vereinigten Fragmente von Handschriften lateinischer Kirchenschriftsteller. Sitzungsberichte der Wiener Akademie, uol. CX (1885) p. 167 ss. (cf. etiam additamentum datum in *Anzeiger der k. Akad. d. Wissensch. in Wien, Phil.-hist. Cl.*, 1885 n. XXIII). Qua ipsa descriptione effectum est, id quod ostendi *Berliner philol. Wochenschr.* 1886 p. 900, ut Ed. Hauler felici industria in foliis libri illius rescriptis quibusdam fragmenta Historiarum Sallustii inueniret litterasque antiquas munere gratissimo augeret.

HMS

Etiam in codicibus Palatino-Vaticano 161 (H), quem Reifferscheid Steuenson Petschenig saeculo decimo tribuerunt, Lud. Traube, *Centralblatt für Bibliothekswesen*, 1892 p. 87 exitu saeculi octaui uel initio noni esse scriptum demonstrauit, Montepessulano 241 (M) saec. IX—X, Parisino 1664 (S) saec. XII, qui codices, excepta parte quadam Parisini, eiusdem sunt familiae (cf. part. I p. XXXIV ss. XLVII ss.), particulae quaedam libri De opif. dei extant, c. 19, 1—8. 20, 1 s., cum inscriptione hac *De dì opificio, id e. de ratione Firmiani Lactanti ad Demetrianum* (cf. p. 3) Institutionibus subiectae: quas in H Nic. Mueller, in M et S ego contuli. — Codex antiquus quidam libelli interiit. In catalogo enim Bobiensi saeculi X (cf. Becker, Catal. ant. p. 67 n. 220, 221) habuisse eam bibliothecam 'libros II. Celii Firmiani Lactantii de opificio dei' legimus, alterum tamen eorum sine dubio codicem nunc Taurinensem Epitomae esse demonstraui (part. I p. LXXX adn. 1).

Praeter codices modo nominatos nulli sunt, quantum ego quidem scio, qui ad uerba scriptoris constituenda sint auctores. Maximus sane est numerus codicum libelli in bibliothecis seruatorum — centum quinquaginta fere sunt, qui eum cum ceteris Lactantii scriptis coniunctum continent, perpauci habent separatum —, sed aetate inferiores sunt antiquis illis, saec. XIV uel XV scripti. Deinde ex lectionibus multorum eius generis codicum quas priores editores maximeque Lenglet ediderunt, facile apparet nullum eorum dignum esse qui illis

antiquae memoriae testibus addatur. Quas autem pro corruptis antiquorum codicum lectionibus rectas uel probabiles praebent, eae ita sunt conparatae, ut facilibus coniecturis recentiorum hominum doctorum ortas esse statim perspicias. Multi recentiorum codicum textum habent ex P et V mixtum. Hoc ex
h numero etiam Glasgouiensis Musei Hunteriani est. signatus T. 1. 1 (cf. Haenel. Catal. p. 798) saec. XIV uel XV (h), cuius multas lectiones benigne mihi misit Io. Young Glasgo-
g uiensis, et Gothanus (g) Membr. I n. 55 eiusdem aetatis (cf. part. I p. LII), quos ad recensendam interpolationem dualisticam post c. 19, 8 insertam adhibui propterea, quia quamquam eam ductam ex P, uno tamen loco emendatam exhibent (§ 3 *prudenti manu* pro *prudentius maius*). Multi autem codices infimae aetatis ab hominibus eruditis non solum correcti, sed etiam insolenter interpolati sunt: ex uno eius generis, ut dixi, corrector multa in B intulit.

Iam pauca dicam de rationibus criticis in usu codicum illorum obseruandis. Atque primum quidem constat codices BPV et fragmenta libri quae sunt in F et HMS ex eodem archetypo originem habere. Hoc de BPV ostenditur conpluribus uitiis communibus (cf. p. 12, 15 ad *quid*; 17, 19 *sequitur*; 33, 14 *nasi*; 35, 19 *in*; 55, 14 *dicitur*; 58, 21 *per noctem*; 60, 8 *ille idem*), sed etiam in iis particulis libri quae in F sunt, eiusmodi testimonium occurrit: nam etiamsi p. 43, 11 in *intersecta* littera *s* facile in BPVF in *f* corrumpi poterat, tamen locus p. 41, 14 *frigoris pituita*, ubi *frigoris* nullo modo uerum esse potest, ea excusatione caret. Ac ne in fragmentis quidem quae in HMS extant, talis locus deest: p. 61, 10 enim *quod* plane non ferendum in BPVHMS legitur. Deinde non minus certum est archetypum horum codicum fuisse codicem illum (nobis Ω) qui scripta Lactantii in corpus decem librorum conprehensa continuit etiamnunc in B et P seruatum. Ad eum archetypum HMS quoque referendos esse part. I p. LVI ss. ostendimus, sed etiam V esse referendum hac ratione demonstratur. Vidimus (Proleg. ibid.; cf. etiam p. LXIX) archetypum Ω ab homine aliquo non indocto multis

locis uel correctum uel mutatum esse, quo factum sit, ut alii, neque tamen idem ubique, codices ex eo orti uitia, alii recta reciperent. Idem etiam in libro De opif. dei animaduertitur. Nam non solum p. 14, 16, ubi P recte habet *et*, B autem *ut*, V *ut et*, correctum archetypi locum ante oculos quasi habes, sed illa ratione etiam hae uariae lectiones explicandae sunt: p. 4, 1 *quam* P (recte), *quamquam* BV: 7, 19 *pellibus* P (recte), *pilis* BV; 46, 13 *nuncupatus* P et Isidor. de diff. rer. XVII, 82, *nominatus* (uox usitatior) BV; 35, 15 *non* (optime) V, *sed* BP; certa exempla, quibus recta codicis B lectio contra falsam codicum PV stet, praesto non sunt, qua tamen re ratio illa non euertitur. Etiam Floriacensis nunc mutilatus eiusdem illius sine dubio stirpis erat: neque tamen, cum tantulae reliquiae eius supersint, demonstrare operae pretium est. Uno loco p. 28, 9 in F *primorem* lectio melior est quam in BV *priorem* (P deest), sed quoniam facillime is error in BV accidere potuit, propter eum unum locum folia F nullo modo a communi ceterorum codicum origine segreganda sunt. Sed ut ad tres codices BPV redeam, ut consentaneum est in uniuersum quidem lectiones binorum de illis codicibus praeferendas esse iis quae tertio traditae sint, ita ex iis quae diximus apparet maximum momentum non esse positum in numerorum ratione, immo fieri posse ut lectio uno codice seruata uera sit, duorum testimonio commendata nihilo minus falsa. Maxime autem cauendum est ne codici B nimia fides habeatur. Nam quod iam in Institutionibus obseruauimus, multis interpolationibus cuiusque generis iam a prima manu in textum receptis eum inquinatum esse, id etiam in libro De opif. dei pariterque in altero huius uoluminis De ira dei ualet atque ita, ut hoc in genere et Parisinus et Valentianensis integriores quam ille sint appellandi. Omnino autem Valentianensi primum locum tribuam, sequitur Bononiensis, non magno interuallo Parisinus: qui duo codices, si omnium quae in iis sunt et uirtutum et uitiorum ratio habetur, non multum inter se differunt.

Libri De ira dei duo tantum antiqui codices sunt quorum fidem sequamur, idem illi qui corpus decem librorum Lactantii propagauerunt, B(ononiensis 701), in quo conplet fol. 222^r—246^r, et P(arisinus 1662), qui eum in fol. 163^r—179^u habet. In utroque 'De ira diuina liber octauus' est inscriptus, qua de forma tituli p. VII adn. 1 dictum est. Huius quoque libri permulti extant codices saeculo XIV uel XV scripti, plus centum quinquaginta, quorum cum non pauci lectionibus quibusdam nobis noti sint, nullus tamen est qui non ex B uel P sit ortus. Ex P etiam is codex descriptus est qui propius quam ceteri omnes ad aetatem duorum illorum accedit, Duacensis n. 219 saec. XII (cf. *Catalogue des biblioth. des départ.* VI p. 113), cuius multos locos in usum meum B. Rivière eius bibliothecae praefectus descripsit. — Codicis antiquioris qui interiit uestigium est in epistula codicis Tegernseensis, nunc Monacensis saec. XII (cf. Becker, Catal. ant. p. 228 n. 111, 11), qua quidam scribit: 'rogo ... ut .. mihi transmittere dignetis ... Lactantium de ira dei ...'

Loci sunt quidam horum duorum libellorum ita codicibus traditi, ut uera lectio coniectura restituenda sit. Errores quidam opera priorum editorum sublati sunt, alios locos Car. Halm emendationibus sanauit conlationi codicis B ascriptis, ego quoque quaedam correxi. Auctorum quos Lactantius aut secutus est aut uidetur esse secutus, nonnulli hac in editione appellantur loci in prioribus non commemorati, maxime Isidori Hispalensis, qui cum librum De ira dei, tum De opif. dei expilauit.

In orthographia aliisque quibusdam rebus ad apparatum criticum spectantibus eas retinui rationes quae part. I p. CVII s. expositae sunt, nisi quod codicis B in adsimilandis consonantibus praepositionum aliisque rebus orthographicis inconstantiam reddere nolui, sed scripturam quam maxime ad aequalitatem conformaui. In apparatu iis locis fere nihil adnotatum est: nam codicis antiquissimi omnium B quod genus sit scripturae ex prima huius editionis parte cognoscitur, qua

illam quantum fieri poterat expressi. reliquorum autem codicum hac in re ratio haberi non potest.

Lactantii librorum perditorum fragmenta primus collegit Fritzsche, edit. uol. II p. 286 s.: quibus unum (frg. VII) addidi. De libris perditis ipsis eorumque fragmentis disputaui quaedam *Ueb. d. Entstehungsverhältnisse* p. 123 ss., de fragmento V autem propria commentatione *Ueber das in dem patristischen Excerptencodex F. 60. Sup. der Ambrosiana enthaltene Fragment des Lactantius De motibus animi*. Heidelb. 1891, qua quibus de causis correxerim locos quosdam fragmenti, quod non integrum est seruatum, ostenditur. Hieronymi commentariorum in epistulas ad Ephesios et Galatenses locos quosdam uellem certis in fundamentis criticis positos a me exhiberi potuisse. Sed quia Petro Corssen, qui commentarios illos in Corpore Script. Eccles. Lat. edet, copia librorum manu scriptorum, id quod mihi scripsit, nondum facta erat, Vallarsii editione contentus esse debui.

Fragmentis uetera de Lactantio testimonia exceptis iis quae in apparatu commemorata sunt adiunxi et priorum quorundam editorum morem secutus et propterea, quia conplures locos inueneram nondum indicatos. Testimonia IV. V. XI Eruino Preuschen debeo. Existimabam autem, si ueterum locos quibus nomen Lactantii occurrit proposuissem, gratum id fore iis qui quidquid ueteres uel sciuissent uel sensissent de Lactantio cognoscere uellent. Ad Hieronymi De uir. inl. caput LXXX (testim. I) recte scribendum lectionibus optimorum codicum Italorum, quas Ioanni Huemer futuro eius libri editori debeo, adiutus sum. subscripsi eas quae mentione dignae uidebantur. In Parisino (olim Cluniacensi) *Nouv. acquis. lat. 1460* saec. IX caput illud ipse contuli. Ex Parisino 12161 saec. VII antiquissimo omnium codicum neque A. Schoene apud Herdingium (edit. 1879) p. XXXV quicquam attulit neque ego, cum ipsa illa pagina madore foedissime diluta sit, praesertim angustiis temporis pressus elicere potui.

CAPVT II.

DE PHOENICE CARMINE LACTANTII CARMINIBVSQVE LACTANTIO TRIBVTIS.

In carmine quod Phoenix inscribitur constituendo eosdem codices secutus sum in quibus Al. Riese, Claudian. ed. Ieep uol. II (1879) p. 190 ss. 211 ss., et Aem. Baehrens, Poet. lat. min. uol. III (1881) p. 247 ss. recensionem illius posuerunt. Sunt autem hi tres, eodem ex archetypo oriundi:

A Codex Parisinus 13048, olim Corbeiensis, tum Sangermanensis 844 (nobis A), uaria uariis temporibus descripta continens. Phoenicem carmen non tamen integrum, sed uersus tantummodo 1—110, habet in foliis 47ʳ—48ᵘ inter Venantii Fortunati carmina delatum, quae litteris longobardicis, ut Delisle iudicat *(Inventaire des manuscrits latins II, 1868, p. 86)*, saeculi IX, ut Baehrens existimat, saeculi VIII scripta sunt, ita ut Riese conuenienter VIII uel IX saeculo tribuat. Phoenicem hoc in codice esse primus Baehrens, Mus. rhen. XXX (1875) p. 308 in communem notitiam tulit, sed iam a. 1865 † Andr. Laubmann in usum Academiae Vindobonensis illum contulerat. Ego quoque a. 1891 Parisiis contuli. Egerunt de hoc codice Guérard, *Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque du Roi*, uol. XII part. 2 (1831) p. 75 ss., Riese l. c. p. 190, Leo in edit. Venantii Fortunati (1881) p. VIII, Car. Schenkl, Poet. christ. min. I p. 517; ego quoque Mus. rhen. XLVII (1892) p. 390 adn. 1 de conpositione eius quaedam dixi.

B Alter codex est bibliothecae capitularis Veronensis 163 (B), saeculi IX, in quo Phoenix post Claudiani carmina in foliis 14ʳ—19ʳ extat. Correxit codicem manus saeculi XIV uel XV (B^2) locisque quibusdam corruptis leues coniecturas adiecit. Descripsit eum qui primus inuenerat, Lud. Ieep in libello 'Philologos Germaniae Lipsiae congregatos m. Maio a. MDCCCLXXII salutant Scholae Thomanae magistri' p. 43 s. et in edit. Claudiani uol. I (1876) p. XXXII s., uarietatem lectionis ab eodem perscriptam edidit Ge. Goetz, Act. societ.

philol. Lips. uol. V (1875) p. 330 s. Usus est Baehrens sua, Riese et sua et Loewii conlatione. Horum apparatum hac in editione sum secutus, nisi quod de locis nonnullis, quibus Baehrens et Riese, plerumque propter prioris illius silentium, non plane consentiunt, certa habui testimonia, quae mihi benigne praebuerunt St. Haberda et P. Vignolo bibliothecae Veronensis praefectus. Iis locis quorum lectio auxilio horum uirorum iam constat, *sic* ascripsi. Eodem interdum signo addito omnes de lectionibus quibusdam codicum A et C dubitationes tollere uolui.

C Codex Leidensis Vossianus Q. 33, saeculi X, inter multa uarii generis scripta Phoenicem in foliis 73ʳ—75ᵛ exhibet. Descripsit codicem accurate Henr. Keil, Gr. lat. III 389 ss. Iam Nicol. Heinsius in carmine emendando eo usus est. A Nicolao du Rieu liberalissime Heidelbergam missum contuli.

Maximus est numerus codicum his tribus recentiorum. Carmen enim et in multis codicibus miscellaneis legitur separatim descriptum et saeculis XIV et XV a librariis saepissime ceteris scriptis Lactantii adiunctum est. Sed quamquam prioris generis libri manu scripti quidam iam saeculo XI uel XII exarati sunt, tamen ne hi quidem, cum aut ex Veronensi uel ex Vossiano pendeant aut ualde sint corrupti atque interpolati, pro fontibus uerae memoriae haberi possunt. Quibusdam tamen locis codices inferioris infimique medii aeui emendationes praebent hominum doctorum certas uel probabiles, quae etiam in editiones sunt receptae. Codicum recentiorum uel mentionem faciunt uel lectiones adferunt editores Lactantii Buenemannus p. 1503 adn. b et Lenglet uol. II p. IV, editores Phoenicis Burmannus in edit. Claudiani p. XXX, Martini p. 18 ss., Leyser p. 3, Riese p. 191, Baehrens p. 248; Goetz l. c. p. 324 ss. Habui etiam conlationes codicum Parisinorum 9568 saec. XI et 8091 saec. XII ab Andr. Laubmanno, Matritensium 13. 6 saec. XII—XIII et 14. 27 saec. XV (cf. Hartel, Biblioth. patr. lat. Hispan. I p. 279. 291) a Loewio factas, quas Goetz beneuole mihi

misit. Vindobonensis 717 saec. XIV. Hunc Vindobonensem in apparatu bis (ad u. 64. 68) appellaui in iis lectionibus adferendis quae ueteribus editionibus, non codicibus tribui solent.

Auxilium quoddam ad emendandos locos carminis corruptos, inter quos sunt iniuria temporis aut librariorum aut utraque uehementer turbati, suppeditant loci et auctorum quos poeta secutus est et eorum scriptorum qui illum imitati sunt uel alio aliquo modo in usum suum conuerterunt. Eius generis locos in editione Burmanniana congestos, deinde alios qui indicati sunt a Baehrensio Birtio Riesio Weymano (ex Zenone Veronensi ad u. 163 ss., Mus. rh. XLVII 640) aliis, quibus ego addidi quosdam Venantii Fortunati Ps.-Cypriani aliorum, in apparatu subieci. Carmen anglosaxonicum Phoenix inscriptum, cuius auctor qua ratione Phoenicem Lactantii uel secutus esset uel mutauisset summatim ostendit Herm. Gaebler, *Ueber die Autorschaft des angelsächsischen Gedichtes vom Phoenix*, 1880, p. 6 ss. (= Wuelckeri Anglia III 491 ss.) atque etiam Frid. Lauchert, *Geschichte des Physiologus*, 1889, p. 112 ss. attigit, cum amico quodam eius linguae peritissimo accurate, sed sine ullo certo ad uerba poetae restituenda fructu pertractaui: nam poeta anglosaxonicus, quem Cyneuulfum fuisse Gaeblerus et alii credunt, eos ipsos locos qui in carmine latino deprauati sunt, tanta libertate usus reddidit, ut illum eadem iam carminis damna quae uexauerunt recentiores uiros doctos, aliquo modo oblinere uoluisse suspiceris.[1] — Plurimis

[1] Insignis eiusmodi locus est u. 234 (Grein) carminis anglosaxonici, ubi uerba *crescit in umbra* (sc. uermis) respondere uidentur uersui 103 carminis latini antiquissimis codicibus male tradito: *creuerit inmensum subitus* (uel *subitur* uel *subito*) *tempore certo*. Sed quomodo uerba Lactantii ita possint corrigi, ut ad sententiam imitatoris accedant, ego certe non uideo. Lauchert p. 113 s. putat Anglosaxonem hoc loco etiam ad alium auctorem respexisse et qui cognatione aliqua cum Physiologo qui dicitur cohaereret: quod uereor ut recte ille coniecerit. Nam per totum hunc ipsum locum carminis anglosaxonici uestigia minime dubia latini deprehenduntur neque ullum omnino alium in priore carminis parte (u. 1—380) quae ad exemplum latini conposita est indicauit Lauchert locum quem ex alio fonte repeteret; nam altera pars uersus 381—677

tamen corruptis locis carminis Lactantiani iam remedia parata sunt uirorum doctorum coniecturis: quarum eas quae commemoratione dignae mihi esse uidebantur, in apparatum recepi. Ego quoque quid corrigere possem temptaui. praeterea Frid. Schoell suas quasdam coniecturas mecum communicauit.

Non exigua quaestio est mota eo quod de origine carminis Lactantiana ualde dubitatum est atque etiamnunc dubitatur. Nam ut omittam priores, quorum tamen longe plerique memoriae satis antiquae minimeque leuiter fundatae fidem habentes Lactantio illud concedunt, hoc saeculo Moehler, *Patrologie* (1840) p. 930, Nirschl, *Lehrbuch der Patrologie*, uol. I (1881) p. 372, Goetz l. c. p. 322 ss., Baehrens, Annal. Bursiani I (1875) p. 220, Annal. phil. CVII (1873) p. 64 maximeque in edit. p. 248 ss., Ribbeck, *Geschichte der röm. Dichtung* III (1892) p. 364 s. illi abiudicauerunt. Lactantio contra carmen uindicandum esse existimauerunt Ebert, *Gesch. der christl.-lat. Liter.*, I[2] p. 97 ss., Riese, Mus. rhen. XXXI (1876) p. 446 ss. *Ueber den Phoenix des Lact.* (et in edit. p. 192 s.), Birt ibid. XXXIV (1879) p. 8, Dechent ibid. XXXV (1880) p. 39 ss. *Ueber die Echtheit des Phoenix von Lact.*, Fr. Schoell, *Vom Vogel Phoenix* (1890) p. 13. 45 s., Manitius, *Gesch. der christl.-lat. Poesie* (1891) p. 44 ss., Loebe, In scriptorem carminis de Phoenice quod L. Caelii Firmiani Lactantii esse creditur obseruationes, *Jahrbücher f. protest. Theol.* XVIII (1891) p. 34 ss. (separatim editum Brunsu. 1891). Alii plane certam sententiam non sunt amplexi, uelut Fritzsche in edit. uol. II p. X, Bernhardy, *Grundriss der röm. Litter.*[5] p. 521. 523, Ritschl, Mus. rhen. XXVIII (1873) p. 189 (= Opusc. III 806), hi duo ita tamen, ut

conprehendens tota in explanatione christiana fabulae de Phoenice uersatur. Quod uero ad nostram causam plurimum ualet, de *umbra* illa quam Anglosaxo commemorat, nihil est in Physiologo uel graeco (cap. 7) uel latino. Itaque ego iam Anglosaxonem locum illum corruptum legisse, sed aliter fortasse corruptum atque in nostris codicibus sit, et ipsum sarcire temptauisse crediderim.

Lactantii esse carmen uix credere uideantur. Ego quid sentirem hac de quaestione cum significauerim in disputatione *Ueb. d. Entstehungsverhältnisse* p. 131 s. et accuratius Mus. rhen. XLVII (1892) p. 390 ss. *Zum Phoenix des Lactantius* explanauerim. hic breuiter indicare sufficit accedere me ad sententiam eorum qui uelut Betuleius. Io. Alb. Fabricius. Lambecius (cf. Buenemannum p. 1502 adn. b) Lactantium hoc carmen conposuisse existimauerunt, sed adulescentem necdum fidei christianae addictum.

Ut de editionibus pauca addam. prima quae continet Phoenicem editio Lactantii est Romana a. 1468. primus instruxit carmen Betuleius (ed. Lact. 1563 p. 534 ss.) commentario. Praeter Lactantii editores commemorandi sunt hi: Io. Gryphiander. Phoenix Poetarum carminibus celebratus et commentariolo illustratus, Ienae 1618; Gryphiander commentarium dedit doctissimum omnium atque etiamnunc utilem. sed primus totum carmen ad interpretationem christianam detorsit ne nostra quidem aetate abiectam; Burmannus in edit. Claudiani, Amstelaed. 1760 p. 1035 ss. cum notis uariorum. quarum optimae Nicolai Heinsii obseruationes coniecturaeque sunt: Wernsdorf. Poet. lat. min. uol. III (1782) p. 283 ss.: Martini. Lunaeburgi 1825: Leyser. Quedlinburgi 1839: Riese. Anthol. lat. (1869) p. 188 ss. (c. 731); altera Riesii quae est in Ieepii Claudiano. et Baehrensii editio iam supra nominatae sunt. Alias quasdam editiones Martini p. 34 ss. enumerat.

Phoenicem sequitur carmen uulgo Lactantii De passione Domini inscriptum. Quod non posse tribui Lactantio. sed originis esse multo posterioris cum Heumannus. Poecile III (Halae 1729) p. 225 ss. probauisset. quoniam ne postea quidem de ea re dubitari desitum est (cf. Teuffelii Histor. litt. Lat.[5] p. 1001; Manitius. Mus. rh. XLV 156). ego quoque hanc quaestionem tractaui in Commentationibus Woelfflinianis (Lips. 1891) p. 77 ss. (*Ueber das Lactanz zugeschriebene Gedicht De passione Domini*) atque nouas quasdam

Heumannianis adiungens rationes ostendi carminis illius et res ac sententias et uerba genusque dicendi eiusmodi esse, ut minime illud aut ad Lactantium aut omnino ad antiquum poetam Christianum referri possit. Magna causa cur hoc existimemus, in eo quoque posita est, quod, quantum quidem constat, nemo adhuc codicem in quo carmen esset uidit. Quare Io. Bapt. Egnatio, qui in editione Aldina a. 1515 primus carmen ceteris Lactantii scriptis adiunxit, dicenti '(carmen) quod in uetustis exemplaribus inuenimus', si exemplaria uult intellegi manu scripta, non magis fides est habenda quam Casp. Barthio, qui more suo, quasi res certa atque explorata esset, Aduers. p. 1466 'tot cascos codices' carmen Lactantio ascribere pronuntiauit: quam uaniloquentiam Heumannus l. c. p. 235 merito derisit. Quas uero Fritzschius (in editione Lactantii) adfert lectiones 'librorum', librorum non manu scriptorum, sed typis expressorum sunt. Sed quamquam satis apparet carmen De passione Domini nullo modo a Lactantio, sed ab ieiuno aliquo uersificatore conpositum esse, nolui tamen ab hoc scriptorum Lactantii corpore excludere, immo adhibitis subsidiis rationibusque criticis edendum esse putauï idque eo magis, quod noua quaedam inueni quibus origini eius aliquid lucis adferri uidetur.[1]

Cum in commentatione illa demonstrauissem carmen aetate renascentium litterarum scriptum esse auctoremque eius uideri fuisse hominem Italum, postea de aetate auctoris ad certiorem sententiam adductus sum: quem existimo circiter annum 1500 uixisse. Heumannus non antiquius carminis exemplar habuit quam illud quod extat in editione Opusculorum Phil. Beroaldi ab Ascensio collectorum Basileensi a. 1515. Buenemannus autem et Fritzschius non antiquius quam quod est in eiusdem libri editione Basileensi a. 1513. Horum condicione multo

[1] M. Manitius, *Geschichte der christl.-lat. Poesie* (1891), quamquam p. 50 adn. 1 commentationem meam commemorat, etiamnunc carmen si non a Lactantio, a uetere tamen poeta scriptum esse putat. Quam uero ille Fabricio quasi primo eius editori tribuere uidetur auctoritatem, ea nulla prorsus est.

mea fuit prosperior eo quod non solum tres editiones Ascensii mihi praesto erant illis superiores, Parisinae aa. 1505 et 1509 et Basileensis a. 1509, sed etiam carminis editiones Lipsiensis a. 1511 et Vindobonensis a. 1511 atque etiam alia in qua neque locus neque annus indicatus est.[1] Praeterea, id quod neminem adhuc indicasse mirandum sane est, carmen contineri etiam altero uolumine Poetarum christianorum ueterum, Venetiis ap. Aldum 1502, inueni. Ad ea autem quae iam proferam exponenda proficisci placet ab editione illa sine loco et anno
X (nobis X), cuius titulus est hic: *Quae in hoc libel-lulo cõtineantur* (sic) *Lactantij Firmiani de dominica passione carmen Heroicum, Raphaelis Zauenzonij Sapphicum de die palmarũ Eiusdem simile de domini Christi passione. Cãtalicij Excusatio ad diuã ṽginẽ in die parasceues* | *et Contemplationes elegãtes ad crucifixũ.* | *Elegia nobilis et scita in Hierusalem.* | *Epitaphiũ Philomusi ꝺ Saluatore Iesu tumulato.* |[2] Libellus typis Goticis descriptus est, forma quartanaria, continet 10 folia non numerata, in medio folio decimo recto post finem ultimi carminis nihil legitur nisi *Telos*. Carmen 'Lactantii' fol. 1ᵘ incipit. Sunt hac in editione menda quaedam grauiora. Hunc libellum rarissimum bibliotheca Academiae Monacensis habet.

Hoc carminum corpusculo X, sed fortasse priore eius editione ut mox uidebimus, carmen De passione Domini mea quidem sententia non solum primum in notitiam hominum uenit, sed etiam qui corpusculum illud conposuerit ediderit que, eundem fuisse auctorem carminis persuasum mihi est. Cuius sententiae hanc habeo causam. Si cum carmine De pass. Dom. conparamus cetera corpusculo illo exhibita, quae partim in

[1] Cum disputationem supra indicatam scripsi, has tres editiones et Parisinam a. 1505 nondum noueram. Quae omnes, quia inter bibliographos unum Panzerum, Annal. typogr. IX p. 7 n. 38, unam Vindobonensem a. 1511 commemorare inueni, accurate esse describendae mihi uidebantur. Etiam inter Poetarum christianorum ueterum ab Aldo editorum carmina illud esse, cum disputationem illam conposui, nondum mihi notum fuit.

[2] Cum his carminum titulis non plane congruunt qui carminibus ipsis sunt inscripti.

eodem, partim in similibus argumentis uersantur, tam manifesta apparet cognatio inter locos quosdam illius et horum intercedens, ut facere non possimus quin statuamus aut illius auctorem ad haec aut auctores horum ad illud respexisse. Extremum corpusculi locum tenet carmen Iacobi Philomusi inscriptum *Epitaphium Christi: quo christicolas in die Parasceues alloquitur per Iacobum philomosum* (sic). Ut in carmine De pass. Dom. Christus in cruce pendens iamque mortuus (u. 44. 46), sic in hoc Christus sepultus[1] — utrumque satis absurde—homines adloquitur et causam aduentus ad mortales sui aduentumque ipsum, opus suum ac dignitatem, passionem et mortem, postremo monita promissaque uel exponit uel attingit. Iam uide initia carminum:

De pass. Domini:	Epitaphium Christi:
1 ss. Quisquis ades mediique subis in limina templi, Siste parum insontemque tuo pro crimine passum Respice me, me conde animo, me pectore serua.	1 s. Quisquis ad hoc tumulum concedis, quaeso, uiator, Siste parum et mortis concipe gesta meae.

Deinde similia his in uersibus sunt:

4 s. Ille ego, qui casus hominum miseratus acerbos, Huc ueni . . 6 s. . . hic clarissima ab alto Reddita lux terris . . 10 Te propter uitamque tuam sum uirginis aluum ingressus . .	27 s. Ille ego sum claro quem misit ab aethere summus Iuppiter et gremio uirgo pudica tulit.
26 (Impia Hierusalem) . . caeca furore . .	33 Ast caecos animos caeco bacchantes usque furore.[2]
44 (oculos) luce carentes.	17 Ne . . diuina luce carerent.

[1] V. 3 s.: Hic licet exigua uidear compostus in arca, Attamen aeternus spiritus astra tenet.

[2] Sic scriptum est; aut 'caecos' aut 'caeco' est eiciendum, fortasse 'caecos'.

Fortasse etiam De pass. Dom. 58 et 64 uerba 'haec monumenta' et Epit. 38 'Spernebat legis tunc monumenta meae' hic sunt commemoranda. Etiam extremi uersus carminum quodammodo inter se concinunt:

78 ss. Angelicos tunc laeta choros aciesque beatas Sanctorum inspiciens aeternae pacis amoena Perpetuo felix mecum regnabit in aula.	49 s... Angelicos poterit uultus sedesque beatas Visere: Christicolis gaudia tanta dabo.

Quartum carmen corpusculi est *Cantalicij Excusatio ad Sacratiss. uirginem Mariam in die Passionis Christi.* In quo cum singula quaedam passionis Christi simili ordine et descriptione atque in carmine De pass. Dom. fit proponuntur, tum uersus 7 'Tu tantum salue, crucis o uenerabile lignum' conparandus est cum u. 50 De pass. Dom. 'Flecte genu lignumque crucis uenerabile adora.[1] — Sequitur eiusdem poetae *Contemplatio ad crucifixum* (prior), incipiens 'Aspice, quaeso, tui quae sunt *(sic)* tormenta magistri'. Illud 'Aspice' in initiis sex uersuum repetitur qui continent enumerationem uulnerum Christi qualis etiam in carmine De pass. Dom. est. Perspicua est cognatio horum uersuum: De pass. Dom. 40. 42 s... 'aspice ... spinisque caput crudelibus haustum. Undique diua pluens uiuum super ora cruorem', et Contempl. 7 s. 'Aspice quam saeuis spinis pia tempora sudent, Aspice quantus eat sancta per ora cruor'. — Altera Cantalicii ad Crucifixum Contemplatio habet uersum (13 Huc oculos, huc uerte animos, huc dirige mentem) cuius imago quaedam redit De pass. Dom. 3: Respice me, me conde animo, me pectore serua. — In tertio corpusculi carmine quod inscriptum est *Carmē Sapphicū Raphaelis Zauenzonij P.*(oetae) *L.*(aureati) *de passione domini nostri iesu Christi* locus legitur hic (u. 33 s.) 'O homo, si fas, speculare uultus Sanguinis plenos'

[1] Est locus 'Orientii' De trinitate 49 'Aspice, percussor demens, uenerabile lignum', a Buenemanno indicatus. In quo cum non sit uox 'crucis', quam habet et auctoris De pass. Dom. et Cantalicii locus, apparet alterutrum usum esse altero, non utrumque ex 'Orientio' pendere.

ad similitudinem quandam accedens loci De pass. Dom. 44. 46: Compressos speculare oculos... et pallentes funere uultus. — *Elegiae in Hierusalem*, cuius auctor non nominatus est, ut praetermittam u. 62 (Impia terque quaterque impia Hierusalem), octo in hexametris 9. 13. 17. 21. 47. 53. 55. 61 uerba Impia Hierusalem primas sedes tenent: carminis De pass. Dom. uersus 25 est hic: Impia Hierusalem, rabidis exercita curis.

Iam cum tot talesque similitudines nullo modo casui tribuere possimus ac plane incredibile sit auctores illorum carminum, Philomusum hominem Germanum, Cantalicium, qui erat Italus, Zouenzonium — nam hoc nomen est, non Zauenzonius [1] —, quem ipsum quoque Italum fuisse nomen ostendere uidetur, scriptorem Elegiae in Hierusalem, omnes ex eodem illo carmine De pass. Dom. quaedam adsumpsisse, nihil aliud iudicandum est nisi eum contra qui carmen conscripserit, illis carminibus esse usum.

[1] Videtur homo obscurus fuisse, lexica biographica certe de eo tacent, unus Zedlerus, *Grosses vollständ. Universal-Lexicon* uol. LXIII (1750) p. 660, mentionem eius facit nihil tamen de eo notum esse dicens praeter duo carmina in uolumine altero Poetarum christian. ueter., Venet. Ald. 1502, edita. Sed hic quattuor eius carmina edita sunt, quorum tertium, quo Christi auxilium aduersus Turcas inploratur, inscriptum est (altero post hh III folio uerso) *Carmen Saphicum Raphelis Zouenzonii poetae*. Ante hoc carmen est alterum, inscriptum *Carmen. R. Z. P. L. in Passione domini nostri Iesu Christi*. Hoc idem illud est quod corpusculum X continet. Antecedit tertium, in titulo Poetarum chr. uet. *In die palmarum* appellatum, in editione ipsa litteris *R. Z.* tantummodo inscriptum. Hoc quoque in corpusculo illo inest. Post haec tria carmina legitur hoc *Ad beatissimam Virginem R. Z.* Praeterea Hain, *Repertorium* II part. II p. 525 n. 16289, et Graesse, *Trésor* VI, part. II p. 519, hunc libellum nominant: *Zouenzonius Raphael. Carmen concitatorium ad principes Christianos in Turcum. Ejd. sapphicum carmen actum Tergestae coram Friderico Caes. Augusto*, s. l. et a. Apparet igitur nomen fuisse Zouenzonium, non Zauenzonium, deinde, cum poeta carmen illud coram Friderico imperatore, qui est Fridericus III (mort. a. 1493), Tergestae recitauerit, eum sub finem saeculi XV floruisse et fortasse fuisse Tergestinum.

Constat autem Iacobum Philomusum (uero nomine *Locher*), qui uixit annis 1471—1528, Epitaphium Christi edidisse a. 1495 [1], Ioannis deinde Baptistae Cantalicii hominis Itali, qui cardinalis a. 1514 mortuus est, iam a. 1493 duodecim libros Epigrammatum Venetiis esse editos, tum Zouenzonium modo uidimus aequalem fere illorum fuisse. Eodem igitur tempore etiam carmen De pass. Dom. scriptum est. Neque minus est dubitandum quin auctor carminis etiam corpusculum illud X conposuerit uel potius qui carmina illa in corpusculum congessit, idem carminibus illis usus carmen De pass. Dom. conscripserit ornaueritque nomine Lactantii. Quis uero fuerit scriptor carminis, de hac re ne nunc quidem certius quidquam dixerim quam quod iam in disputatione illa prolatum supra p. XXIII repetii. Illud tamen esse monendum uidetur, carmen De pass. Dom. etsi artiore quadam propinquitate cum Epitaphio Christi a Philomuso scripto cohaereat, huic tamen non posse ascribi. Philomusus enim in Epitaphio imaginibus coloribusque ex antiquitate ductis ad res Christianas depingendas intemperanter plane utitur (exemplo sunt u. 27 s. supra adlati), auctor contra carminis De pass. Dom. uix unum locum eius generis (u. 18 'in Phariis . . regionibus') habet. Accedit quod Epitaphium cum multo maiore decurrit alacritate ac facilitate quam hoc carmen, cuius loci quidam (maxime 64 ss. 69 ss.) ualde sunt inpediti contortique.

Sed quos intra annos carmen ortum sit ut accurate definiatur, iam de prima eius editione cuius annus est notus dicendum est. Haec est in altero uolumine *Poetarum christianorum ueterum* Venetiis apud Aldum inpressorum (nobis *Ald.* *Ald.*). Subscriptio post extremum Zouenzonii carmen, de quo p. XXVII adn. 1 diximus, in tertio post hh III folio uerso

[1] Docuit me per litteras Hehle, cuius tria programmata extant inscripta *Der schwäbische Humanist Jakob Locher Philomusus*, Ehingae 1873—75, carmen editum esse primum in Appendice libri a Philomuso compositi huius *Historia de rege Franciae cum nonnullis aliis uersibus et elegiis*, Friburgi 1495; de quo libro cf. Hehle I 19. — Cantalicii librorum nullus mihi praesto erat.

est haec: *Venetiis apud Aldum. MDI. mense Ianuario.* in fine autem epistulae ab Aldo praepositae haec: *Ven. Mense Iunio. M. DII.* Videmus igitur carmen De pass. Dom. iam ante a. 1501 extitisse. Est autem illud in altero post gg IIII folio uoluminis illius, inscriptum *Lactantii firmiani carmina de passione domini.* ante hoc legitur carmen Venantii Fortunati III 9 Lactantio tributum de quo mox dicemus hoc: *Lactantii Firmiani de Resurrectionis dominicae die.* In titulo totius uoluminis carmina nominantur *Lactantii Firmiani de Resurrectione Elegia. Eiusdem de passione Domini carmine heroico.* Ex hac editione, non ex ipso corpusculo X, carmen De pass. Dom. in omnes posteriores editiones propagatum est. Huius libri rarissimi (de quo Renouard, *Annales de l'imprimerie des Alde,* I^2 p. 57: *Collection infiniment rare et précieuse . . .*) usus sum exemplaribus bibliothecae Gottingensis et Monacensis Regiae. Continet autem liber non solum (cf. p. XXVII adn. 1) eadem illa duo carmina Zouenzonii quae sunt in corpusculo X, sed etiam (in folio hh II uerso) Elegiam in Hierusalem eodem illo in corpusculo editam — haec satis mire inter ueterum poetarum carmina numerata —, sed omittit Philomusi Epitaphium Christi et carmina Cantalicii. At in his ac maxime in Philomusi Epitaphio consensum quendam cum carmine De pass. Dom. minime dubium animaduertimus, quem explicandum esse uidimus ita, ut scriptor huius carminis illa secutus esse dicatur. Quare fieri non potest quin corpusculum X ante editionem illam Aldinam emissum sit. Sequitur ut carmen De pass. Dom. intra annos 1495—1500 una cum conpositione corpusculi sit factum atque ex hoc translatum in Aldinam. Qua de re eo minus dubitamus, quia eadem est carminis apud Aldum et in corpusculo X inscriptio (*Lactantij Firmiani carmina de Passione Domini* in X, apud Aldum nihil mutatum est nisi quod *Lactantii firmiani* et *passione domini* est scriptum) et omnes harum editionum lectiones inter se consentiunt exceptis erroribus quibusdam typothetarum et loco uersus 3, ubi in X *pectore,* apud Aldum *in pectore* legitur. Multo minus tamen certum est eam editi-

onem corpusculi quam nos adhibuimus, primam omnino fuisse [1], immo fortasse prior statuenda est, qua Aldus usus sit. Neque uero eo quod nullum prioris editionis uestigium reperire potui, ratio mea labefactatur: nam ne eius quidem editionis qua nos usi sumus, mentionem faciunt scriptores bibliographici neque ulla alia inter maximas bibliothecas haud paucas praeter Monacensem Academicam libellum habet. Quo facilius priorem si qua fuit editionem aut latere alicubi aut etiam iniuria temporis extinctam esse suspicari possumus.

P¹ Proxima post Aldinam editio (P¹) ex eademque descripta in hoc corpusculo est: *Carmina pia & religiosa* | *L. Celii Lactantii Firmiani Nenia uerbis saluatoris nostri crucifixi. Eiusdem elegiacum de resurrectione dominica* | *Carmina iuuenci presbiteri de passione domini et* | *eiusdem resurrectione.* | *Philippi Beroaldi Nenia de die passionis dominice* | *Impressa cura & impendio Iudoci* (sic) *Badij Ascensij* | *in edibus eiusdem in monte diui Hilarij e regione col-*|*legij italici. Parrhisijs:* | Totus

[1] Hac de re cur dubitemus, causa est haec. Sub titulo corpusculi X est tabella rudi sane arte facta Crucifixum et ante crucem duas mulieres et tres uiros ostendens, in angulo dextro inferiore tabellae picta est littera A, quod signum non typographi, sed artificis esse rogantem me Laubmannus docuit. In libro a Iaeckio et Hellero edito *Beiträge zur Kunst- und Literaturgeschichte*, fasc. I (Norimberg. 1822) p. 126 s. signum illud in tabellis xylographis medio fere saeculo XVI in Saxonia maxime emissis inueniri dicitur: at ibidem commemoratur editio libelli cuiusdam a Luthero scripti Vitebergae a. 1521 facta, cuius in titulo eadem illa imago cum eodem signo posita est. Itaque iam multo ante medium saeculum XVI tabella illa ad titulos librorum ornandos adhibita est, ut conicere possis etiam ante a. 1521 eam in usu typographorum fuisse atque ita iam initio saeculi XVI in titulo corpusculi X esse positam. Quae ipsa sententia est Henr. Aug. Erhardi, qui in libro *Geschichte des Wiederaufblühens wissenschaftlicher Bildung*, uol. III (Magdeburg. 1832) p. 198 idem illud corpusculum X commemorans scribit '*allem Anschein nach zu Erfurt, etwa im ersten Jahrzehnt des 16. Jahrhunderts gedruckt*'. Hoc si uere ita se habet ac non iam ante a. 1501, quo Aldus ex corpusculo illo carmen edidit, tabella illa in titulis librorum fuit, editio corpusculi a nobis adhibita non potest esse prima, sed necessario iam ante a. 1501 alia facta est eaque fortasse in Italia, ut carmen ab homine Italo scriptum esse in disputatione illa p. 83 conieceramus.

libellus litteris Goticis scriptus est, continet 18 folia non numerata, forma octonaria minore. Mirandum est quod Beroaldi carmen in titulo indicatum in libello ipso desideratur. Carminibus Iuuenci scholia ascripta sunt breuia et tenuia. In ultimo folio recto haec est subscriptio: *Hec habui que in elucidationem afferrē An|no salutis. MCCCCCV. secūdum romanos | ad XII. calendas Februarias.* Contuli exemplar bibliothecae Nationalis Parisinae. Emendabat Ascensius perpauca (13 *et*; 35 *Finge*) quae in editionibus X et Aldina non recte ei scripta uidebantur, sed etiam errata in editionem eius inrepserunt. — Repetitum est carmen non in editione opusculorum Beroaldi Ascensiana quam *Denis Roce* Parisiis 1508 emisit, sed in hac (P^2): *Varia Philippi Beroaldi opuscula.* P^2
sequuntur tituli opusculorum et signum ac nomen typographi Parisini *M: Jehan Gautier.* Libro subscriptum est hoc: *Finis kalendis Januarijs M. D. IX. Caleđo Romano.* Carmen De pass. Dom. incipit in folio R. j. uerso, hoc cum titulo: *L. Celij Lactātij Firmiani pia Nenia verbis Christi domini crucifixi beneficia sua in nos commemorantis,* subiectum est carmen Venantii Fortunati III 9 Lactantio ascriptum *De resurrectionis dominicę die.* Utrique carmini ascriptae sunt *Iodoci Badij Ascensij huius carminis explanatiunculae.* Usus sum exemplari bibliothecae Nationalis Parisinae. Plane eadem editio duorum carminum cum eadem illa subscriptione *Finis—Romano,* continens quattuor folia, quorum primum AA. j. insignitum est, editioni Opusculorum Beroaldi Ascensianae est inserta, quam *Francoys Regnault* Parisinus emisit; annus editionis in fine uoluminis ipsius non additus est. Hanc editionem habet bibliotheca Heidelbergensis. Editionem P^2 expressit haec (B^1): B^1
Varia Philippi Beroaldi opuscula in hoc Codice contenta. sequuntur tituli opusculorum. In fine uoluminis est subscriptio: ... *Basileę. Sumptibus vero multi nominis viri Wolffgangi Lachner: Anno salutis christianę. M. DIX. Ad Idus Martias.* Duo illa carmina incipiunt fol. XCIII^u. Praesto mihi erat exemplar bibliothecae Monacensis Regiae. Ex editione B^1 descripta correcto tamen uno loco (48 *lateris*) est haec (L): L

Lactancij Firmiani Carmen | de resurrectione dominica | Eiusdem Lactantij Firmiani | Xenia exhortatoria verbis domini Crucifixi. | Hexastichon Bebelij in laudē | Lactantij. Sequuntur tria disticha. Libellus sex foliorum est, litterae sunt Goticae. In fol. 6 haec est subscriptio: *Impressum Liptzick per Baccalau- reum Vuolfgangū monacensem. 1511.* | Carmen De pass. Dom. in foliis 4r—6r est. Contuli exemplar bibliothecae Wirceburgensis.

Praeter editionem B1 asciui etiam proximas editiones opusculorum Beroaldi eodem quo illa titulo inscriptas ex eaque

B2 B3 deriuatas Basileenses a. 1513 (B2) et a. 1515 (B3). Quoniam a. 1515 carmen De pass. Dom. in Lactantii editionem Aldinam receptum est ex eaque a posterioribus editoribus repetitum paene omnibus, reliquas opusculorum Beroaldi post a. 1515 editiones non adhibui.

Ex Poetarum christianorum ueterum editione Aldina etiam

V ea carminis editio (*V*) pendet quae est in corpusculo hoc: *Is liber continet | De flenda Cruce Baptistae Rhegiensis Episcopi | Carmen tam elegans q̃ deuotum | De morte Carmen eiusdem | De beata uirgine eiusdem Elegia. | Recōmendationis animae in extremis Elegia | Lactantii Firmiani de dominica passione uersu Heroico.* | Sequuntur quinque alii tituli. Praefatio inest Andreae Misbeckii Franci et epilogus eiusdem subscriptus: *Viennae ex Collegio Ciuium. Anno a partu uirgineo Sesquimillesimo undecimoque,* sequitur alia subscriptio *Viennae Pannoniae* eqs. Carmen De pass. Dom. est in fol. D 2r—D 3r. Habui exemplar bibliothecae Monacensis Regiae. Haec editio non satis emendate expressa est atque etiam Misbeckius ipse quaedam temere mutauisse uidetur. [1]

Anno 1515 Io. Bapt. Egnatius, ut iam dixi, carmen primus Lactantii libris addidit in editione Aldina (in primo post Y 4 folio recto) hac cum inscriptione a nonnullis posterioribus

[1] Etiam a. 1516 Viennae Austriae Hieronymum Victorem edidisse corpusculum carminum de passione et morte Christi scriptorum ex Panzero. Annal. IX p. 7 n. 38 apparet, in quo est *Lactant i Firmiani Christus a Cruce hominem alloquens.*

repetita: *Lactantii Firmiani Carmen De passione Domini quod in uetustis exemplaribus inuenimus, hic addendum curauimus*. Satis apparet Egnatium quoque ex Poetis christ. uet. Aldi carmen sumpsisse, quod autem 'uetusta exemplaria' appellat, mera ostentatio est. Praeter lectiones 13 *sed* et 9 *fari* (nisi hic error modo est) editio eius nihil habet proprii. Altera Aldina quam adparauit Honoratus Fasitelius, a. 1535 emissa, cum Egnatiana omnino consentit.

Posteriores editores tam Lactantii quam carminis separati paene omnes ex editione Egnatiana pendent, perpauci, uelut Fabricius, Riuinus, Heumannus, Buenemannus etiam recensione Ascensii quae est in Beroaldi operibus usi sunt, ipsi haud paucos locos inutilibus coniecturis temptantes. Ediderunt carmen seorsum Ge. Fabricius, *Poetarum Veterum Ecclesiasticorum opera Christiana*, Basileae 1564, p. 759; Casp. Barthius, *Aduersaria*, Francofurti 1624, p. 1466, cum adnotationibus criticis; Andr. Riuinus, *De Christo Iesu, beneficiis et laudibus eius aliquot Christianae reliquiae ueterum poetarum ecclesiasticorum*, Lips. 1652, fol. A, cum commentario; Heumannus, *Poecile*, uol. III, Halae 1729, p. 225 cum commentario et prudenti illa quam commemoraui (cf. p. XXII) de origine carminis disputatione; idem tamen in editione Lactantii, Gotting. 1736, p. 1043 quasi oblitus prioris operae suae quaedam uix credibilia in carmen admisit. Locos quosdam auctorum a scriptore carminis adhibitorum similesue M. Manitius, Mus. rh. XLV (1890) p. 156 attulit, alios ego addidi.

In apparatu lectiones editionum ante Egnatianam emissarum et huius ipsius, omissis rebus orthographicis, non tamen erroribus typothetarum, exhibui omnes, praeterea posteriorum editorum coniecturas mentione dignas. Carmen ipsum quantum fieri potuit ad eam formam reuocaui quae corpusculo X tradita est. Orthographiam correxi.

Non recepi in hanc editionem carmen uulgo De resurrectione Domini inscriptum, quod cum inter Venantii Fortunati carmina (III 9) seruatum sit atque etiam rebus et

genere dicendi abhorreat ab origine Lactantiana, tamen in uiginti fere codicibus recentioribus[1] aut libros Lactantii continentibus aut miscellaneis huic tribuitur. Causa quod carmen transferretur ad Lactantium, erat fortasse quod in uersu 2 'Et maiore poli lumine porta patet' similitudo uel potius imitatio uersus 2 Phoenicis Lactantiani 'Qua patet aeterni maxima porta poli' animaduersa est. In plerisque codicibus inscriptum est De resurrectione, in quibusdam uel Christi uel Domini est additum, in codice Vindobonensi 717 nominatur De pascha, in Vindobonensi 3193, 25 Elegiacum tempore pascali. In codicibus carmen ut Lactantii exhibentibus quorum accuratiorem habeo notitiam paene omnibus, in Berolinensi, de quo dixi Proleg. part. I p. XLVII adn. 1, in Gothano Ch. B. 948 (cf. Iacobs et Ukert, *Beiträge zur älteren Literatur oder Merkwürdigkeiten der Herzogl. öffentl. Biblioth. zu Gotha* I, 2, p. 274; III, 1, p. 24 s.), in Monacensibus 4422 fol. 184, 15334 fol. 103, in Parisinis 1671, 1674, in Vindobonensibus 717. 960. 3. 3110. 3193, 25. 3198, uersus 39 s. 'Salue, festa dies, toto uenerabilis aeuo, Qua deus infernum uicit et astra tenet', quo aptius sumeret carmen exordium ab adlocutione, e sede sua exempti in initio, ante uersum 1 'Tempora florigero rutilant distincta sereno' positi sunt, in isdem autem codicibus uersus 101—110 omissi: quibus quoniam Felix episcopus Namneticus celebratur, ne inde appareret carmen non esse Lactantii, suppressi sunt. Unus tamen codex singularem plane carminis formam habet.

[1] De codice Mellicensi inscripto *Lactantius de resurrectione Christi*, quem Io. Huemer, Iter Austriacum, *Wiener Studien*, uol. IX (1887) p. 63 commemorat secutus catalogum a B. Pezio (mort. 1735) confectum, in quo codex ille saeculi XI esse dicitur, alius quidam saeculi XVIII catalogus Mellicensis manu scriptus hoc habet: *A. 13. 4°. Saec. XV. chart. Lactantii carmen de Resurrectione Christi Inc. Salue festa dies* .... Nunc in bibliotheca Mellicensi, quae non plane integra mansit, neque hic neque Phoenicis carminis codex ab Huemero eodem loco nominatus neque ullus omnino horum carminum liber manu scriptus extat. Hac de re Rud. Schachinger bibliothecae Mellicensis nunc praefectus per litteras accuratissimas me certiorem fecit.

quam cum nusquam commemoratam uidissem, hoc loco communicandam esse existimaui. Est autem codex Monacensis 13241, scriptus a. 1529, cuius in fol. 334' carmen incipit hac cum inscriptione: *Lactancii Firmiani De resurrectione gloriosa domini nostri Ihû Christi Carmen elegiacum longe venustissimum hymnus jucundissimus.* Ordo uersuum est hic:

39. 40. 1—8. sequuntur inserti hi[1]:

11 Sol redit ad cenith, calescunt cuncta, virescunt
  Iam *(deest aliquid?)* arva, simul frigus et omne cedit.
Nubes depereunt, caligo, nebula densa:
  Lux lucens clara frigora quaeque pellit.
15 Serenus fit aer, tempestas tollitur, ymber,
  Nives depereunt, quaeque creata vigent.
Flores nunc redeunt, odorem quoque ministrant,
  Turtur auditur, iubilat avis omnis.
Ventus flat lennis, clarescit penitus aqua,
20 Nemora florescunt dulciter atque virent.

9—38. 41—46. sequuntur inserti hi:

57 Surgens Christe nobis da gaudia vitae perennis,
  Qui pro nobis passus mortuus atque vivus.

47—86. sequuntur inserti hi:

99 Dux bone glorifico remeans flegetonte triumpho
  Pluribus exuviis nobilis astra petis.

87. 88. 109. 110. sequuntur inserti hi:

105 Gratia nunc dextrae consorte *(l.* consorti*)* iuncte paterne
  Perpetuus famulis tutor adesto tuis.
Celica naturam ducens super agmina nostram
  Fide piis humeris pastor ovem revehis.

89—94. sequuntur inserti hi:

115 Grex tuus in sacris lotus baptismatis undis
  Induat in terris spiritale *(l.* spirituale*)* decus.
Criminis a nevo stet toto temporis evo
  Sitque dignum sacri flaminis hospitium.

95—100. omissi sunt 101—108. exit carmen in hos:

125 Vident discipuli statim te scandere sursum,
  Nubes te recipit, aperuisti celos.

[1] Adfictos hos uersus in usum meum beneuole transcripsit G. Laubmann, quem de hoc codice adieram. Orthographiam mutare nolui.

Post veniens iudex stricta iudicia tenptans
Iustis retribuens premia bona gratis.
Qui scandens superos infernum despoliasti,
Ducens ad celos captivitatis onus.
Concio tota cęli letatur laude perenni.
Te videns dominum ad rediisse summum.
Victor alme potens, nostras nunc suscipe preces.
Salva nos domine, ne pereamus ultra.
Loquuntur variis linguis magnalia Christi,
Discipuli firmi manent in eo semper.
Factus est sonus de celo repenteque magnus,
Singulis inspirans dulcia grata pius *(l.* piis*)*.
Talia cernentes mirantur atque loquentes
Discipulos eius que non videre prius.
Promissus patris hodie descendit ab alto
Confortans filios respiciensque suos.
Illis apparuit per linguas sic variasque
Succensas igne cicius ista fiunt.
Spiritus alme veni, reple nunc pectora, sensus
Ut tota mens nostra ardeat ultra pia.
In nos mitte patris promissum rector ab astris
Pneuma, quod emundet crimen et omne lavet.
Igne sui iugis famulos inflammet amoris,
Ardor quo fidei floreat atque spei.
Servet in exilio nos ipse paracletus isto,
Soletur, foveat, provehat atque regat.
Suggerat et nobis vitae praecepta perennis
Confidans *(l.* consolidans*)* donis nos sine fine suis.
Summa corona tibi sit. doxa coequa parenti.
Sancto spiritui deitate patris. Amen.

Sequitur subscriptio haec: *Finit Carmen Lactancii firmiani Nobilis dictatoris* (i. e. '*Dichter*'. cf. Ducangium s. u. Dictare). *Heroicum. penthametrum. Elegiacum de gloriosa resurrectionę domini Ihesu.* — Tenuitas dicendi atque foeditas numerorum hominem infimae aetatis, saeculi XV ut opinor, hos uersus exsudasse ostendunt, quem dubites utrum inbecilliorem appelles an inpudentiorem: quippe qui non erubuerit ista taedia obtrudens Lactantio. Haec extrema fata Lactantii fuerunt! — Cum codicibus prioribus illis ea editio Lactantii in quam primum est carmen receptum, Romana a. 1468 congruit pariterque proximae. Thomasius demum in editione sua (1570) integrum

dedit. Posteriores editores paene omnes etsi non a Lactantio esse conpositum sciebant, tamen retinuerunt. Etiam separatim nonnumquam editum est. Has inter editiones maxime commemoranda haec est, quam ex bibliotheca Academiae Monacensis habui: *Christianissimi Poete La- ctantij Firmiani de letabū | da Christi Resurrectione Carmen Elegyacum.*, quattuor foliorum, typis Goticis scripta, s. l. et a. Praeposita est carmini praefatiuncula inscripta *Gaspar Ekel Ambergenß Philosophie Magister Lectori Candidato* (sic) S., quae tamen nihil quod alicuius momenti sit continet.[1] Eckelius sine dubio usus est exemplari manu scripto eius generis, cuius est codex ille Monacensis, ita tamen, ut uersus quosdam transponeret et omitteret nimis informes. Ordo uersuum apud eum est hic: 39. 40. 1—38. 41—84. sequuntur quattuor uersus qui sunt in cod. post u. 110 (primus sic incipiens: Numine [*Gratia* cod.] nunc dextrae): 85—88; sequitur distichum quod in cod. post u. 86 est: 109. 110. 89—100; sequuntur quattuor uersus qui in cod. post u. 94 sunt (in altero est *interius*, cod. habet *in terris*; in quarto habet editio *sacri dignum*); desinit carmen in sex de extremis decem uersibus codicis hos: In nos mitte patris commissum (*promissum* cod.)... Pneuma quod... Seruet in (*isic paraclitus* ed.; *ipse paracletus* cod.)... Soletur... Igne sui (*ferueat* ed., *floreat* cod.)... Suggerat hic (cod. *et*)... Consolidans (cod. *confidans*). Desunt uersus 101—108 carminis Venantiani. — Valde mutilatum in editione libri De opificio Dei a 'Magistro

[1] De Eckelio hoc habet album uniuersitatis Heidelbergensis (cf. G. Toepke, *Die Matrikel der Universität Heidelberg v. 1386 bis 1662*, uol. I (1884) p. 486: *(intitulatus a. 1512) Iaspar Eckel de Amberga, magister Lipzensis, Ratispon. dioc. VII die Iunij.* Ern. Foerstemann autem ex actis academiae Lipsiensis me docuit illum *(Caspar Eckel de Amberga)* semestri aestiuo a. 1503 ciuibus eius academiae ascriptum (Matric. Uniuersit. Lips. I fol. 229), semestri hiberno a. 1504/5 baccalaureum (Matric. Facultatis artium I f. 186ᵘ), semestri hiberno a. 1509/10 magistrum factum esse (ibid. f. 207 ᵘ). Ergo editio supra commemorata, cuius in praefatiuncula Eckelius se appellat magistrum, non ante a. 1509/10 emissa est.

Ioanne Rommingio Paratino' facta. Norimbergae 1514, fol. F III^v carmen additum est, uersus scilicet tantummodo 39. 40. 1—35. Praeterea nominanda est editio Hermanni Buschii: *Lactantij firmiani | Hymnus paschalis cum nouo nec incu|rioso cōmētario.* s. l. et a., formis expressa Goticis, duodecim foliorum, quae eosdem illos centum uersus continet interiectis Buschii scholiis, et editio Aug. Buchneri: Venantii Fortunati... Hymnus de Resurrectione Domini, cum animaduersionibus. Vitebergae 1627. Inter editores Lactantii primus Betuleius (ed. 1563 p. 548 ss.) commentarium carminis scripsit. Legitur nunc in Venantio Fortunato quem Leo edidit (Berol. 1881. p. 59) optime constitutum.

Non magis quam carmini de quo modo diximus, Aenigmatis Symphosii hac in editione locus esse poterat: quae cum primus Heumannus in editionem Lactantii (a. 1736) induxisset, omnes paene post illum editores non tamen ut Lactantii retinuerunt. Legitur apud Hieronymum De uir. inl. 80: 'habemus eius (sc. Lactantii) Symposium, quod adulescentulus scripsit Africae'. Ad hoc Symposium, quod cuius generis fuisse uideatur significaui in commentatione *Ueber die Entstehungsverhältnisse*. . . p. 129 s., Heumannus similitudine nominum mirifice deceptus centum illa aenigmata rettulit eamque opinionem ut probaret uiris doctis peruincere posse sibi uidebatur editione separata hac: L. Caelii Firmiani Lactantii Symposium, siue Centum epigrammata tristicha aenigmatica, Quae uero suo auctori Post longissimi temporis decursum reddidit... Christoph. Aug. Heumannus. Hanoverae. 1722. Sed iam multis saeculis ante fuisse qui illud opinarentur, certis quibusdam uestigiis apparet. Nam cum in Anthologiae Latinae codice celeberrimo Salmasiano saec. VII aliisque uersiculi illi tribuantur Symphosio, Palatino-Vaticanus 1753 saec. IX in margine ascriptum habet *incanus firmianus*, in Petropolitano autem nomen auctoris *simfosi uel lucani* extat (cf. Car. Schenkl. *Wiener Studien*, III 147). Vix dubitandum est quin et *incanus* et *lucani* corruptae formae sint *Lactantii*

nominis. Probauit hoc Ge. Goetz, Mus. rh. XLI 318, glossa usus codicis Casinatis 90 saec. X hac: *simposia l siphonia / enigma quod firmianus et lactantius cõposuerant*, cuius integram formam hanc fuisse existimat: *simposium uel simphosium / aenigma quod Firmianus Lactantius composuit*. Itaque iam primis medii aeui saeculis homines Symposium inscriptionem libri ab Hieronymo seruatam, quam non intellegerent, cum Symphosio nomine confudisse uidentur. — Mirum est Buenemannum inductum esse ut fidem haberet Heumanni commentis: ceteri uiri docti multo minus quam ille erant faciles ad credendum. Inpugnauerunt illam opinionem Fabricius maxime, Biblioth. lat. III (1722) p. 273 s., cuius contra rationes rectissimas Heumannus, Poecile I (1722) p. 255 ss. leuia quaedam proferebat, et Biblioth. lat. med. et inf. aet. IV (1735) p. 692 ss., deinde Wernsdorfius, Poet. lat. min. III (1782) p. 294 s., etiam Io. Fr. Heynatzius in editione inscripta: Centum aenigmata uetera diu sub Symposii poetae nomine circumlata, deinde a nonnullis tanquam Symposium a Lactantio conscriptum edita, Francof. a. V. 1775, p. 10 ss. Idem p. 3 ss. priores editiones recensuit, recensuerat iam Heumannus in edit. p. XXXVIII ss., cuius enarrationem 'Irenaeus Bibliophilus' in Schelhornii Amoenitatibus literariis II (1725) p. 469 ss. uel correxit uel amplificauit. Nostro saeculo etiam G. Th. Paul, De Symposii aenigmatis (1854) p. 6 ss. Heumanni opinionem refutauit. Editiones recentissimae sunt in Anthologia Lat. rec. Riese (1869) p. 187 et in Poetis Lat. min. rec. Baehrens IV (1882) p. 364.

CAPVT III.

HISTORIA CRITICA EDITIONVM LACTANTII.

Restat ut unum etiam officium praestemus Lactantio, illud scilicet, ut historiam criticam editionum, de quibus summatim quaedam part. I p. XII dicta sunt, adumbremus praetermisso tamen libro mea sententia non Lactantiano De

mortibus persecutorum. cuius de editionibus separatim agetur. Cum saeculum XV iam tredecim uel quattuordecim editiones[1] totius Lactantii uidisset, saeculo XVI multitudo ita aucta est, ut triginta sex essent, sed etiam saeculum XVII undecim, saeculum XVIII decem habuit, nostro demum saeculo numerus, si hanc editionem omittis, ad tres minutus est: cunctae editiones omnia Lactantii scripta continentes fere septuaginta quinque sunt.[2] Quibus si adduntur editiones singulorum librorum eius carminumque atque etiam libri De mortibus persecutorum, facile centum duodecim, quem numerum Moeh-

[1] Non recte part. I p. XII quindecim esse dixeram. Si duae Venetae a. 1471 numerantur, efficiuntur quattuordecim, si una, tredecim. — Editiones Romana a. 1475 et Veneta a. 1483, quam Lengletius Bipontini alii nominant, nullae sunt, id quod rectissime iam Buenemannus (Praef. ad edd. 5. 9) indicauit. Non extant in maximis bibliothecis, ut minores praeteream, in Berolinensi Regia, Gottingensi, Londinensi Musei Britannici, Monacensibus Regia et Academica, Parisina Nationali, Vindobonensi Palatina. Non magis ullum uestigium reperire potui eius editionis quam Lengletius I p. XXXVII sic describit: 'Lactantii opera, in folio, sine loco et anno, sed in Germania excusa rudi charactere, jam a primis typographicae artis incunabulis'. Se ipsum eam non uidisse addit, sed habere Romae cardinalem Passioneum. Abicienda est eius memoria. Etiam editio Romana a. 1471 quam quidam ferunt, mero errore nata est: cf. Buenemannum Praef. ad ed. 3.

[2] De quibusdam qui editiones Lactantii parauerant nec tamen conficere potuerant cf. Buenemannum Praef. fol. a 5ᵘ s. Addenda sunt quae narrat Io. Ge. Schelhorn, *Ergötzlichkeiten aus der Kirchenhistorie und Literatur,* I (Ulm. et Lips. 1762) p. 127 ss. capite XVI inscripto *Nachricht von einer prächtigen Ausgabe des Lactantii, zu welcher man Anstalten gemacht, die aber nicht zu Stande gekommen.* Refert autem ille sub medium saec. XVIII Salisburgii editionem Lactantii splendidissimam, forma maxima, uariis ornamentis imaginibusque instructam paratam esse iamque typis exprimi coeptam; habuisse se in manibus fasciculos A. F. G. Duos locos ex ea commemorat (p. 132. 133), priore ostenditur editorem codice usum esse, utroque autem, commentarium diffusum fuisse additum, qui contineret quae ab iusta interpretatione longe remota essent. Idem probatur etiam una ex 'Dissertationibus historico-criticis' eius editionis a Schelhornio p. 134—151 repetita, inscripta 'An Constantinus Magnus jure dicatur primus Imperator Christianus?' Quae editio cur ad finem non perducta sit, non constat.

lerus statuit (*Patrologie* p. 931). efficiuntur. Nullus omnino scriptorum ecclesiasticorum Latinorum saepius editus est quam Lactantius. Tanta autem turba editionum explicanda est certoque indicio digerenda, ut et historia textus Lactantiani noscatur et quid quaeque illarum ualeat apertum sit. Nam qui antea de editionibus dixerunt. non solum accurata uetustissimorum codicum scientia carebant, in qua fundamentum rectae de editionibus sententiae positum est, sed ne cunctas quidem editiones ipsas habebant cognitas atque etiam quasdam quae magnae auctoritatis sunt, aut ignorabant aut neglegebant, ita ut de cognatione illarum maximeque antiquissimarum et de progressibus uel etiam regressibus in constituendo textu factis plene recteque indicare nullo modo possent. Ne Buenemannus[1] quidem, qui Praefat. fol. b 5 ss. permultas editiones diligenter ut solet recensuit, omnes habuit quibus ad hanc quaestionem expediendam opus est. Le Brun et Lenglet uero editores Parisini (1748) I p. XXXVII ss. plerumque nudos titulos tantummodo enumerant, multas tamen editiones, ut ipsi indicant, ne uiderunt quidem, qua re nonnulli errores orti sunt. Itaque Bipontinorum (1786) 'Notitia literaria de Lactantio' (I p. XII ss.) ex duabus illis editionibus et I. A. Fabricii libris maxime hausta haud paucis locis corrigenda est. quas autem statuunt sex aetates editionum, eae nullae sunt: neque enim per spatia quaedam annorum, sed uelut codices per familias potius editiones sunt discribendae. Cautius rem tractauit Schoenemannus, Bibliotheca historico-literaria Patrum latin. (Lips. 1792) I p. 180 ss., praeterea, ut omittam alios, etiam Rich. Simon commemorandus est, qui *Lettres choisies* (Amstelod. 1730) II p. 172 ss. de nonnullis editionibus quaedam recte, alia sane secus exposuit. Ego proposito me ita rectissime satisfacturum existimaui, si primum quam breuissime

[1] Buenemannus etiam in adnotationibus saepissime priorum editionum lectiones subiecit, monendum tamen est iis locis minime omnium editionum lectiones eum dare uoluisse neque ullo modo e silentio eius certam sententiam deduci posse. Saepissime etiam ubi lectioni nomen editoris alicuius ascripsit, is non primus eam protulit.

proferrem quid repperissem de singulis editionibus, tum ex iis locis quos per omnes editiones a me adhibitas[1] habeo conlatos, proponerem quosdam ipsos adiectis editionum illarum lectionibus, ut historia earum uelut ipsa quodammodo oculis subiceretur rationesque nostrae exemplis conprobarentur.

I. Editiones principes Sublacensis a. 1465, Romanae aa. 1468 et 1470, Venetae aa. 1471 et 1472 earumque propagines.

Primum Lactantius typis expressus est a. 1465 in monasterio Sublacensi a Conrado Sweynheim et Arnoldo Pannartz Germanis, ut plane constat, editione subscripta *Sub ãno dñi M. CCCC. LXV. Pontificatus Pauli papę. II. anno eius secũdo. Indictiõe. XII. die uero aũpenultĩa mensis Octobris. In uenerabili monasterio Sublacensi. Deo gratias.* Hic primus fuit[2] liber in Italia arte Gutenbergi confectus qui annum originis prae se ferret (cf. Graesse, *Trésor des livres rares* IV p. 65). Continet Institutiones, libros De ira dei et De opificio dei, praefixi sunt Antonii Raudensis 'Errata' Lactantii (cf. part. I p. XI adn. 2). Graeca non habet, sed in locis eorum lacunae relictae sunt atque interpretationes Latinae quales recentiores

[1] Nulla quae alicuius sit momenti editio est quam non uiderim contulerimque adiutus liberalitate bibliothecarum Berolinensis Regiae, Caroliruhensis, Gottingensis, Monacensium Regiae et Academicae, Wirceburgensis, a quibus etiam rarissimae pretiosissimaeque editiones ad me Heidelbergam missae sunt. Alias inspexi in bibliotheca Parisina Nationali. Omnibus in editionibus easdem longiores quasdam partes contuli, septem plerumque in Institutionibus, binas in libris De opif. dei et De ira dei, unam in Epitome, praeterea multos singulos locos. In his potissimum copiis ea quae iam proferam de editionibus posita sunt. Titulos editionum saepe uerbosissimos, subscriptiones, uaria quae ad formam speciemque earum pertinent, nolui hic perscribere, haec omnia Schoenemannus l. c. aliique scriptores bibliographici exhibent.

[2] De hac editione quaedam dicit etiam C. Panattoni in libello *Alla ricerca di un furto*, Romae 1887, ea re orto quod exemplar illius editionis e bibliotheca Casanatensi Romana furto ablatum esse falso dicebatur.

codices praebent, insertae. Etiam d. ira 18, 1 uerba 'quem iam uerberibus — ne uerberentur' (§ 6) et § 9 'sibi fuisse dominum — irae adfectu ad nocendum' (§ 11) intermissis lacunis desunt. Iniqua fortuna factum est ut haec editio ex codice interpolato infimae aetatis describeretur[1], quae res causa fuit ut multa uitia textui Lactantii per longam seriem posteriorum editionum adhaererent. Sed non solum errores ineptiaeque, sed etiam lectiones locorum qui in optimis codicibus nostris sunt corrupti, facilibus coniecturis sine dubio iam in codice restitutae ex ea propagatae sunt permultaeque earum lectionum quibus in apparatu nostro *edd.* ascriptum est, iam in illa extant. Etiam capitum diuisionem, quam iam recentiores codices habere solent, e codice sumptam esse apparet.[2]

Secuta est a. 1468 editio Romae *In domo Petri de Maximo* ab isdem illis typographis Germanis facta (ignota Buenemanno). Continet 'Rubricas' i. e. argumenta breuissima librorum Lactantii per capita progredientia, qualia in codicibus recentioribus (uelut in Gothano nostro) inesse solent; hae 'Rubricae' uel 'Tabulae' in multis posterioribus editionibus repetitae sunt. Sequuntur quae in Sublacensi sunt 'Errata': quattuor disticha inscripta *His carminibus frater Adam genuensis increpat fratrem Antonium* (quae u. apud Fabricium,

[1] Ut unum adferam, habet haec editio Inst. II 8 post § 2 additamentum absurdum *Sicut mater sine exemplo genuit auctorem suum, sic ineffabiliter pater credendus est genuisse coaeternum* eqs., quod in recentissimis demum codicibus est; cf. Buenemannum ad h. l. (p. 215 adn. c. d.

[2] Hanc capitum diuisionem, ut omittam Delphum (Paris. 1513), qui interdum in aliis atque priores locis fecit capitum initia et fines (cf. Inst. V 7. 12), primus mutauit Thomasius (1570), qui secundi Institutionum libri undeuiginti capita fecit pro uiginti, tertii undetriginta pro triginta, quinti uiginti tria pro uiginti quattuor, septimi uiginti sex pro uiginti septem. Posteriores aut hanc aut priorem diuisionem probauerunt aut hanc miscuerunt cum illa. Inter hos est Cellarius (1698), qui Thomasium in secundo et quinto tantum libris dispertiendis secutus est. Numeri editionis Cellarianae a Buenemanno et Fritzschio atque a me quoque recepti sunt. — Capita in paragraphos quae appellantur primus idem Cellarius diuisit.

Bibl. med. et inf. Lat. IV p. 673 s.: Lengletium I p. VII s. adn.: de Adamo Genuensi cf. part. I p. XI): Institutiones: De ira dei: De opificio dei: Phoenix: Ouidii (Met. XV 391—402) et Dantis (Inf. XXIV 106—111) de Phoenice uersus: carmen (Venantii Fortunati III 9, cf. supra p. XXXIII) De resurrectione Domini. Haec editio descripta est ex Sublacensi ita tamen, ut non solum 'Rubricas' illas et carmina, sed etiam locos graecos et quae d. ira 18 in illa omissa sunt addita habeat. Inde apparet auxilio codicis eam factam esse.[1] In ipsis tamen scriptoris uerbis perpauca uel correcta (uelut Inst. II 11, 2 *coloris* 1465, *caloris* 1468) uel mutata (ibid. *astringeret* 1465, *abstringeret* 1468) sunt. Hac demum ex editione proximae omnes quodammodo pendent. Sublacensis ipsa fortasse ad nullam earum adhibita est.

Proxima editio est Romana a. 1470, opus eorundem illorum Germanorum, id quod quattuor disticha subscripta (quae u. ap. Schoenemannum p. 186) testantur. Continet eadem illa quae Romana a. 1468. Non recte quosdam dicere (cf. ed. Bipont. I p. XIV) hac iam in editione inesse Epitomen Schoenemannus p. 188 monet, neque habet illam exemplar bibliothecae Berolinensis Regiae, quo usus sum. Haec rarissima antiquissimarum editionum est atque etiam a Buenemanno frustra quaesita. In initio libri legitur *Iohannis Andree Episcopi Alerieñ ad Paulum. II. Venetum Pont. Max. epistola*, data *Rome anno natalis dominici. M. CCCC. LXX. Pontificatus tui floridissimi Anno sexto*, cuius haec uerba sunt commemoranda: '... Sumant igitur studiosi abs te hoc tempore per nostros ingenuos opifices Lactantium Firmianum semel ab

[1] Ne quis miretur quod ad conplures antiquas editiones, Romanam 1470 et Venetas 1471. 1472. 1493, etiam ad Aldinam priorem Egnatii (1515) conficiendas libros manu scriptos adhibitos esse statuo, ea tenenda sunt quae part. I p. LV s. de multitudine codicum recentium Lactantii dixi. In bibliotheca Vaticana etiam exceptis Palatinis et Reginensibus tredecim Lactantii codices sunt (cf. Lengletium I p. XXXIII ss.), Valentinellius autem in catalogo Marcianae II p. 6 ss. undecim enumerat qui omnes paene Institutiones et libros De ira dei et De opif. dei continent.

iis iterumque impressum prius; non nullis in locis profecto ueriorem . . .' Quae non uana uerba sunt. Nam etiamsi editio posita est in Romana a. 1468, tamen multos locos habet sine dubio e libro manu scripto correctos. Codicem adhibitum esse certissime inde apparet, quod Inst. IV 6, 1, ubi Sublac. et Rom. 1468 post *incorruptibilem* habent *et conprehensibilem* additum, haec *et inreprehensibilem* praebet, quod est in codice H; VI 3, 2 illae *omnes labores capere fructus*, haec *omnes laborum suorum* (recte) *capere fructus*. Pariter e codice petita esse existimanda sunt haec quae cum optimis nostris codicibus consentiunt: Inst. I 10, 2 *etiam*, priores *et*; 5 *gladio*, pr. *gladium*; *eosdem*.. *alternis* .. *alternis*, pr. *eodem* .. *alterius* .. *alterius*; 6 *illos*, pr. *alios*; 11 *tolerabile*, pr. *intolerabile*; II 2, 2 *illo*, pr. *illos*; 6 *animas circa tumulos*, pr. *animos circa tumultus*; VI 3, 3 *speciem*, pr. *spem*; 6 *uiis*, omittunt pr.; *nutabundus*, pr. *mutabundus*; VII 4, 2 *quod non*, pr. *qui non*; fortasse de opif. 1, 8 *incedere*, in pr. deest uerbum, codd. *procedere*; 6, 6 *cur*, pr. *cum*; d. ira 2, 2 *discernemus*, pr. *disseremus*; 7, 1 *Cum desciuerint* .. *inciderint*, pr. *Cum desciuerunt* .. *inciderunt*. Extremus locus sic sane conparatus est, ut etiam coniectura potuerit sanari, fortasse etiam IV 16, 2 *suspiciunt* (quod recepi, in apparatu 'Romana a. 1470' legendum est) editor ipse restituit, priores et codices nostri *suscipiunt* habent. Facile uel ex his exemplis colliges, quot locis Io. Andreas ille uel si quis alius fuit, textum Lactantii ad ueram formam reuocauerit. Paucos tamen etiam detorsit ab illa, uelut II 11, 1 (in uersu Lucretii) *terra*, pr. *terram*; V 7, 3 *non sit retenta*, pr. *sit retenta*. Omnino autem magnum felicemque hac editione progressum factum esse dicemus.

Iam proximo anno 1471 alia editio Venetiis emissa est subscripta *M. CCCC LXXI Adam*: quo nomine Adam de Amberga qui Venetiae artem exercuit significatur (cf. Burgerum in Indicibus Repertorii Hainiani, Lips. 1891, p. 5). Subscriptionem illam sequitur laudatio Lactantii quinque distichis conprehensa, quam u. ap. Buenemannum, Praef. ad hanc edit., et ap. Schoenemannum p. 189. Dicit Schoenemannus p. 190

Adamum a. 1471 Lactantium bis prelo subiecisse. in uno enim exemplari 'Adam' ante uersus illos. in altero post esse scriptum, praeterea 'sphalmatibus propriis' ea differre. Cum ipse ea contulerit. de re ipsa non est dubitandum. Ego prioris generis exemplar e bibliotheca Monacensi Regia habui. — Repetita est haec editio ex Romana a. 1468 eademque quae illa continet, sed etiam e Romana a. 1470 quaedam hausisse eam credere non possum. Nam locos quosdam quibus rectas lectiones cum illa communes habet (uelut I 10, 5 *gladio* .. *eosdem* 1470. 1471, *gladium* .. *eodem* 1465. 1468), mea quidem sententia ad codicem conformauit. cuius usum hi loci ostendunt: I 10, 6 *eius*, priores omittunt; 10 *nec*, pr. *non*; 12 *expugnanda*. pr. *impugnanda*: V 7. 6 *potentiores* (cum plerisque codd.), pr. *potiores* (cum cod. V): VI 3. 2 *philosophi*, om. pr.: 3 *rapidam*, pr. *lapideam*. Alia fortasse coniectura editor mutauit: de ira 13, 16 *homini* addidit probatum ab Heumanno. Neque desunt tamen loci temere corrupti. uelut II 11. 8 *recenter*, pr. *recens*; V 7, 7 *et pietas*, pr. *pietas*; VII 4. 5 *assumit*, pr. *insumit*: d. opif. 14, 4 *effectum*, pr. *affectum*. Itaque hac quoque editione textus scriptoris aliquid emolumenti, sed etiam detrimenti accepit.

Altera Veneta est anni 1472. typographus 'Vindelinus' subscriptus est i. e. Vindelinus de Spira, qui Venetiae officinam habebat (cf. Burgerum l. c. p. 311). Eadem quae Veneta 1471 exhibet, post uersus tamen Adami Genuensis pauca addita sunt de opinionibus quibusdam Lactantii parum orthodoxis inscripta *Quomodo legendi sint libri Lactantii*, tum loci quidam Hieronymi et Leonardi Aretini. Praeterea post subscriptionem editionis nouo in fasciculo Epitome uel potius particula eius capita 51 (56)—68 (73) conprehendens ante Pfaffium (1712) sola nota, quam part. I p. XCI non recte dixi primum editam esse priore Veneta a. 1478, adnexa est inscripta *Nephithomon*, quod monstrum nominis (de quo cf. part. I p. XCI s. adn. 2) diu in editionibus mansit. Quibusdam in exemplaribus Epitome Schoenemanno (p. 191) teste deest. habet eam exemplar bibliothecae Monacensis Regiae.

quod mihi praesto erat. Huius editionis fundamenta sunt edd. Romana 1470 et Veneta 1471, sed ad hanc quoque conficiendam librum manu scriptum ascitum esse certissimum est. Quod non solum eo ostenditur quod prima omnium continet Epitomen, sed etiam lectionibus prorsus exquisitis, uelut Inst. I 10, 3 *primo*, omittunt priores; 8 *indicus*, pr. *inclitus* (uel *inclytus*); 9 *indicae*, pr. *inclitae* (uel *inclytae*); 10 *lacessitus*, pr. *persecutus* (uel *persequutus*); II 11, 9 *fieri*, pr. *facere*; d. opif. 1, 6 *et repetens iterum iterumque monebo*, om. pr.; 12 *nihil prorsus efficit* (male add. codd. rec., etiam B m. 3), om. pr.; 6, 1 *rursum*, om. pr.; 2 *per infinitum et inane uolitantibus* (male add. codd. rec., etiam B m. 3), om. pr.; 11, 4 *qui unus* (sic pro *uiuus*) *sanguinis fons est* (male add. codd. rec., etiam B m. 3), om. pr. (non recte Buenemannus p. 1197 adn. e); 6 *solaciora* (sic pro *salaciora*) *plus iecoris* (recte cum cod. B m. 1), om. pr. (male, item cod. P). Usus est igitur editor codice, e quo multa correxit, sed etiam falsa quaedam induxit. Sed quamquam lectiones quaedam huius editionis consentiunt cum memoria codicis Bononiensis et hic codex fortasse iam illo tempore haud procul a Venetiis fuit (cf. supra p. VIII adn. 1), tamen non hoc ipso codice, sed recentiore aliquo editorem usum esse inde apparet, quod Epitomae textus hac in editione incredibilem in modum foedatus est (cf. locum Epitomae infra exhibitum): quam deformitatem Thomasius (1570), Isaeus (1640), Pfaffius (1712) sustulerunt.

Inuenimus igitur, quod adhuc ignotum fuit, praeter Sublacensem 1465 et Romanam 1468 etiam Romanam 1470 et Venetas 1471 et 1472 subsidio codicum adsumpto factas esse. Ex his autem tribus editionibus et Romana 1468, quae eaedem sunt magnifica specimina artis typographicae modo natae, proximae [1] ita ortae sunt, ut aut ex una aliqua uel earum ipsarum uel propaginum ex iis profectarum describerentur aut ex pluribus contaminarentur. In una tamen Veneta 1493 con-

[1] Ex his editionibus perpauca exempla lectionum adferam, plura dabunt loci infra perscripti.

ficienda strictim adhibitus est etiam codex. Locos coniectura mutatos, nisi rectius quosdam appellas errores typographorum, omnes habent, ueras emendationes perpaucas. Qua re ab anno 1472, quo Veneta altera emissa est, textus Lactantii usque in prima lustra saeculi XVI magis ad peiorem deinceps condicionem delapsus quam ad maiorem integritatem euectus est.

Ex Romana 1468 (non ut quidam putauerunt ex Sublacensi 1465) descripta est Rostochiensis a. 1476, prima in Germania facta *Per fratres presbiteros et cticos cōgregationis domus uiridisorti* (i. e. *viridis horti*) *ad scm̄ Michaelem in opido Rostockeñ ptium inferioris Sclauie*, ut est in subscriptione, typis Goticis expressa: Graeca lacunis relictis omissa sunt, deerant nimirum formae litterarum. De hac editione egit G. C. F. Lisch, *Buchdruckerei der Brüder vom gemeinsamen Leben zu St. Michael in Rostock, Jahrbücher des Vereines für Meklenburgische Geschichte*, IV (Suerin. 1839) p. 37. 41. 44 s. Buenemannus saepe eam uelut primam lectionum patronam appellat: quod, si nouisset Romanam a. 1468, non fecisset.

Romanam a. 1470 (etiam epistulam Io. Andreae) repetiit Romana a. 1474, itaque etiam Epitomen omisit. Cuius editor 'Angelus Cneus Sabinus Poeta laureatus' in initio libri epistula 'Ad R. P. D. Dominicum Episcopum Brixiensem' data se ex editionibus tam Romae quam Venetiis factis 'elicere uerissimum' conatum esse ait, sed ego in iis partibus quas contuli nihil quod non in Romana 1470 esset inueni nisi temeraria commenta erroresque.

Ex Veneta a. 1472 orta est Veneta prior a. 1478 (subscripta *M. CCCC. LXXVIII. XII. marcii*), neglegenter facta uitiorumque plena, ex hac rursus, sed ascita ni fallor ipsa Veneta a. 1472 eoque correctior Veneta posterior a. 1478 (subscripta *M. CCCC. LXXVIII. XXVII. Augusti*). Nihil est cur eas laudes. Hic apte adiungitur Veneta a. 1490. Transcripta illa quidem est e Romana a. 1474 (ex qua etiam epistulam Io. Andreae habet), sed ex altera utra Veneta a. 1478 non solum lectiones quasdam, sed etiam Epitomen recepit. In ipsa multa insolenter nouata inuenies, perpauca

atque debilia emendationum initia: Epit. 57 (62) 8 recte tamen *cadit* habet, *capit* priores. Ex hac Veneta a. 1490 et Veneta a. 1472 conposita est Veneta a. 1493, quae scatet mendis malisque coniecturis. Sed habet quaedam e libro manu scripto sumpta, uelut Inst. I 6, 12 *cuius sacras* (sic pro *sortes*) *senatus in capitollium* (sic) *abstullerit* (sic), additamentum codicum RS et recentiorum, omittunt priores; 20, 26 *horrere* (sic cod. Gothan. et alii recent., nos recepimus), *horrescere* 1465. 1468. 1471. 1476. *colere* (sic antiqui nostri codd.) 1470. 1472. 1474. utraque 1478. 1490; II 11, 3 *atque*, pr. *aut*. Alios locos in partibus a me conlatis non inueni, sed hi rem satis probant.

Haud leui cum incommodo textus Lactantiani accidit, ut ab hac Veneta a. 1493 proficiscerentur proximae omnes atque recensio eius quamquam nonnullis locis est coercita, tamen in Parrhasianam a. 1509 permanaret, qua tamquam e stirpe omnes paene posteriores extiterunt. Ex Veneta illa a. 1493 et Veneta posteriore a. 1478 confecta est Veneta a. 1494, in qua errores quidam coniectura sublati sunt, uelut Inst. II 2, 10 *ex lapide*, priores *et lapide*; Epit. 57 (62), 6 *absumet*, pr. *assumet*. Eandem illam Venetam a. 1493 potissimum et Venetam a. 1490 sequitur Veneta a. 1497: minime, id quod Fabricius, Biblioth. lat. III (1722) p. 397 et Buenemannus Praef. fol. c fortasse propter epistulam Io. Andreae hanc in editionem ex Veneta a. 1490 receptam putauerunt, ad Romanam a. 1474 expressa est. Nihil uidetur habere proprii nisi uitia. Ex Veneta deinde a. 1494 et Veneta a. 1497 fluxit decima editio Veneta a. 1502, haec quoque inutilibus peruersisue commentis aucta. In initio epistula Ioannis Tacuini typographi est, praeterea Io. Petri Valeriani disticha, eiusdem autem ante subscriptionem breuis epilogus. Is igitur editor fuisse putandus est. Plurimum illa aetate ad Lactantium uulgandum contulerunt bibliopolae et typographi Veneti, homines industrii, qui certatim editiones illas emiserunt: nam inter decem illas ne duae quidem ex eadem officina prodierunt.

Claudat hoc agmen Parisina a. 1509, sumptibus *Iehan*

Petit bibliopolae facta, curata autem fortasse ab Aegidio Maseriensi, cuius praefatio et uersus quidam praefixi sunt, aliud autem carmen in proximo post subscriptionem folio legitur. Notae quaedam quibus res a Lactantio expositae uarie tanguntur, in marginibus sunt. Haec editio cum Veneta a. 1494 congruere solet. Etiam infra, ubi de Parisina a. 1513 agetur, de ea dicemus: quo loco illud quoque demonstrabitur, hanc fuisse primam Parisinam, non extare a. 1500 emissam.

II. Editiones Parrhasii a. 1509 et Delphi a. 1513 (cum Iuntina a. 1513).

In initio nouae seriei editionum Parrhasianam posui non tam propterea, quia nonnulla in textu corrupta recte constituit, quam quia tanta eius fuit auctoritas, ut posteriores editiones ex ea aut ipsa aut per alias deinceps proficiscerentur uel certe sequerentur quodammodo uestigia eius et priorum editionum usus paene totus illa submoueretur.

Editio Iani Parrhasii subscripta *Venetiis . . . M. CCCCC. IX. die. III. Ianuarii* expressa ab eodem Tacuino qui Venetam 1502 emisit, cuius etiam epistulam continet subscriptam *anno. M. CCCCC. X. quinto decimo kalen. Ianuarias*, editoris memoriam uerbis tantum *(Lactantii Firmiani opera) nuper per Ianũ Parrhasiũ accuratissime castigata* titulo insertis prodit. Venetam igitur a. 1502 minime probam Parrhasius non paucis locis emendauit, qua in re utrum codice an coniectura usus sit dubito considerans tales locos: IV 6, 1 *mundi*, om. priores; II 2, 6 *oberrare*, pr. *aberrare*; VI 3, 3 *tritior*, pr. *tristior*; d. opif. 6, 2 *quae, malum, uanitas*, pr. *quod malum uanitatis*; 5, 1 *perducerent* (cum codd. rec.), pr. *producerent*: leuiora mitto. Fuisse autem hominem doctum acutique ingenii coniecturis quibusdam ostenditur, quas etiam nos recepimus, II 8, 62 *torporata* pro *corporata*; III 4, 9 *Sparti* pro *Spartiatae*; III 11, 14 *uirtutis* pro *uirtus*; VII 4, 1 *quae si est* pro *quia etsi est*. Aliis locis coniecturae eius commemorandae certe erant, cf. ad VII 3, 1; de opif. 3, 2. 4, 17. 8, 6; de ira 4, 14. Saepe etiam e traditis lectionibus depra-

uatis aliquid ueri elicere temptauit. raro nimis audax fuit (cf. I 10, 9 *Diam*. codd. et pr. *Cretum*). — Repetita est Parrhasiana Venetiis a. 1511 (testibus Buenemanno et Schoenemanno, ego non uidi) et 1521.

Parisinam a. 1509 retractauit Aegidius Delphus 'socius Sorbonicus ac theologus doctor', Parisiis apud eundem illum Iehan Petit a. 1513,[1] ita tamen, ut et quae ex Parrhasiano sumpserat et quae ipse excogitauerat admisceret. In marginibus permultae notae ascriptae sunt ad res a Lactantio tractatas spectantes. Non possum adsentiri Buenemanno, qui ualde eam

[1] Subscriptio est haec: *L. Firmiani diuine institutiones cu Egidij delphi Theologi doctoris annotamentis pbatissimis . . . Pro Ioanne Petit fidelissimo bibliopola apud magnum ortum ab optimo calcographo Nicolas depratis Impressi. Anno dñi. M. CCCCC. decio tertio. Kalendas ianuarias nono finiuntur feliciter.* Praetermitto diei significationem ab usu solito alienam — postulamus enim 'nono kalendas Ianuarias' — et obscuram: annus certe, cum uerba *decio tertio* cum numero *M. CCCCC.* coniungenda sint, dubius non est. At hac in scriptura anni, cum numerus *M. CCCCC.* tantummodo spectaretur, causam esse positam manifestum est cur a quibusdam esse diceretur editio Parisina a. 1500. Buenemannus Praef. fol. c n. 13 eam editionem ita inducit: 'Lact. — cum Egid. Delphi Annotamentis — per Io. Petit. in. 4. Paris. 1500' seque eam homini cuidam dedisse dicit: itaque eam conferre non potuisse uidetur. At primum incredibile est Parisinam a. 1500 continuisse notas Delphi, in Parisina a. 1509 ab eodem bibliopola emissam ne nomen quidem Delphi, sed Maserii commemorari, at Parisinam a. 1513, quam idem ille Iehan Petit uenum dedit, subscriptione ad Delphum referri. Deinde nemo umquam accuratam eius notitiam dedit: nam Bipontinorum (I p. XX) fides hac in re non satis ualet. Quare iam Schoenemannus (p. 198 s. cum adnot.) editionem illam omnino non fuisse suspicari incepit. Quod uero totam quaestionem absoluit, nulla maximarum illarum bibliothecarum quas p. XL adn. 1 nominaui, ne Parisina Nationalis quidem eam habet. In duarum sane magnarum Germaniae bibliothecarum catalogis legitur, sed cum eam petissem, editio a. 1513 mihi missa est: nimirum error subscriptione illa effectus est. — Praeterea Buenemannus Praefat. fol. c 2 n. 18 Parisinam a. 1509, quam tamen non uiderat (cf. n. 16), conuenire cum Parisina a. 1513 dicit, non recte. Nam prior illa multo pauciores in marginibus notas, Maserii opinor, habet quam haec, in uerbis autem Lactantii constituendis eas nonnihil differre locis infra a nobis datis ostenditur.

laudat putatque Delphum esse usum libro manu scripto eoque optimo. Inter lectiones non paucas quas ille adfert ut a Delpho primo propositas duas inueni (IV 20, 1 *resanaret*, priores *reseruaret*, Parrhas. *seruaret*; VI 12, 9 *qui id*, pr. *quid*) quae cum memoria codicum nostrorum consentiunt, sed hae coniecturae esse possunt, quales etiam commemorauimus ad De opif. 3, 13. 4, 17, etiam lectio III 9, 18 *ea ad quae* Delphi est. Aliae contra minus laudandae sunt, uelut II 11, 10 *quam cōpluribus*; V 7, 3 *reiecta*; de ira 7, 1 *ut euagetur*. Quod autem dixi illum Parrhasiana usum esse, apparet cum ex lectionibus VI 3, 3 *tritior*, VII 4, 1 *quae si est* (cf. supra), tum uero ex notis quibusdam ad Epitomen[1] datis, in quibus Epit. 57, 6 *cantionibus* cum Parrhasio habet, *orationibus* pr.,

[1] Post librum De ira dei Delphus cum alias quasdam adnotationes tum (in fol. CLXXII[u] primo; nam tria folia hunc numerum habent, postea inserta esse apparet) multas per totam partem Epitomae illa aetate notam lectiones addit inscriptas *Sequunt̃ peccata in Epitome*, subscriptas *Haec notauit Egidius Delphus: Socius Sorbonicus: ac Theologus doctor*. Sed hae aut correctiones errorum typographicorum sunt aut Delphi uel aliorum coniecturae. Pleraeque petitae sunt e Parrhasiana, quod Delphus ipse significat interdum, uelut cum ad c. 54, 8 (nostrae editionis, *conscientiam punire*), ubi in textu *munire* habet, scribit *Conscientiam munire: alii legunt 'punire'*, hoc autem in Parrhasiana est; 66, 8 (nos cum codd. *dicatos deo*) in textu *diuites deo* habet, adnotat *diuites deo: alii legunt 'deditos deo'*, hoc in Parrh. est; 67, 7 (nos cum codd. *in altitudinem*) in textu est *in altitudine*, in adnot. *in altitudine: alii legunt 'latitudine'*, hoc habet Parrh. Nonnulla leuiora recte emendauit (uelut 57, 6 *traducitur*, pr. *traducunt*), etiam 64, 1 *causis atque rationibus* sagaciter repertum est pro *causis atque fictionibus* uel *factionibus*. Sed ne hae quidem emendationes necessario ex codice fluxisse existimandae sunt: 57, 1 in textu habet *a natura frangitur*, idem priores (etiam Parrhas.), in adnot. *legendum est 'auaricia frangatur'* (recte): at superiore loco 56, 1, ubi priores idem illud *a natura* praebent, Parrhasius emendauit idem illud *auaritia*, quod Delphus facile huc trahere potuit, *frangatur* autem coniunctiuus postulatur loci sententia et proximo (§ 3) *euagetur*; 65, 7 Delphus in textu *quae praedicta sunt a philosophis* (idem pr.), in adn. *legendum est 'a prophetis'*: sed pro peruerso *philosophis* uerum *prophetis* inuenit aut ipse aut ex proximo loco 66, 1 'Haec autem a prophetis . . . futura dicuntur'.

pariter 9 *creditur*, pr. *credunt* uel *creduntur*, multa similia (cf. p. LII adn. 1). Nonnulla tamen in Epitome pessime ante edita recte emendauit (cf. ibid.): quae a proximis editoribus, ut omnino haec editio, neglecta sunt paene omnibus. Ad Iuntinam tantum conficiendam ascita uidetur (cf. Epit. 57, 6 *traducitur* Delph. Iunt., priores *traducunt* uel *traduntur*), etiam Betuleius (ed. 1563) p. 297 b 5. 356 a 18 eam appellat.

Ad Parrhasianam, receptis tamen paucis lectionibus e Veneta 1493 uel 1497 et Parisina 1513 (cf. modo dicta), artissime se applicat Marianus Tuccius, qui Lactantium apud Iuntam Florentiae a. 1513 (subscriptum *mense Octobri*, Parisina eiusdem anni mense Ianuario perfecta est, cf. p. LI adn. 1) edidit. De Tuccio recte iam Buenemannus n. 19 indicauit.

III. Editio Egnatii (Aldina prior) a. 1515 cum propaginibus.

Ad maiorem perfectionem Lactantii textus elatus est editione Io. Bapt. Egnatii Veneti. Venetiis apud Aldum a. 1515, quae est Aldina prior. In hac prima additum est carmen De passione Domini, quod addenda et corrigenda quaedam sequuntur, praeterea eiectis locorum graecorum interpretationibus latinis, quas priores contextui inseruerant, nouae (in fol. post X 4) sunt subiectae *recensente emendanteque Marco Musuro*. Egnatius in epistula qua editionem Antonio Triultio dedicat, tantum industriae studiique se adhibuisse scribit, ut haec castigatior iam esset quam priores. Pro fundamento ei fuit Parrhasiana, adhibuit fortasse etiam antiquiorem aliquam, quod uero nondum perspectum est, codicis auxilio est usus. Intra locos omnibus in editionibus a me conlatos haec inueni quae coniectura orta esse non possunt: VI 3. 2 *lucidum*, omittunt omnes priores: de opif. 1, 5 *sensim* (cum m. 3 B). om. pr.: 14, 9 *muneris*, pr. *neruis*; de ira 4, 10 *resecare* (cum B). pr. *recusari* (*recusare* P); 5, 10 *itaque qui bonos diligit, et malos odit, et qui malos non odit, nec bonos diligit, quia et . .* (cum B). pr. *itaque qui bonos diligit et malos non odit, nec bonos diligit, quia et . .* (cum P): 6, 2 *nam* (cum B), om. pr. (cum P); 8, 5 *con-*

sulamus rei (cum B). om. pr. (cum P). Etiam in addendis probissimae lectiones sunt, uelut quod ad V 7, 2 *sola* deletur, quod post *unici* priores habent. Iam hoc manifestum est, Egnatium aut codice Bononiensi, quem illa aetate Venetiis uel in iis regionibus fuisse supra (p. VIII adn. 1) uidimus, aut propagine eius usum esse. Loco sane De ira 1. 3 Egnatius primus *tam* addidit, quod teste Gallaeo editore (1660) in codicibus recentibus extat, abest autem a Bononiensi: quod ille aut ex interpolata propagine huius codicis recepit aut fortasse ex alio codice quem praeterea adhibuit. Sed utut hoc se habet, ad codicem potius quam ad coniecturam uel usum antiquissimarum editionum referenda uidentur etiam haec: VI 3, 4 *uitia uero quibusdam delenimentis* Egn. cum edd. 1465—1478 (nisi quod quaedam *delinimentis* uel *deliniamentis* habent), *uitia uero quibus delinimentis* (uel *deliniamentis*) edd. 1490 et proximae, Parrhas. (et Iunt.) om. *quibus;* § 6 *frugalitatem* Egn. (m. 3 B: edd. 1465 —1490. 1494. Paris. 1509. 1513), *fragilitatem* m. 1 B cum cett. codd., edd. 1493. 1497. 1502. Parrh. Iunt.; VII 4, 7 *careat*, pr. *careant;* Epit. 57, 1 *auaritia* Egn. (Delphus, cf. p. LII adn. 1), *a natura* pr.; 5 *his* om. (recte), est in prior.; de ira 7, 4 *cognatio*, pr. *cognitio;* ibid. *non esse nos* (cum B), pr. *non esse* (cum P). Locos quosdam tamen ipse coniciendo temptauisse uidetur. Plurima Egnatium in libris De opif. et De ira, minus multa in Institutionibus, etiam pauciora in Epitome correxisse uel ex locis adlatis conligitur. Qui si codicem suum fortius secutus esset neque multa seruauisset per Parrhasianam tradita, multo etiam melius de Lactantio mereri poterat.

Haec Aldina Egnatii in locum auctoritatemque Parrhasianae successit. Ex ea descripta est Basileensis, apud Cratandrum, a. 1521 (prima Cratandrea). In praefatione 'nonnumquam' inquit Cratander 'uarietate codicum oblata aliam lectionem apponi curauimus: ut si unum istum libellum semel nacti fueritis, multa et diuersa Lactantii exemplaria uos adeptos libere affirmare possitis'. Sed haec nil nisi uerba bibliopolae sunt mercem suam uenditantis. Nam ne forte putes

perpaucas illas uarias lectiones quae in marginibus scriptae sunt, e codice sumptas esse, ut Cratander optimi cuiusdam codicis lectiones editioni epistularum Ciceronis ascripsit. illae omnes aut ex addendis corrigendisque Egnatii aut ex Parrhasiana haustae sunt. A. 1524 Cratander (altera Cratandrea) hanc editionem paene integram repetiit (de ira 7, 1 cum multis prior. *ut uagetur* recte habet. *ut uagatur* cum Egnatio prima Crat.). Tertia Cratandrea a. 1532 facta est. Consentit cum altera Cratandrea, plures tamen notas quam priores duae in marginibus habet. breues argumentorum descriptiones, sed etiam lectiones. has quoque ex Parrhasio uel Egnatio, in libro De opif. dei ex Erasmo sumptas.

Alteram Cratandream expressit editio 'Antverpiae ex officina Ioan. Graphei' a. 1532 emissa, nisi quod libri De opif. dei editionem Erasmianam a. 1529 (cf. supra p. X) cum epistula notisque eius recepit. In ceteris libris Grapheus eas lectiones quas Cratandrea in marginibus habet, crucibus praefixis uerbis scriptoris ipsis inmiscuit.

Ex prima Aldina etiam Parisina a. 1525 (apud Ioannem Paruum) fluxit, plane diuersa a duabus prioribus Parisinis. Quamquam in folio tituli uerso habet epistulam Ioannis Tacuini a. 1510 ex Parrhasiana sumptam, tamen ipsa non ex hac descripta est.

IV. Editio Fasitelii (Aldina altera) a. 1535 cum propaginibus.

Noua prorsus aetas textus Lactantiani orta est editione Aldina altera a. 1535, curata ab Honorato Fasitelio, 'emendata', ut Paulus Manutius Aldi f. in epistula 'Germano Minadoo monacho Casinati' inscripta post magnam praedicationem Fasitelii ait, 'in Casinatis coenobii bibliotheca, uetustissimorum codicum collatione'. His e codicibus larga copia optimarum lectionum ad hanc editionem redundauit. Habet autem bibliotheca Casinensis, quantum quidem e primo uolumine catalogi quod unum adhuc emissum est apparet, codicem Institutionum signatum n. 595 saeculi XI uel XII, quem

cognatum esse dixi (part. I p. LI) Parisini S, atque etiam alium a. 1429 scriptum (cf. ibid. p. LII). Ex priore illo codice sine dubio primus edidit Fasitelius locos dualisticos, quorum unus post Inst. II 8, 7, alter post VII 5, 27 est, et adlocutionem Constantini Magni quae est post VII 27, 2 (cf. ibid. p. L. LXVI ss.; *die dualist. Zusätze* p. 22; *die Kaiseranreden* p. 1 s. 10), quos locos idem ille Parisinus habet, pariterque II 2, 18 uersum Persii 1, 1, uerba *aut plus—licet* V 1, 13 (cf. ad p. 400, 17), *iustitiam reducturus* V 7, 5 (cf. ad p. 420, 2), alia, quae eadem in Parisino sunt. Sed ut mittamus spurios eos locos, tantus est numerus uerarum lectionum a Fasitelio inductarum, ut is unus si non plus, at tantundem certe quantum priores cuncti contulisse ad Institutiones restituendas dicendus sit. Nam Institutiones tantummodo e codicibus suis correxit, in reliquis Lactantii libris Aldinam priorem, in qua omnino posuit recensionem suam, sequi solet. Institutionum autem, si ratio uniuersa initur, in decimo fere quoque uersu editionis nostrae emendatio est. Exempla loci infra dati, maxime tertius (Inst. V 7, 2. 3. 5) praebent. Adde quod multis locis quibus priores inter se discrepant, haec editio meliores lectiones confirmat. Coniecturae Fasitelii uidentur esse perrarae. Hac editione Vulgata quae dicitur Institutionum saltem constituta est. [1]

Altera haec Aldina magnam progeniem habuit. Descripta est ex ea, adhibita etiam Cratandrea, perpaucis tamen locis coniectura non felici temptatis et libro De opif. dei ab Erasmo sumpto, editio Antuerpiae apud Io. Gymnicum a. 1539 facta, repetita a. 1555, tum, paucis cum mutationibus, alia, Lugduni a Seb. Gryphio a. 1541 emissa, a. 1543 repetita (Gryphius ipse in praefatione Fasitelium ut auctorem suum laudat), item Parisina, 'excudebat Petrus Galterus pro Ioanne Barbaeo et Claudio Garamontio' a

[1] Aldinam a. 1538 non recte Fabricium, quem Lengletius aliique sequuntur, nominare iam Schoenemannus p. 215 obseruauit, tacet de ea etiam Renouard l. c. I 277 ss. II 319 ss.

1545, forma duodenaria, nitidissime scripta, quod genus elegantiae mox Tornaesius maxime imitatus est. Editionum autem Tornaesii duae series distinguendae sunt, Tornaesiana prior, Tornaesiana posterior. Tornaesiana prior efficitur editione Lugduni apud Ioan. Tornaesium et Gulielmum Gazeium a. 1548 facta et repetita aa. 1553. 1556. 1561 (hanc omittunt Buenemannus, Lengletius, Schoenemannus, habui ex bibliotheca Monacensi Regia). In titulo 'Omnia ex castigatione Honorati Fasitelii Veneti pristinae integritati restituta' scriptum est, marginibus perpaucae lectiones ex tertia Cratandrea sumptae adiectae sunt. Ex priore Tornaesiana descripta est Parisina, apud Hieronymum de Marnef a. 1561 eundem illum titulum 'Omnia ex castigatione.. Fasitelii... restituta' prae se ferens (hanc Lengletius uidit aliique testantur, ego non uidi), repetita a. 1565 (hac usus sum), atque etiam Antuerpiana 'apud Viduam et haeredes Ioannis Stelsii' a. 1570 (non recte Lengletius dicit 'cum notis Erasmi ad libellum de Opificio Dei', nihil earum habet). Perpaucis locis Marnefiana et Stelsiana in textu uel in marginibus alias atque Tornaesiana lectiones praebent, Stelsiana ex Cratandrea tertia, Marnefiana etiam ex aliis editionibus petitas. Utriusque forma minuta illa quae Tornaesianae duodenaria est. — Heroldi Haeresiologia Basil. 1556, in quam Lactantius receptus est, praesto mihi non erat.

Fasitelii recensio in Institutionibus non permulta reliquit posterioribus corrigenda, sed ne haec quidem tantum quantum fieri poterat, expedita sunt. Nonnulli quidem postea codicibus iisque bonis usi sunt, sed delectu modo lectionum adhibito nimis parco uel lectionibus genuinis in notas relegatis, alii deterioribus codicibus, alii suis inuentis nimium fidei tribuerunt, maxime uero illud obstabat pleniori scriptoris emendationi, quod ante Buenemannum editores singulas uel paulo plures editiones priorum aetatum sequi uel consulere, antiquissimas autem illas plane praetermittere solebant, ita ut multis locis iam pridem recte scriptis uitia secum traherent. Paulo etiam iniquior librorum De opif. dei et De ira

dei condicio erat, quos omnino editores minus curauerunt. De Epitome etiam magis neglecta iam ante (p. XLVII) dictum est. Itaque etiamsi post alteram Aldinam textus Lactantii omnino quidem propius paulatim ad genuinam integritatem reductus est, tamen ea incrementa parum ampla parumque in omnibus editionibus constantia fuerunt.

V. Iam dicendum est de egregia quadam editione, prorsus paene neglecta a prioribus, etiam Buenemanno ignota, quae prodiit 'Coloniae ex officina Petri Quentel' a. 1544. Fundamentum eius Fasiteliana est, libro confecto Erasmi ad De opif. dei lectiones notaeque additae sunt (fol. b* IIII[a] et fol. ante p. 1). 'Typographus' uel is qui editionem curauit, initio libri post indicem 'contulimus' inquit 'diligenter superiores editiones ferme omnes, adhibitis etiam exemplaribus quibusdam uetustiss. manuscriptis, ut ueram et germanam lectionem daremus in medium. Et restituimus quidem plura quam crediturus sis, nisi contuleris, loca'. Verissime haec esse dicta a Quentelio, qui etiam in Cypriano edendo codicem ex bibliotheca Carthusiae Coloniensis adhibuit (cf. etiam Hartelium, Cyprian. III p. LXXVIII s.), optimis lectionibus haud paucis quae aut in textum receptae aut inter eas sunt quae in marginibus leguntur, rectissime confirmatur. Praeterea illud mentione et laude dignissimum est, quod editor, exemplo diligentiae illa aetate inaudito, iis locis ubi 'dissentientibus exemplaribus' utraque lectio 'tolerabilis' uideretur, in uerbis scriptoris et singulas litteras uocesque et plures uoces formis minutis exprimendas curauit. Quentelius autem codices Institutionum, librorum De opif. dei (cf. etiam locos 1, 2 *excudam* in textu cum omnibus prior., in marg. *al. extundam* cum optimis codd., pariter 14, 2 *circumnectitur* in textu, in marg. cum optimis codd. *alias circumretitur*; 1, 10 *ita* in textu, idem cod. Gothan., *ideo* priores) et De ira dei habuit: quo ex libro quamquam locos insignes non habeo quos adferam, tamen cum p. 251 in margine ascriptum sit 'Hic manuscripta inchoant cap. 9', pariter p. 252. 255. al. (item etiam saepe in Institut.), illud satis constat. In Epitome cum uariae lecti-

ones non adiectae sint, eam in codicibus Quentelii apparet non fuisse. — Ex editione Quentelii multa in Tornaesianum posteriorem, ex hac quaedam in Walchianam transierunt (cf. locos infra datos), ceteri editores non sine damno suo aut non uiderunt eam aut omiserunt.

VI. A. 1563 Basileae Lactantius Xysti Betuleii (*Sixtus Birken*) mortui a. 1554 ab Emmanuele filio editus est, cum praefatione 'Qua disputatur, utrum Lactantiana scripta recte in scholis iuuentuti praelegi et enarrari conueniat, contra Lactantiomastigas instituta' et uita Xysti ab Ioanne Nysaeo descripta. Hac in editione primum Lactantius commentario inlustratus est multo tamen minus ad criticam artem, quam ad interpretationem spectante atque ita, ut ex amplissima editoris doctrina plurimi loci aliorum scriptorum qui ad illum explicandum ualent praebeantur, etiam postea ab editoribus in usum suum conuersi. Nonnulla tamen nimis longe ab officio interpretis discedunt atque etiam ad controuersias theologicas illius aetatis deflectunt: unde quidam iniquius de Betulei editione indicauisse uidentur (cf. Buenemannum n. 34). Sed si qualem recensionem textus ea editio habeat spectamus, Betuleius quamquam plerumque alteram Aldinam sequitur, tamen etiam alias editiones, unam de antiquis Romanis (p. 113 a 40; 261 a 23), Iuntinam et Cratandream (p. 261 a 22 s.), Gryphianam (p. 362 b 25; 401 b 8), Parisinam Delph (cf. supra p. LIII) adhibuit atque etiam alias, uelut Quentelii et Gymnici, inspexit. Quod autem Buenemannus scribit: 'Prouocat aliquoties ad uetustum codicem, non uero indicat, unde, quis aut qualis ille fuerit', ea quaestio facile absolui potest. Primum enim Betuleius in locis oraculorum Sibyllinorum (p. 23 b 9 'in scripto codice', pariter 258 a 3. 261 b 42. 424 a 32; 'in Sibyllino codice' 429 a 18. 431 a 25. 478 b 46. 479 a 5) codicem saepe appellat ex eoque locos quosdam emendauit: is nimirum codex Augustanus Sibyllinorum est nunc Monacensis 351 saec. XV, e quo Betuleius primus ea oracula edidit (cf. Orac. Sibyll. ed. Rzach p. III. IX). Deinde uno loco, in margine p. 108, ad II 9 (nobis 8), 3,

ubi interpolatio *Sicut mater* eqs. (cf. supra p. LXIII adn. 1) in textu est, legitur hoc 'Ista nō sunt in ueteri codice', sed e Quentelio fortasse sumptum, qui eodem loco simile adnotat. Perpaucae omnino in marginibus notae sunt (p. 194. 286. 305. 318. 319. 324. 335), sed hae omnes aut e Quenteliana aut Cratandrea tertia aut Tornaesiana priore fluxerunt. Nihilominus Betuleium codice usum esse ut existimem, locis quibusdam adducor, uelut I 10, 8 *ab amore ac libidine* recte, *ob amorem ac libidinem* priores, V 7, 3 *reperta* male, sed cum cod. H, *retenta* pr.: facile autem ille unum de tribus codicibus Institutionum bibliothecae Augustanae (cf. Mezger, *Gesch. der vereinigten kgl. Kreis- u. Stadtbibliothek in Augsburg*, 1842, p. 57 codd. n. IX et X saec. XV; p. 73 cod. n. LXXII, saec. XV), cuius bibliothecarius erat (cf. Mezger p. 1. 7), consulere potuit. Locos quosdam etiam coniectura sanauit, cf. ad I 179, 5. 237, 11. 259, 5. 538, 11 al. nostrae edit., alios tamen rectius integros reliquisset.

VII. Sequitur Tornaesiana posterior, primum emissa a. 1567 (non recte Buenemannus dicit anno demum 1587) Lugduni apud Ioannem Tornaesium, repetita aa. 1579. 1587. 1594 (Lugduni, Apud Thomam Soubron, non recte Buenemannus aliique 'Lugduni, ap. Tornaes.' dicunt; exemplar bibliothecae Monacensis Regiae habui). 1613 (Coloniae Allobrogum, apud Ioan. Tornaesium; Buenemannus aliique etiam Tornaesianam Geneuensem huius anni nominant, quam non uidi; cum Colonia Allobrogum sit Geneua, eadem esse editio uidetur). 1630 (Geneuae). Hae editiones, forma typisque pares Tornaesianae priori, quamquam bibliopola temporibus et nouitati consulens uaria deinceps titulis adiecit ('omnia ex authoritate librorum manuscriptorum emendata': 'Editio nouissima ac omnium emendatissima'), tamen eandem omnes praebent recensionem. Leguntur autem in fine libri ante indicem inscripta 'Ioannes Tornaesius lectori s.' haec: 'Cum mihi denuo Lactantius esset excudendus, opportune oblati sunt libri septem diuinarum Institutionum manuscripti. Quos cum uiderem magnum mihi adiumentum allaturos, ilico eos emi.'

Ex eo codice multa se correxisse dicit, tum addit: 'Non parum item me iuuit uir eruditissimus Iacobus Cuiacius, qui nonnullos locos huiusce nostri autoris ex fide ueterum librorum a se emendatos ad me misit.' Heumannus Praef. fol. post a 5 'bibliopolam criticum uendibiliorem facturum suam mercem' haec finxisse dicit, quam ego fraudem non magis quam Buenemannus Tornaesio inputare uelim, praesertim cum ille interdum etiam in margine codicem suum appellet (cf. p. 6, 132). Buenemannus tamen qui permultis locis 'Tornaes. 1587—1613' commemorat, nimium honoris ei habuit. Nam cum uniuersus fere textus sit prioris Tornaesianae, notae marginibus inscriptae paulo plures sunt, sed pleraeque ex Betuleiana et Quenteliana deriuatae, ex Quenteliana autem — id quod Buenemannum fugit — multas bonas lectiones in textum receptas esse loci infra exhibiti ostendunt. Paucae notae e codice (uelut ad II 6 [nobis 5], 40 *putrescunt* in marg. *brutescunt*, idem in cod. Emmanuelensi, teste editore Cantabrigiensi a. 1685) sumptae uidentur, aliae fortasse coniecturae Cuiacii sunt. Necessario autem libri manu scripti usus statuendus est uno ex multis textus quos examinaui locis [1], I 10, 8 ubi uerba *necesse est* cum nostris codd. ante *in senatu*, in omnibus prioribus editionibus ante *quia praeter* posita sunt. — Tornaesianam posteriorem Walchius et Buenemannus tantum asciuerunt.

VIII. Duae editiones Michaelis Thomasii. Antuerpiae ex officina Plantini a. 1570 (repetita a. 1587 et in Bibliothecis Patrum Parisina, ed. de la Bigne a 1589 uol. IX, Coloniensi a. 1618 uol. III, Lugdunensi a. 1677 uol.

[1] Buenemannus, etiamsi locorum e Quenteliana sumptorum ratio non habetur, tamen multo plures lectiones hac editione prolatas esse putauit quam prolatae sunt, uelut I, 1, 1 *penitius* iam Betuleius habet 2, 5 *non* iam Fasitelius om ; 3, 18 *potestas* iam Parrhasius addidit; III 1, 11 *aliter* iam Gymnicus eiecit; 10, 6 *etiam* habet, priores *autem*, sed Quentelius *autem* in textu, in marg *al. 'etiam'*, unde Betuleius *autem etiam*; sed IV 1, 14 *se aliqua ex parte uidere* primum in hac Tornaesiana est, coniectura mediocris.

III), et Iosephi Isaei, Caesenae ex typographia Nerii a. 1646 (repetita Romae a. 1650, teste Buenemanno n. 44), magno sane temporis interuallo disiunctae, intra quod tamen praeter repetita Tornaesianae posterioris exempla nulla editio Lactantii facta est, propterea apte inter se coniunguntur, quia illis notitia antiquissimi codicis Bononiensis peruulgata lectionesque eius nonnullae in textum scriptoris inlatae sunt. Thomasius, qui non solum uetustum illum Bononiensem, sed etiam recentiorem (cf. edit. nostrae part. I p. XXVI adn. 2) et septem Vaticanos, hos quoque recentes omnes, adhibuit, lectiones quasdam codicis B et in marginibus, admixtis tamen lectionibus aliunde sumptis (cf. ibid. p. XVI adn. 1), et in notis editioni subiectis dedit nimis tamen paucas pro ubertate codicis illius, nisi quod Epitomae melius consuluit. Eiecit etiam locos dualisticos codicem B secutus, ne Lactantius inmerito inter sectatores Manichaei duceretur (cf. Praef. fol. A 3). Isaeus deinde, qui pariter atque Thomasius in altera Aldina recensionem suam posuit (cf. p. VIII), sed etiam alias editiones (cf. p. X) maximeque Thomasianam adsumpsit, praeterea autem duodecim inspexit codices Vaticanos, alterum illum Bononiensem, 'codicem' Taxaquetii (cf. ed. nostrae part. I p. XXVI adn. 2), alium Peniae quem dicit, plus minus trecentis meliores lectiones (sic ipse p. VIII ait) ex optimis exemplaribus et doctissimis scriptoribus restituit: qui numerus, si textum Lactantii apud Isaeum ducentas quinquaginta fere paginas conplere spectas, minime magnus appellari potest. Plurimas autem Bononiensis lectiones 'minoris momenti' (!) in notas p. XXVII ss., alias rursus in commentarium p. 253 ss. abiecit, e quibus tamen posteriores quidam editores nonnullas emendationes hauserunt. Etiam errores quosdam posteriorum culpa aut Thomasii aut Isaei de Bononiensi falsa uel obscura tradentium ortos esse part. I p. XVI adn. 1 demonstratum est. In Epitomen ex Bononiensi corrigendam Isaeus nouam post Thomasium curam contulit. Etiam praeclarae quaedam coniecturae (cf. ad I 590, 18. 594, 19; II 40, 12. 83, 19 edit. nostrae) Isaeo debentur.

Valde tenuis opera fuit Antonii Thysii, qui editionem (Lugd. Bat. 1652) ex textu et notis Thomasii conflauit, neque maioris diligentiae doctrinaeue notae eius sunt.

IX. Iterum plures editiones conprehendere placet, Seruatii Gallaei (Lugd. Bat. 1660), Thomae Sparkii (Oxonii 1684), Cantabrigiensem (ex officina Iohan. Hayes 1685), Christoph. Cellarii (Lips. 1698). Horum editorum hoc est commune, quod lectiones codicum quorundam proferunt, sed recentiorum paene omnium, ita ut ea congerie profundenda ueram memoriam librorum Lactantii obscuratam magis quam inlustratam esse quis dicat. De uno Cellario cum maiore laude iudicandum est, quippe qui, id quod ceteri paene omiserunt, ipse idque satis prudenter inter uarietatem illam discreuerit elegeritque. Gallaeus, qui nonnullas editiones enumerat (fol. ** 5), sequitur autem Thomasianam potissimum, praeter codices a prioribus adhibitos nominat decem fere, inter hos Palatinum, nostrum H (cf. edit. nostrae part. I p. XXXV), et codicem Cauci (cf. ibid. p. XLVII adn. 1), Parisinum P, ab Opsopoeo ad oracula Sibyllina edenda conlatum (cf. ibid. p. XXXVIII): reliqui, quamquam quosdam uetustos esse uult, nullius sunt momenti. 'Variae lectiones' plurimae atque satis accurate, ut uidetur, perscriptae editioni subiectae, paucae notis insertae sunt. Notae ipsae magna ex parte ex Betuleio aliisque sumptae, aliae, inter quas doctae quaedam, ab editore scriptae sunt: sed quoniam in iis acriter inuectus est in doctrinam institutaque ecclesiae catholicae, haec editio in Indice librorum prohibitorum posita est (cf. Reusch, *Der Index der Verbotenen Bücher*, II [1885] 152). Sparkius Gallaei maxime, ut uidetur, usus editione paucas in notis lectiones codicum Oxoniensium Balliolensis Bodleiani (cf. edit. nostrae part. I p. XXXVII adn. 1) Collegii Corporis Christi Mertoniani et Cottoniani, deteriorum omnium, dedit. Primus librum De mortibus persecutorum a. 1679 a Baluzio ut Lactantii editum addidit. Iam proximo anno quasi per aemulationem sedes alterius academiae Britannicae suum Lactantium habuit. Editio Cantabrigiensis, cuius auctor se non nominat,

ex tertia Cratandrea et Thysiana. maxime autem ex Thomasiana (cf. Praefat.) pendet. adhibito praeterea codice Collegii Emmanuelensis a. 1424 scripto deterioris generis, cuius multae lectiones adiectae sunt. Mirificum autem est auctorem huius editionis etiam Sublacensem a. 1465, inductum litteris eius grandibus satisque rudibus, pro 'codice manu scripto' duxisse digno cuius lectiones ederet. apparet illud autem e plena 'codicis' quam exhibet subscriptione: quo ab errore iam a Fabricio reprehenso Lengletius I p. XXXIX eum purgare non potest. Cellarius cum antiquas quasdam editiones contulisset atque usus esset codice Gothano, quem primus adhibuit (cf. edit. nostrae part. I p. LII), et tribus Lipsiensibus chartaceis, Lactantium ut ipse ait 'emendatiorem lucidioremque' edidit quam tres illi certe priores, multis tamen locis ratione horum codicum et Emmanuelensis Cantabrigiensis non recte habita a uero abductus est. Iniquius tamen de Cellario iudicare mihi uidetur Heumannus (Praefat. altero post a 5 folio): inerat in illo prudentia quaedam iudicii, ut etiam propter editionem Lactantii non indignus sit laude quam Henr. Keil oratione De uita studiisque eius habita (Halae 1875) ei inpertit.

Initio saeculi XVIII magnum damnum Lactantio iam ante quam Hieronymus librum De uiris inlustribus (cf. c. 80) scripsit (a. 392) inlatum praeter omnem spem eo est expletum, quod prior ac multo maior pars Epitomae a Pfaffio in codice Taurinensi inuenta est et edita. De codice illo, e quo etiam posteriori parti Epitomae fructus quidam accessit, et de editione Pfaffii part. I p. LXXIV ss. satis dictum est.

X. A. 1715 Io. Ge. Walchius Lipsiae Lactantium edidit (repetita est editio a. 1735), adiecta tota Epitome, cuius tamen de origine Lactantiana in 'Diatribe de Lactantio eiusdemque stilo' (p. 1—64) leuiter iecit dubitationes parum considerate a Baehrio et Eberto redintegratas (cf. part. I p. LXXIV adn. 2 et *Ueber die Entstehungsverhältnisse* p. 2—10). Walchius textum confecit ex editionibus quibusdam prioribus, quas in Praefatione nominat, optimas autem lectiones haud paucas ex altera Tornaesiana (in quam e Quenteliana fluxerant)

hausit (cf. locos infra datos). Ipse perpauca ita correxit, ut laudandus sit (cf. ad I 413, 8. 596, 4. 649, 19), at multa male, quaedam plane incredibilem in modum uel mutauit uel in notis explicauit. Cuius generis locos nonnullos cum Buenemannus, Miscellanea Lipsiensia III (1716) p. 131 ss., moderata sane reprehensione tetigisset, Walchius ibid. p. 334 ss. peruersitatem suam eo auxit, quod ineptias illas etiam defendere ac probare temptabat. Respondit Buenemannus ne tunc quidem lenitatis oblitus in editione sua, uelut p. 50 adn. z. 91 u. 99 y. 195 l. 307 u. 332 p. 348 e. 745 m. 1195 f. Omnino Walchius, celeber postea theologus Ienensis, cum adulescens uiginti annorum (natus est a. 1693, praefatio data est d. XXIX. Septembr. a. 1713) Lactantium ederet, quamquam uel in hoc ipso uigor quidam animi apparet, per iuuenilem ardorem impetumque re non satis deliberata necdum corroboratis uiribus in tantum opus inuolauerat.

XI. Proximus editor Lactantii fuit Christoph. Aug. Heumannus, Gottingae 1736. Nouos libros manu scriptos non habuit (cf. tamen de cod. Gothano part. I p. LII edit. nostrae), usus est autem, ut ipse ait in Praefatione, qua etiam de uita scriptisque Lactantii agit, sex ueteribus editionibus (Ven. 1472. Rostoch. 1476. Ven. 1478 poster. Ven. 1497. Iant. 1513. Ald. pr. 1515), praeterea paucis posterioribus, omnino tamen Cellarii textum exprimere solet. Ipsius Heumanni opera in notis posita est, maiore tamen e parte parum laudabilis. Nam homo litteratissimus multisque in generibus doctrinae uersatus cum tempus non sumeret ad diligenter uel nexum sententiarum uel usum dicendi obseruandum, suum potius sensum sollertem illum quidem sagacemque atque amplissima lectione excultum, sed cum labor ille deesset, huic rei non sufficientem secutus permultos locos sanos uiolentissima audacia damnauit atque aut ut glossemata uel 'monachorum' additamenta prorsus eiciendos esse pronuntiauit aut pro iis sua commenta substituit: qua ab iniuria Lactantium Buenemannus praeclare uindicauit. Sed cum Heumannus traditum Lactantii textum perpetua suspicione exagitauerit, consentaneum est

inter plurima illa quae coniecit homo acutissimus doctissimusque, esse et ueras sententias et probabiles eumque perspexisse nonnulla rectissime quae omnes priores fugissent. Itaque saepe nostra in editione inuenies nomen Heumanni neque potest omnino eius notas neglegere qui libros Lactantii adhibita arte critica tractare uult. Perperam Heumannum aenigmata Symphosii tribuisse Lactantio primumque editioni scriptoris addidisse, recte uero carmen De passione Domini ab eo abiudicasse iam p. XXXVIII et XXII ss. demonstratum est.

XII. Venio ad eum editorem quo nemo umquam melius de Lactantio meritus est, cuius editio inter eos est libros qui numquam obsolescent, qui quamquam nunc neglegi solet ab iis qui historiam philologiae scribunt, inter praeclarissimos tamen philologos quos saeculum XVIII tulit numerandus est, dico Ioannem Ludolphum Buenemannum. Cum iam a. 1716 in Miscellaneis Lipsiens., III p. 115 ss., rationem futurae Lactantii editionis explicasset, paene uiginti quinque demum post annos maturum plurimorum maximorumque laborum fructum edidit (I. II. Lipsiae 1739). Putauerat Heumannus eam esse condicionem textus Lactantiani, ut nisi secando et urendo ad sanitatem restitui non posset: contra Buenemannus permultos locos antea in dubitationem uocatos sanos esse ostendens, dummodo recte tractarentur, artis criticae in Lactantio factitandae summum officium multo magis in conseruando quam in corrigendo positum esse et illum et posteriores docuit. Non minor est numerus eorum locorum in quibus cum codices editionesque fluctuarent, Buenemannus quae uera esset lectio diiudicauit. Qui successus illi primum eo contigerunt, quod quaecumque posset subsidia et codicum et editionum sibi conparauit atque plurimos illos riuos riuulosque, id quod nemo priorum fecerat, in unum quasi alueum conduxit. Ipse codices antea ignotos paucos addidit eosque recentes (cf. Praefat. fol. b 4 n. 40. 42. 43—47; de codice Taurinensi Epitomae cf. edit. nostr. part. I p. LXXVII). Deinde usum uerborum et rerum grammaticarum, totam denique dictionem Lactantii et plurimis eius ipsius locis conferendis

et immensa copia exemplorum ex scriptoribus et ecclesiasticis et profanis petitorum tam subtiliter enucleauit, ut uel hoc ipso saepissime aut tradita lectio confirmaretur aut quae uera esset inter plures appareret. Haec pars commentarii Buenemanni etiam nunc pro largo fonte habenda est ex quo multa quae spectant ad interiorem quandam sermonis latini praesertim iam labentis scientiam hauriantur rectissimeque Georges in proxima lexici editione lectores saepe delegat ad notas Buenemanni. Postremo illud diligentissime uir egregius instituit, ut etiam ad res et sententias scriptoris explicandas permultos scriptores peragraret totque locos uel similes uel auctorum uel expilatorum eius congereret, ut qui hanc in partem Lactantium cognoscere uelit, ei haec potissimum editio consulenda sit. Suas emendationes Buenemannus, cum uberrima lectione admonitus retineret quae aliquid ueri habere uiderentur, perpaucas, sed prudentissime perpensas proposuit (cf. ad I 528, 10. 562, 13. 563, 14 edit. nostr.), aliorum quoque coniecturas raro admisit, parum etiam Heumanni, in quo omnino ualidiorem quam in illo uenam criticam fuisse concedendum est. Etiam locos graecos minus curauit. — Buenemanni textum repetierunt editio Halae Sax. a. 1764 emissa et, adhibitis tamen aliis quoque, Bipontina a. 1786, utraque duorum uoluminum.

XIII. Hanc editionum Lactantii historiam qui secutus erit, mirabitur fortasse cur Maurini, inpigerrimi illi ueterum patrum ecclesiasticorum patroni, ipsum Lactantium omiserint. At ei operi manum admouerat Io. Mabillon, ni fallor, cur tamen non absoluerit, nescio num constet [1]. Sed utcumque res se habet,

[1] Inspexi in bibliotheca Parisina Nationali codicem lat. 12129 Sangermanensem (titulus est *Notes diverses*), cuius primus fasciculus inscriptus 'Lactantii Firmiani diuinarum institutionum uariae lectiones ex antiquissimis bibliothecae regiae mss. codd. excerptae' sedecim in paginis lectiones duodecim codicum continet ad exiguam tantummodo partem Institutionum pertinentes manu Mabillonis ut mihi uidebatur scriptas, cuius epistulae quaedam sequuntur. De eo tamen Mabillonis consilio nihil inueni dictum in libro eleganti quem scripsit Emman. de Broglie.

haec fortasse causa erat quod Io. Bapt. Le Brun ad nouam editionem Lactantii parandam adgressus est, quam illo defuncto Nicol. Lenglet Dufresnoy perfecit (I. II. Paris. 1748). Auctores huius editionis cum id spectarent, ut quaecumque haberent aliquid momenti ad scriptoris uerba uel constituenda uel enarranda conplecterentur, aliorum quorundam editorum notas uel omnes uel selectas receperunt, praeterea, maxime in altera parte, uarias priorum disputationes repetierunt. Quae tamen restat ipsorum editorum laus, praeter codices iam notos multi noui undique conquisiti ab iis adhibiti sunt, inter quos sunt optimi Parisini; ipsi in titulo se editionem 'ad LXXX et amplius MSS. codices' contulisse dicunt. Quae diligentia ut laudanda sane est, ita etiam maiores laudes ferret, si accuratiora de optimorum certe codicum lectionibus tradita, si lectiones ipsae secundum auctoritatem codicum adhibitisque rationibus philologicis distinctae essent. Simile etiam Fritzschii I p. VIII iudicium est. Sensu tamen recto quodam ducti nonnullos locos e codicibus suis correxerunt. Coniecturas quasdam habuerunt Petri Francii Batavi (cf. I p. XXXIX ad edit. a. 1660), Lengletii duas recepi (II 99, 12. 115, 12 nostrae edit.). Ad sententias Lactantii maxime theologicas explicandas multa ex scriptoribus ecclesiasticis antiquis posterioribusque contulerunt, scriptores antiquos profanos modico usu attingebant. Textum huius editionis repetierunt Gallandi, Bibliotheca Veter. Patr., uol. IV (Venet. 1768) p. 226 ss.; Oberthuer, Opera omnia Sanctorum

Mabillon et la société de l'Abbaye de Saint-Germain des Prés, uol. I. II. Paris 1888. Mabillonis autem uitae quas ediderunt Ruinart, Par. 1709, Chavin de Malan, Par. 1843, Iadart, Remis 1879, praesto mihi non erant. Codices autem 12110 et 12111 olim Sangermanenses, in quibus studia Benedictinorum ad Lactantium spectantia inesse R. Kukula mihi scripsit, inter eos sunt quos Delisle, *Inventaire*, n. 12107—12115, sic significat: *Travaux de D. Le Nourry sur la Bibliothèque des Pères*, continentque Lactantiana inscripta *Catalogue des Dissertations sur les Ouvrages de Luc. Caec. Firm. Lactance*. Has 'Dissertationes' suas Le Nourry in altero uolumine Apparatus ad Bibliothecam Maximam Veterum Patrum (Paris. 1715) p. 571 ss. edidit.

Patrum Latin., uol. VI. VII (Wirceburgi 1783 s.; VII 261—341 'Variae lectiones textus Lactantiani', hae quoque e Parisina); Caillau et Guillon, Collectio selecta S. S. Ecclesiae Patrum, uol. XVI p. 191 ss. XVII (Paris. 1829 s.), ipsi XVI p. 197 adn. 1. 245 adn. 1. 299 adn. 1 se Parisinam a. 1748 sequi indicant. Totam illam Parisinam saeculo fere post, sed more suo nihil plane noui addens Migne (l. II. Paris. 1844) expressit.

XIV. A. 1751 F. Eduardus a S. Xauerio Romae uno uolumine edidit 'Apparatum ad nouam L. Coelii Firmiani Lactantii operum editionem', continentem duas primas de quadraginta dissertationibus, quibus uitam scripta doctrinam Lactantii alia ad illum spectantia tractaturum se esse promisit. Postea Eduardus mutato consilio una cum repetitis duabus illis dissertationibus proximas duodeuiginti edidit inscriptas 'In omnia L. Caelii Lactantii Firmiani opera dissertationum praeuiarum decas prima' et '... decas secunda', Romae 1754. 1757. De his dissertationibus conferendum est iudicium Schoenemanni p. 242 ss. non sine causa acerbum, fatendumque est inter multa illa folia paucos esse fructus (cf. etiam *Ueber das Leben des Lact.* p. 5 ss.). In praefatione ille nimis confidenter de opera editorum Parisinorum detrahens se editionem 'cumulatiorem ac ad expeditum usum longe magis accommodatam' (Apparat. p. IX=Dec. prim. p. 21.) exhibiturum esse pollicitatus est positam in codice Bononiensi, cuius conlationem accuratissimam a Michaele Angelo Monsacrati accepisset (Apparat. p. III s. = Dec. prim. p. 13 s.). Editio ipsa emissa est Romae a. 1754—1759 duodecim uoluminibus, quorum primum, quod inauguratur diffusa 'Isagoge ad huius ingenium saeculi emendandum', librum De opificio dei continet. 'Editoris annotationes, quatenus grammatici generis sunt, uix aliis quam pueris scripserit' Schoenemannus p. 243 censet, uix melius de explicatione rerum iudicaueris. Habuit editor etiam notas sine dubio manu scriptas Fuluii Ursini [1].

[1] 'Fuluii Ursini Emendationes ad Tertullianum et Lactantium Firmianum' in bibliotheca Vaticana iacent, cf. Montfaucon, Bibliotheca

Andreae Schotti, Aldi Manutii Pauli f. Aldi n. aliorum (cf. Dec. prim. p. 15). Haud raro in notis quasdam de uiginti posterioribus dissertationibus suis commemorat (uol. I ad De opif. 4, 3 et 8, 12 'Dissert. XXV'; uol. II ad Inst. I 2, 4 'Dissert. XXVII'; uol. III ad Inst. II 8, 4 'Dissert. XXX'; al.) numquam tamen editis. Utilitas tamen quaedam huius editionis constat in lectionibus codicis Bononiensis (cf. edit. nostr. part. I p. XV), quarum Eduardus partem modo uel in notis adiecit uel in textum induxit (cf. locos infra datos).

XV. In Gersdorfii Bibliotheca Patr. eccles. latin. (uol. X) O. Fr. Fritzsche Lactantium edidit, I. II. Lips. 1842. 1844. Editionibus nonnullis prioribus et codicibus quibusdam infimae aetatis (cf. I p. VII ss. II p. V ss.) usus textum confecit commodum satisque politum, duas etiam emendationes eius recepi (cf. ad I 612, 23. 751, 20). Primus fragmenta addidit.

Vidimus igitur, cum primi editores textum Lactantii in fundamentis non satis solidis posuissent, posteriores eum, etsi quidam etiam deprauarent, tamen deinceps firmius stabiliuisse rectiusque conformasse. Tamen ut uiri illi et optimos codices et uiam rationemque artis criticae nostro demum saeculo excultae parum nouerant, ita labores eorum parum certi constantesque fuerunt. Itaque quod nostrae editioni praecipuum officium erat relictum, in iusta Lactantii recensione constabat. Antiquorum autem ac proborum codicum usu, id quod etiam locis infra exhibitis ostenditur, multo minus illud effectum est, ut nouae plane atque antea ignotae lectiones eruerentur, quam hoc, ut, lectionibus codicum recentium editionumque saepissime ualde inter se discrepantibus, sciretur tandem quae esset genuina ac uera textus Lactantiani memoria, atque hac in re errores dubitationesque quantum fieri posset tollerentur. In emendando deinde scriptore et in adferendis locis auctorum eius expilatorumque quid post curas tot tamque acutorum et doctorum uirorum nobis contingeret pro uiribus temptauimus.

Bibliothecar. I p. 120 A cod. 5398. p. 123 C, 215; cf. etiam Oehlerum, Tertullian. I p. XX s.

Ex minoribus Lactantii scriptis liber De opificio dei iam ante Erasmi editionem, de qua p. X ss. dictum est, haud raro separatim est emissus (Colon. 1506. Norimberg. 1514 [de hac edit. cf. supra p. XXXVII s.]. Lips. 1515. 1517. s. l. 1518), quae tamen exempla exhibent uerba tantummodo scriptoris ex aliquibus editionibus descripta. Editio Erasmi (a. 1529) eodem anno repetita est Parisiis, ap. Sim. Colinaeum, et Coloniae, ap. Io. Gymnicum, tum in editionibus Lactantii Antuerpiensibus Graphei a. 1532 et Gymnici a. 1539 et 1555, notae eius praepositae sunt Quentelianae (Colon. 1544), etiam Buenemannus integras recepit; non recte tamen Lengletius I p. XXXIX eas etiam in Stelsiana (Antuerp. 1570) inesse dicit. Editionem Parisinam a. 1551, quam idem p. XL commemorat, non uidi. Dicit utiles, sed paucas adnotatiunculas inesse, 'quae etiam in aliis quibusdam Lactantii editionibus prodiissent': unde Erasmi notas esse conicio. Non liber De opif. dei ipse, ut quidam dicunt, sed 'Observationes in libellum Lactantij Firmiani, qui de opificio Dei inscribitur, a Iodoco Willichio in Schola Francofordana dictatae' ad anatomiam et physiologiam corporis humani spectantes editae sunt Francofurti ad Viadr. et Argentorati a. 1542. Editionem 'ex emendatione Goldneri' (Gerae 1714) frustra a plus duodecim bibliothecis Germaniae petii, ne Gerae quidem, ubi Goldnerus rector gymnasii fuit, uidetur esse: sed cum Buenemannus, qui (Praef. fol. post b 5 ad n. 2) Goldnerum editione Romana a. 1470 usum esse dicit, in apparatu eum ne appellet quidem, quaerere tandem destiti. — Libri De ira dei editionem separatam nullam noui. — De editione principe Epitomae a Pfaffio confecta part. I p. LXXVI s. disserui. Multa contulit ad eum librum et emendandum et explicandum Io. Dauisius (Cantabrig. 1718). Nihil proprii habet M. I. Routh, qui Epitomen inter 'Scriptorum ecclesiast. opuscula praecipua quaedam', ed. III, uol. II (Oxon. 1858) p. 299 ss. recepit. — De editionibus carminum p. XXII ss. dictum est.

Sequuntur loci Lactantii de quibus ante dixi (p. XLI s.), Inst. I 10. 5—12; II 11. 4—6. 8—11; V 7. 2 s. 5; Epit. 57 (62) <3>. 1 s. 6 s.; De opif. 1, 5—9. 12; De ira 6, 2—74, additis praeter selectam codicum uarietatem lectionibus editionum priorum. Sunt autem hae: 1465 (Sublac.); 1468 (Rom.); 1470 (Rom.); 1471 (Venet.); 1472 (Venet.); 1474 (Rom.); 1476 (Rostoch.); 1478 pr. (Veneta prior); 1478 post. (Veneta posterior); 1490 (Venet.); 1493 (Venet.); 1494 (Venet.); 1497 (Venet.); 1502 (Venet.); 1509 (Paris.); Parrh(asius, Venetae 1509. 1511. 1521); Delphus (Paris. 1513); Iunt(ina 1513); Egnatius (Aldina prior, 1515); Crat(andreae. Basil. 1521. 1524. 1532); 1525 (Paris.); Erasmus (De opif. dei, Basil. 1529); Grapheus (Antuerp. 1532); Fasit(elius, Aldina altera 1535); Gymn(icus, Colon. 1539. 1555); Gryphius (Lugdun. 1541. 1543); Quent(eliana, Colon. 1544); Galt(erus, Paris. 1545); Torn(aesiana) pr(ior, Lugd. 1548. 1553. 1556. 1561); Marn(eliana, Paris. 1561. 1565); Betul(eius, Basil. 1563); Torn(aesiana) post(erior, 1567. 1579. 1587. 1594. 1613. 1630); Stels(iana, Antuerp. 1570); Thom(asius, Antuerp. 1570. 1587); Is(aeus, Caesen. 1646. Rom. 1650); Thysius (Lugd. Bat. 1652); Gall(aeus, Lugd. Bat. 1660); Sparkius (Oxon. 1684); Cant(abrigiensis 1685); Cell(arius, Lips. 1698); Pfaffius (Epitome, Paris. 1712); Walchius (Lips. 1715. 1735); Dauisius (Epitome, 1718); Heum(annus, Gotting. 1736); Buenem(annus, Lips. 1739); Lengletius (Paris. 1748); Eduardus (a S. Xauerio, Romae 1754 ss.); Bip(ontina 1786); Fri(tzschius, Lips. 1842).

Inst. I 10. 5—12.

5 Kastor et Pollux dum alienas sponsas rapiunt, esse gemini desierunt. nam dolore iniuriae concitatus Idas alterum gladio transuerberauit: et eosdem poetae alternis uiuere, alternis mori narrant.

2 dolore] labore *PV*

2 dolore] *Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Betul. Torn. pr. Marn. Stels. Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Cant. Cell. Heum. (qui tamen* liuore et iniuria *coni.) Buenem. Eduard. Bip.*, liuore *omnes ante Fasitelium, postea Torn. post. Walch. Lenglet. Fri.* gladio] *1470 et posteriores excepta Rostochiensi 1476,* gladium *1465. 1468. 1476* 3 eosdem] *1470 et posteriores excepta Rostochiensi 1476.* eodem *1465. 1468. 1476* *utroque loco* alternis] *1470. 1472. 1474. 1478. pr. et posteriores,* alterius *1465. 1468. 1471. 1476*

ut iam sint non deorum tantum, sed omnium mortalium miserrimi,
quibus semel mori non licet. hos tamen Homerus ambos simpli- 6
citer, non ut poetae solent, mortuos esse testatur. nam cum faceret
in muris adsidentem Priamo Helenam cunctos Graeciae principes
recognoscere, solos autem se fratres suos requirere, subiecit ora-
tioni eius huiusmodi uersum:

haec ait, ast illos retinebat terra sepultos.

fur ac nebulo Mercurius quid ad famam sui reliquit nisi memoriam 7
fraudum suarum? caelo scilicet dignus, quia palaestram docuit et
lyram primus inuenit. Liberum patrem necesse est in senatu deorum 8
summae auctoritatis primaeque esse sententiae, quia praeter Iouem
solus omnium triumphauit, exercitum duxit, Indos debellauit. sed
inuictus ille imperator Indicus maximus ab amore ac libidine tur-
pissime uictus est. delatus enim Cretam cum semiuiro comitatu 9
nanctus est inpudicam mulierem in litore ac fiducia uictoriae
Indicae uir esse uoluit, ne nimium mollis uideretur, atque illam
patris proditricem, fratris interemptricem, ab alio relictam et re-

1 sed] sed et *SHM* 6 huiusmodi] eiusmodi *S*, modi *HM* 13 ob amorem atque *(adque M)* libidinem *HM* 14 comitatus *HM*

1 sed] sed & *Quent.* *(cf. supra SHM)* 6 eius] *1471. 1472. 1478 pr. et post. 1493. 1494. 1497. 1509. Delph. Fasit. et posteriores excepto* ***Gymnico, omittunt 1465. 1468. 1470. 1474. 1476. 1490. 1502. Parrh.*** *Iunt. Egnat. Crat. 1525. Graph. Gymn.* 7 *uersum lat. omnes ante* ***Egnatium in Corrigendis (in textu lat. habet), post eum Venet. 1521.*** *Fasit. Gryph. Quent. Thom. Is. Thys. Cant. Cell. Heum. Buenem. Bip.*; illos ***1470. 1474. 1493. 1497. Gymn. Fasit. et posteriores,*** alios ***cett.*** *ante Fasitelium: Egnatius in Corrigendis (ad p. 12. 52) dele uersum:* Haec ait. et substitue ὣς φάτο, τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα. *unde uersum graec. habent Crat. 1525. Graph. Galt. Torn. pr. et post. Betul.* ***Marn. Stels. Walch. Lenglet. Eduard. Fri., graec. et lat. Gymn. Gall. Spark.*** 9 caelo .s. ***(i. e.*** scilicet***) 1472,*** caelos ***1478 pr.,*** celos ***1478*** *post.*, scilicet *om. cett. ante Fasitelium, postea Gymn. Is.* 10 necesse est *ante* in senatu] *Torn. post. Walch. Eduard. Fri., post* sententiae *cett.* 13 indicus] *1472. Fasit. et posteriores,* indiciis *1493,* indicis *1497,* inclitus *(uel* inclytus*) cett. ante Fasitelium;* Indicus ille imperator maximus ***(del.*** inuictus***) coni. Heum.*** ab amore ac libidine] *Betul. Thom. Is. Thys. et posteriores,* ob amorem ac libidinem *(cf. supra HM) omnes* ***ante Betuleium, postea Torn. pr. et post. Marn. Stels.*** 14 Cretam] *omnes ante Parrhasium, postea Torn. post. Cell. Heum. Buenem. Lenglet. Eduard. Bip. Fri.,* Diam *Parrh. Iunt. Egnat. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gymn. Gryph. Quent (sed in marg.* alias Cretam*). Galt. Torn. pr. Betul. Marn. Stels. Thom. (sed in marg.* Cretam*). Is. Thys. Gall. Spark. Cant.* ***Walch.*** comitatus ***(cf. supra HM) 1465. 1468. 1476*** 16 indicae] ***(uel*** -ce***) 1472. 1478*** *pr. post.* ***Fasit.*** *et posteriores,* inclitae *(uel* inclytae *uel* -te*) cett. ante Fasitelium* nimirum *Cell. (e cod. Emmanuelensi Cantabrig.). Heum. in textu, sed in adn.* ne—uideretur *ut spuria damnat.* ***Buenem. in textu, sed in adn.*** nimium *probat, Bip.* molis ***1478*** *pr.* ***1493. 1497*** 17 prodite *(sic)* ***1476***

pudiatam in coniugium sibi uindicauit ac Liberam fecit et cum ea
10 pariter ascendit in caelum. quid? horum omnium pater Iuppiter, qui in sollemni precatione Optimus Maximus nominatur, nonne a prima sua pueritia inpius ac paene parricida deprehenditur, cum patrem regno expulit ac fugauit nec expectauit mortem decrepiti senis cupiditate regnandi? et cum paternum solium per uim, per arma cepisset, bello est a Titanibus lacessitus, quod humano generi principium fuit malorum: quibus uictis et pace in perpetuum conparata reliquam suam uitam in stupris adulteriisque consumpsit.
11 omitto uirgines quas imminuit: id enim tolerabile iudicari solet. Amphitryonem ac Tyndarum praeterire non possum, quorum domos
12 dedecore atque infamia plenissimas reddidit. illud uero summae inpietatis ac sceleris, quod regium puerum rapuit ad stuprum. parum enim uidebatur, si in expugnanda feminarum pudicitia maculosus esset ac turpis, nisi etiam sexui suo faceret iniuriam: hoc est uerum adulterium, quod fit contra naturam.

1 ac] et *HM* 2 caelos *S*

1 ac] *Eduard. (e Bononiensi),* et *cett. (cf. supra HM)* 2 *ad* in caelum *in marg.* ali. in caelos *Quent. (cf. supra S, idem cod. Gothan.)* horum omnium] *Thom. Is. Thys. et posteriores,* omnium horum *omnes ante Thomasium, postea Torn. post.* 5 nec] *1471. 1472. 1478. pr. post. 1494. 1509. Delph. Iunt. Egnat. Crat. 1525 et posteriores.* non *1465. 1468. 1470. 1474. 1476. 1490. 1493. 1497. 1502. Parrh.* 7 lacessitus] *1472. 1478 pr. post. (sed haec* lacescitus*). 1494. 1502. Parrh. 1509. Delph. et posteriores,* persecutus *(uel*—quutus*) 1465 1468. 1470. 1471. 1474. 1476. 1490. 1493. 1497.* 8 cōperata *1465* 9 suam] ub *1493. 1497* 10 tolerabile iudicari solet] *Fasit. et posteriores,* iudicari solet intolerabile *1465. 1468. 1471. 1476,* iudicari solet tolerabile *cett. ante Fasitelium (*tolerabile *prima 1470)* 12 illud] *1472. 1478 pr. post. 1493. et posteriores,* illam *1465. 1468. 1470. 1471. 1474. 1476. 1490* 14 in *om. 1478 pr.* expugnanda] *1471. 1472. 1478 pr. post. et posteriores,* inpugnanda *(uel* imp-*) 1465. 1468. 1470. 1474. 1476* 15 esset ac turpis] *Fasit. et posteriores,* ac turpis esset *omnes ante Fasitelium* etiam] enim *1472. Gymn.* faceret iniuriam] *Fri.,* iniuriam faceret *priores* hoc est—naturam *glossema uid. Heumanno* 16 uere *Quent.*

Inst. II 11 (cap. 12 editores ante Thomasium, post eum pauci), 4—6. 8—11.

4 O quam facile est redarguere mendacia! primum, quod nihil

1 difficile *1490* redarguere mendacia] *Quent. Torn. post. Walch.,*

potest esse in hoc mundo, quod non sic permaneat ut coepit. nec
enim sol et luna et astra tunc non erant aut cum essent, meatus
non habebant ac non diuina moderatio, quae cursus eorum temperat
et gubernat, cum ipsis simul coeperat. deinde, quod si ita sit 5
ut dicunt, esse prouidentiam necesse est, et in id ipsum incidunt
quod maxime fugiunt. nondum enim natis animalibus aliquis utique 6
prouidit ut nascerentur, ne orbis terrae desertus atque incultus
horreret. — quae si constat idcirco esse facta, ut animalia recens 8
edita uel haberent alimentum uel non haberent periculum, necesse
est ut aliquis diuina nescio qua ratione prouiderit. quis autem
potest prouidere nisi deus? uideamus tamen an id ipsum quod 9
dictitant fieri potuerit, ut homines nascerentur e terra. si consideret
aliquis quamdiu et quibus modis educetur infans, intelleget profecto
non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri.
fuit enim necesse conpluribus mensibus iacere proiectos, donec 10
confirmatis neruis mouere se locumque mutare possent: quod uix
intra unius anni spatium fieri potest. iam uide utrumne infans 11
eodem loco et eodem modo quo effusus est iacere per multos
menses ualuerit ac non et umore illo terrae, quem alimenti gratia
ministrabat, et sui corporis purgamentis in unum mixtis obrutus
corruptusque moreretur.

4 coeperat] *P*, coeperit *cett.* 5 est] esse *B* 11 tamen] ergo *B* 15 eiectos *B* 17 iam *om. B* 18 fusus *B* permultis mensibus *B*

mendacia redarguere *cett.* 1 quod] *1472. 1478 pr. post. 1502. Parrh et posteriores.* quia *cett. ante Parrhasium.* quod *hic et 4 eicit Heum.* incoepit *(sic) Gymn. Galt. Torn. pr. post. Marn. Stels.*, incaepit *(sic) Eduard.* 2 aut *om. 1497* 3 ac] *Betul. Lenglet. Eduard. Fri.*, aut *cett.* 4 coeperat] *Fri., in adn. e coniectura Heum.*, caeperat *(sic) Eduard.*, coeperit *(uel* cep- *uel* caep-*) cett. (cf. supra codd.), nisi quod* er *minute script. ut dubium Quent.* fit *1493* 5 esse prouidentiam] *(ex cod. B) Eduard.*, prouidentiam esse *cett.* est] esse *Fri. (cf. supra B)* 7 atque] ***1493 et posteriores,*** aut *priores* 8 esset ***1471. 1472. 1478. pr. post.*** recens *1465. 1468. 1470. 1474. 1476. 1490. 1493. 1497. Fasit. et posteriores*, recenter *1471. 1472. 1478 pr. post. 1494. 1502. 1509. Delph. Parrh. Iunt. Egnat. Crat. 1525. Graph.* 9 elementum *1490* 10 aliquis *om. 1493* 11 tamen] ergo *Eduard. (ex cod. B)* 12 dictant *Walch.* fieri] *1472. 1478 pr. post. 1493 et posteriores.* facere *1465. 1468. 1470. 1471. 1474. 1476. 1490* 13 modis *om. 1471. 1472. 1478 pr. post.* 15 complaribus] *Quent. Betul. Eduard.*, quam cōpluribus *Delph.*, quam pluribus *cett.* eiectos *Eduard. (e cod. B)* 17 iam *om. Eduard. (cum cod. B)* 18 eodem modo et eodem loco *omnes* fusus est *Eduard. (e cod. B)*, est effusus *cett.* multis mensibus *Eduard. (cf. supra B)* 19 ac non et humore illo terrae, quem] *Lenglet. Fri.*, ac non et h. i. t. quod *Cell. Buenem. Bip.*, an non et h. i. t. quod ***Betul.***, ac non h. i. t. quod ***Eduard.***, an non h. i. t. quod ***cett., nisi quod*** ut non et humido quod ***coni. Heum.***

Inst. V 7, 2—3 (— diuersitas). 5.

2 Rediit ergo species illius aurei temporis et reddita quidem terrae,
sed paucis adsignata iustitia est, quae nihil aliud est quam dei
3 unici pia et religiosa cultura. sed moueat aliquem fortasse, cur
si haec sit iustitia, non omni humano generi sit data nec in
eam multitudo uniuersa consenserit. magnae hoc disputationis est,
cur a deo, cum iustitiam terrae daret, sit retenta diuersitas. —
5 hanc enim deus bonorum ac malorum uoluit esse distantiam, ut
qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono: nec alterius
ratio intellegi sublato altero potest. deus ergo non exclusit malum,
ut ratio uirtutis constare posset.

5 ea *HS* 6 retenta] repperta *H* 9 ergo] ergo iustitiam reducturus *RS*

2 paucis assignata *(uel* ads-*)*| *Fasit. et posteriores*, assignata *(uel* ads-*)* paucis *priores* 3 *ante* pia *add.* sola *omnes ante Egnatium in Corrigendis (ad p. 170. 34. ubi* dele sola, *in textu* sola *habet) et post cum Venet. 1521, om. posteriores* aliquem fortasse| *Fasit. et posteriores excepto Isaeo, qui* fortasse aliquem *cum prioribus habet* 5 eam] *omnes ante Egnat., postea Venet. 1521. Torn. post. Walch. Buenem. Lenglet. Bip. Fri.*, ea *(cf. supra HS) Egnat. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Betul. Marn. Torn. pr. Stels. Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Cant. Cell. Heum. (sed in adn.* eam *probat). Eduard.* haec *Gryph.* 6 sit retenta] *1465. 1468. 1471. 1472. 1476. 1478 pr. post. Crat. 1525. Graph. Fasit. et posteriores excepto Betuleio, qui* sit reperta *(cf. supra H) scribit,* non sit retenta *reliqu. ante Fasitelium (prima* non *add. 1470) excepto Delpho, qui* reiecta *scribit* 7 ac] *Fasit. et posteriores,* et *priores* 9 *post* ergo *add.* iustitiam reducturus *(cf. supra RS) Fasit. Gymn. Gryph. Galt. Torn. pr. Marn., in textu Thom., sed refutat adn. 126, Torn. post., sed crucibus inclusit, Walch., sed uncis inclusit, om. cett.* 10 uirtuti *Betul.*

Epit. 57 (62) (3), 1 s. 6 (*a* qui autem). 7.

1 Cohibenda est ira, cum patimur iniuriam, ut et malum conprimatur quod ex certamine inpendet et duas maximas uirtutes, innocentiam patientiamque, teneamus. auaritia frangatur, cum ha-

1 ut et| *1472. Pfaff. Dauis. Heum. et posteriores,* et ut *cett., Delphus tamen in Corrigendis fol. CLXXII*ᵘ 'legendum est: ut et malum' 2 quod] *1494. 1497. Parrh. et posteriores.* quid *cett. ante Parrhasium* et] *omnes ante Fasitelium, post eum Fri.*, et ut *Fasit. et cett.*, 'ut deest in MS.' *Pfaff. in adn.* 3 patientiamque| *Pfaff. Dauis. Walch. Buenem. et posteriores.* et patientiam *1493 et (exceptis edd. 1497. 1502) posteriores ante Pfaffium, post cum Heum.*, patientiam *1492. 1478 pr. post. 1490. 1497. 1502* 'a natura frangitur cum habemus: legendum est:

bemus quod satis est. quis enim furor est in iis coaceruandis 2
laborare quae aut latrocinio aut proscriptione aut morte ad
alios necesse sit peruenire? — qui autem capitur auditu, ut taceam 6
de cantibus qui sensus intimos ita saepe deleniunt, ut etiam statum
mentis furore perturbent, compositis certe orationibus numerosisque
carminibus aut argutis disputationibus ad impios cultus facile
traducitur. inde est quod scriptis caelestibus, quia uidentur in- 7
compta, non facile credunt qui aut ipsi sunt diserti aut diserta
legere malunt: non quaerunt uera, sed dulcia, immo illis haec
uidentur esse uerissima quae auribus blandiuntur. ita respuunt
ueritatem, dum sermonis suauitate capiuntur.

1 coarguendis B^1, congerendis B^2 3 capitur] *eruditus Brit. cont. § 7 et Inst. VI 21. 3. 4*, rapitur *TBP*

Auaricia frangatur cum habeamus' *Delphus ibid. (sed cf. supra p. LII adn. 1):* auaritia *Egnat. et posteriores excepta Veneta 1521*, a natura *priores (sed cf. Delphum) et Veneta 1521;* frangatur *in marg. Thom., in textu Is. Gall. Spark. Cant. Pfaff. et posteriores*, frangitur *cett. (sed cf. Delphum)* 1 coaceruandis] *Pfaff. Dauis. Walch. Buenem. et posteriores*, congerendis *(cf. supra cod. B^2) omnes ante Pfaffium, post eum Heum. Eduard.* 2 *post* latrocinio *add.* aut furore *omnes ante Gymnicum, post eum Cratandrea 1532. Gryph. Quent.*, aut furto *Gymn. Galt. Torn. pr. post. Betul. Marn. Stels. Walch. Heum. Buenem. Bip. Fri., om. Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Cant. Cell. Pfaff. (in textu* aut furto, *in adn.* aut furto deest in MS.*). Dauis. Lenglet. Eduard.* 3 necesse sit] *in marg. Thom., in textu Pfaff. et posteriores*, accersit *(*acersit *1497) omnes ante Parrhasium*, facile sit *Parrh. et posteriores ante Pfaffium exceptis margine Thomasianae et Delpho ibid.:* 'accersit peruenire: le. certum sit peruenire' capitur] *eruditus Brit. Heum.*, rapitur *cett.* 4 intimos ita saepe] *Thom. Is. et posteriores*, intimos *om. ante Thomasium omnes*, ita *om. 1494* statum .. perturbent] *in marg. Thom., in textu Pfaff. et posteriores*, status .. perturbetur *cett.* 5 certe] *in marg. Thom., in textu Is. Buenem. Eduard. Bip. Fri., in adn.* 'MS. certe' *Pfaff. (in textu* certis*)*, ceteris *(uel* cae-*) omnes ante Parrhasium. reliqu.* certis *cum Parrhasio, Heum.* arte *coni.* orationibus] cantionibus *Parrh.:* 'Cōpositis caeteris orationibus: legendum est: cōpositis certis cantionibus' *Delphus ibid.* numerosisque] uniuersisque *Gryph.* 6 a disputationibus *Eduard.* 7 traducitur] *Delph. ibid.* ('facile traduntur: traducitur legendum est'). *Iunt. Egnat. Crat. et posteriores*, traducunt *1472. 1493. 1494. 1497. 1502. Parrh.*, traduntur *1478 pr. post. 1490. 1509. Delph. in textu* 8 credunt] *1494. 1509. Delph. Thom. (in marg.) Is. Pfaff. et posteriores*, creduntur *1472. 1478 pr. post. 1490. 1493. 1497. 1502.* creditur *Parrh. et reliqu.;* 'non facile credunt: creditur legendum est' *Delph. ibid.* qui] *Pfaff. et posteriores*, quia *priores* 9 malunt] *Is. Pfaff. Dauis. Walch. Buenem. et posteriores*, uolunt *cett.* non] *omnes ante Fasitelium, post eum Is. Dauis. Buenem. Lenglet. Eduard. Bip. Fri.*, nec *cett., sed Pfaff. in adn.:* 'MS. non' dulcia] *in marg. Thom., in textu Is. Gall. Spark. Cell. et posteriores*, dubia *cett.* 10 esse uerissima] *Pfaff. et posteriores*, uerissima esse *priores* 11 suauitate] *in marg. Thom., in textu Is. Pfaff. et posteriores*, uarietate *cett.*

De opif. dei 1, 5—9 (— mireris). 8.

5 Et quidem laetor omnia tibi quae pro bonis habentur prospere
fluere, sed ita, si nihil de statu mentis inmutent. uereor enim ne
paulatim consuetudo et iucunditas earum rerum sicut fieri solet in
6 animum tuum inrepat. ideoque te moneo et repetens iterum-
⟨que⟩ iterumque monebo, ne oblectamenta ista terrae pro
magnis aut ueris bonis habere te credas, quae sunt non tantum
7 fallacia, quia dubia, uerum etiam insidiosa, quia dulcia. nam ille
conluctator et aduersarius noster scis quam sit astutus et idem
saepe uiolentus, sicuti nunc uidemus. is haec omnia quae inlicere
possunt, pro laqueis habet et quidem tam subtilibus, ut oculos
8 mentis effugiant, ne possint hominis prouisione uitari. summa
ergo prudentia est pedetemptim procedere, quoniam utrubique saltus

1 et] *BV*, ego *P* 4 *post* tuum *s. l.* sensim in *add.* B^3; inrepat] B^3 *codd. rec.*, repat B^1PV *pr.* iterumque] *codd. Vergil.*, iterum *BPV* 6 aut] *BP*, ac *V*

1 Et] *Eduard. (e cod. B)*, ego *cett. exceptis Venetis 1497 et 1502, in quibus* ergo lector *Delph.* 3 et] *omnes ante Venetam 1493, post eam Quent. Buenem. Lenglet. Eduard. Bip. Fri.*, uel *cett. (prima 1493)* 4 *ante* inrepat *add.* sensim *(cf. supra cod. B) Egnat. Crat. 1525. Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Torn. pr. post. Marn. Betul. Stels. Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Cant. Walch., om. post Egnatium Erasm. Graph. Cell. Heum. Buenem. Lenglet. Eduard. Bip. Fri.* irrepat] *Heum. e coni.*, repat *cett.* moueo *Is.* et repetens iterumque iterumque monebo] *Delph. Erasm. Graph. Heum. (probat. in adn., in textu ut 1493). Buenem. Bip. Fri.*, repetens iterumque iterumque monebo *Betul. Is. Spark. Eduard.*, et repetens iterum iterumque monebo *1472. 1478 pr. post. Cratandrea 1532. Gymn. Quent.*, et repetens iterum iterumque moneo *1493. 1494. 1509. Cell. Heum. in textu*, repetens iterum iterumque monebo *Walch.*, repetens iterumque monebo *Parrh. Iunt. Egnat. Cratandreae 1521 et 1524. 1525. Fasit. Gryph. Galt. Torn. pr. post. Marn. Stels. Thom. Thys. Gall. Cant.*, et repetens iterumque monebo *Lenglet.*, et repetens iterumque moneo *1497,* repetens iterumque moneo *1502*, et repetens—monebo *om. 1465. 1468. 1470. 1471. 1474. 1476. 1490* 6 aut] *omnes exceptis edd. 1472. 1478 pr. post., in quibus* ac *(cf. supra cod. V)* habere se *1478 post.*, habenda *coni. Heum.* 7 ille] *Thom. (ex cod. B). Thys. Gall. Spark. Walch. Buenem. et posteriores.* et ille *omnes ante Thomasium, post eum Is. Cell. Heum.* 9 saepe] *Erasm. (e codice suo). Thom. (sed in marg.). Buenem. Eduard. Bip. Fri.*, ipse *cett. excepta Stelsiana, in qua om.* 11 ne] *omnes ante Fasitelium, post eum Marn. Thom. (sed in marg.). Cell. Heum. et posteriores excepto Eduardo*, nec *Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Torn. pr. post. Betul. Stels. Thom. (in textu). Is. Thys. Gall. Spark. Cant. Walch. Eduard.* 12 procedere] *Thom. (in marg., ex cod. B). Buenem. Lenglet. Bip. Fri., nullum prorsus uerbum est in edd. 1465. 1468. 1471. 1476.* ire *1472. 1478 pr. post.*, incedere *cett. (prima 1470)* saltus insidet] *omnes ante Venetam 1502, post eam Delph. Erasm. ('ex uetustissimo codice'). Cratandrea 1532. Quent. Cell. Heum. (sed in*

insidet et offensacula pedibus latenter opponit. itaque res tuas prosperas in quibus nunc agis suadeo ut pro tua uirtute aut contemnas, si potes, aut non magno opere mireris. — quod officium 12 hac de causa maxime suscipiendum puto, quod Marcus Tullius uir ingenii singularis in quarto De re publica libro, cum id facere temptasset, materiam late patentem angustis finibus terminauit leuiter summa quaeque decerpens.

1 incidit *V* 2 prosperas] *BV*, proprias *P* 6 *post* temptasset *add. in inf. marg.* nihil prorsus effecit nam B^3

adn. saluti insidiat *coni.*). *Buenem. et posteriores*, salutis *(sic)* insidet *1502*, saltus incidet *Graph.*, saluti insidet *Parrh. et cett.* 1 tuas *om. Betul.* 2 prosperas] *Erasm.* (*'ex fide uetustissimi codicis'*). *Graph. Gymn. Cratandrea 1532. Galt. Torn. pr. post. Betul. Marn. Stels. Walch. Heum. (probat in adn., in textu* proprias*). Buenem. et posteriores*, proprias *cett. (cf. supra cod. P)* 6 *post* temptasset *add.* nihil prorsus effecit *(cf. supra cod. B) 1472. 1474. 1478 pr. post.*, nihil prorsus fecit *1493. 1494. 1497. 1502. 1509. Delph. Parrh. Iunt.*, nihil prorsus effecit et *Egnat. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Torn. pr. post. Marn. Stels. Is. Thys. Spark.*, *ad* et *in marg.* nam *(cf. supra cod. B) Thom.*, *unde* nihil prorsus effecit: nam *Lenglet.*, nihil — et *in textu habent, sed in adn. damnant Erasm.* (*'Haec uerba aberant in uetusto codice'*). *Gall.*, *om. Cell. et posteriores excepto Lengletio*

De ira dei 6, 2 (a Nam) — 7, 4.

Nam neque honos ullus deberi potest deo, si nihil praestat 6,2 colenti, nec ullus metus, si non irascitur non colenti. Cum saepe 7,1 philosophi per ignorantiam ueritatis a ratione desciuerint atque in errores inciderint inextricabiles — id enim solet his euenire quod uiatori uiam nescienti et non fatenti se ignorare, ut uagetur, dum

1 nam *om. P*

1 Nam] *(cf. supra cod. B) Egnat. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Torn. pr. post. Betul. Marn. Stels. Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Lenglet. Eduard.*, *om. omnes ante Egnatium, post eum Veneta 1521. Cell. Walch. Heum. Buenem. (sed dubitanter). Bip. Fri.* 3 desciuerint *et* inciderint] *1470. 1474. 1490 et posteriores*, desciuerunt *et* inciderunt *1465. 1468. 1471. 1472. 1476. 1478 pr. post.* 5 ut uagetur] *1465. 1468. 1470. 1471. 1472. 1474. 1478 pr. post. Cratandreae 1524 et 1532. 1525. Graph. Gymn. Quent. Galt. Torn. pr. post. Marn. Betul. Stels. Thom. (sed in marg.). Is. Gall. Spark. Cell. et posteriores. Heum. tamen* ubi uagetur *coni.*, dum uagetur *1490. 1493. 1494. 1497. 1502. 1509*, dum uagatur *Parrh. Iunt.*, ut euagetur *Delph.*, ut uagatur *Egnat. Cratandrea 1521. Fasit. Gryph. Thom. (in textu).*

percontari obuios erubescit —. illud tamen nullus philosophus ad-
2 seruit unquam. nihil inter hominem ac pecudes interesse. nec
omnino quisquam. qui modo uel leuiter sapiens uideri uellet, rationale
animal cum mutis et inrationabilibus coaequauit: quod faciunt
quidam inperiti atque ipsis pecudibus similes, qui cum uentri ac
uoluptati se uelint tradere. aiunt eadem ratione se natos qua uni-
3 uersa quae spirant; quod dici ab homine fas non est. quis
enim tam indoctus ut nesciat, quis tam inprudens ut non sentiat
4 inesse aliquid in homine diuini? nondum uenio ad uirtutes animi et
ingenii. quibus homini cum deo manifesta cognatio est: nonne ipsius
corporis status et oris figura declarat non esse nos cum mutis pecu-

2 nec *(ñeç i. e. non m. 2)* nihil *P* 3 qui—uellet *scripsi,* modo *(*qui *s. l. add. m. 3)* sapiens uideri uellet *B*. qui modo sapiens qui uel leuiter *P* 4 co⌜a⌝equauit *(*a *s. l. m. 3,* uit *m. 3 in 3 litt. er., quarum prima* r *?) B* 5 similis P^1. similes P^2, simillimi *B* 9 homine in diuini *B* 10 festa, *om.* cum deo mani- *P* 11 nos *om. P*

Thys. Cant. 1 crubescit *(sic) 1493 1494. 1509. Parrh.* 2 nihil| *Delph. Gymn. Torn. pr. Betul. et posteriores,* non nihil *(cf. supra cod. P) omnes ante Delphum. post eum Egnat. Veneta 1521. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gryph. Quent. Galt.* ac pecudes| *1472. 1478 pr. post. Fri.,* ac pecudem *1470. 1474. 1494. Delph.,* et pecudes *Buenem. Bip.,* et pecudem *cett.* 3 qui—uellet *scripsi.* quisquam. modo sapiens. qui uel leuiter *(sic) omnes ante Egnat., post eum Veneta 1521. Fri.,* quisquam. modo qui sapiens uideri uellet. *Egnat. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gymn. Gryph. Quent. Galt. Torn. pr. post. Marn. Stels. Thom. Is. Thys. Gall. Spark. Cant. Walch. Buenem Lenglet. Bip.,* quisquam. modo sapiens uideri uellet. *Cell. Heum. Eduard.* 4 coaequauit| *omnes ante Parrhasium, post eum Cell. Heum. et posteriores,* coaequarit *Parrh Iunt. Is.,* coaequauerit *Egnat. Crat. 1525. Graph. Fasit. Gymn. Gryph. Quent. (sed litterae* er *minute scriptae ut dubiae). Galt. Torn. pr. post. Marn. Betul. Stels. Thom. Thys. Gall. Walch.* 5 simillimi *(e cod. B) in marg. Thom., in textu Eduard.* 7 fas non| nefas *omnes* 8 *post* indoctus *add.* est *Fasit. et posteriores excepto Fritzschio.* est *post* quis *Eduard.* 9 inesse aliquid| *omnes ante Venetam 1493, postea Eduard. (e cod. B). Fri.,* aliquid inesse *cum ed. 1493 cett.* diuini *post* aliquid *Eduard. (cf. supra cod. B)* 10 quibus homini cum deo manifesta cognatio est| *(cum cod. B) Egnat. et posteriores excepta Veneta 1521,* quibus homini *(om.* cum deo, *cf. cod. P)* manifesta cognitio est *1465. 1468. 1471. 1472. 1476. 1478 pr. post.,* quibus hominis *(om.* cum deo*)* manifesta cognitio est *cett. ante Egnatium (prima 1470), post eum Veneta 1521* 11 non esse nos cum| *(cum cod. B) Egnat. et posteriores ante Cellarium, post Cellarium Walch. Buenem. Lenglet. Eduard. Bip. Fri.,* non esse cum *(cum cod. P) omnes ante Egnatium, post eum Veneta 1521. Cell. (qui id defendit). Heum. in textu, sed in adn.* non esse eum *(sc.* hominem*)* mutis pecudibus aequalem *cum Dauisio (ad Minuc. Fel. 17)*

dibus aequales? illarum natura in humum pabulumque prostrata est nec habet quicquam commune cum caelo, quod non intuetur.

2 intuentur (n *exp m. 1*) *P*, intuentur *codd. rec.*

praefert 2 intuetur] *1472. 1478 pr. post. 1493 et posteriores excepto Heumanno (qui in textu* intuetur *habet, in adn.* intuentur *defendit), Buenem. (sed dubitanter). Eduard. Bip. Fri., qui cum ceteris ante Venetam 1493* intuentur *scribunt (prima Rom. 1470)*

Haec Prolegomena postquam mensibus uernis a. 1892 conscripsi, cum iam in eo sit ut liber a typographo conficiatur, reliquum est ut hoc quoque loco praeter uiros his ipsis in Prolegomenis occasione oblata nominatos gratias dicam maximas Friderico Schoell et Georgio Thilo, qui ut in priore huius editionis parte, sic etiam in hac operam plagulas mecum legendi benigne susceperunt atque haud raro rei rectius constituendae mihi fuerunt auctores. Schoellii etiam coniecturae quaedam hic addendae sunt: p. 41, 14 pro *frigore* proponit *frigoribus* (scil. *frigorib.*, unde *frigoris* in archetypo ortum); p. 76, 21 *minor ⟨error⟩* pro *minus ⟨quam⟩*: p. 116, 3 *temperare* pro *parcere*.

Praeterea addenda sunt haec:

Veteribus de Lactantio testimoniis adiungendus est locus ab Eruino Preuschen mihi indicatus Hieronymi. Epist. XLVIII 19 (I 230 A Vall.): 'Impar numerus mundus est... scilicet nunc enumerandum mihi est qui ecclesiasticorum de impari numero disputarint. Clemens Hippolytus Origenes Dionysius Eusebius Didymus nostrorumque Tertullianus Victorinus Lactantius Hilarius: quorum Cyprianus de septenario id est impari numero disserens quae et quanta dixerit ad Fortunatum (c. 11, I 337, 26 ss. Hartel), liber illius testimonio est.' — Spectat Hieronymus sine dubio ad locum Lactantii Inst. VII 14, 7 ss.

Quod Manitius loco p. 135 (Loci auctorum) indicato e uersu Alcuini collegerat, nunc repetiit Mus. rh. XLVII (1892) Supplem. p. 152.

Loco De opif. dei 7. 10 (p. 27. 4) fortasse cum codice V scribendum erat *earum summae partes in coronae modum cinctae.*

De aetate anonymi qui praefationem oraculorum Sibyllinorum scripsit, frgm. VIII (spurium) p. 158, etiam Maass. De Sibyllarum indicibus. Gryphisw. 1879. p. 40 conferendus est, qui Ewaldum quoque, *Ueber Entstehung, Inhalt und Werth der Sibyllischen Bücher, Abh. d. Gesellsch. d. Wiss. zu Göttingen,* uol. VIII (1860) p. 137 de ea dixisse commemorat.

Ad Prolegom. p. XXXVIII, ubi cuius generis Symposium Lactantii fuisse uideretur alio loco me significauisse scripsi, commemorandum est id genus Conuiuiorum etiam Rud. Hirzelium, Mus. rh. XLIII 316 s. *Ein Symposium des Asconius,* et Lud. Traubium, ibid. XLVII 565 *Das Gastmahl des Cicero,* attingere.

Ante usum libri corrigenda sunt haec: in apparatu ad p. 51. 14 legendum est 'quo *BV*' (pro '*BP*'); p. 83, Auctores, '18—84. 2' (pro '24. 2'); p. 150, Loci auctorum similesue, 44, 'Zouenzonius' (pro 'Zavenzonius'); p. 164 adn. (ante 'in Hispania') '4' (pro '16'). Casu factum est ut p. 144 in fine ultimi uersus 'd' sit pro 'de-', in apparatu ad p. 161. 12 'Benedictin' pro 'Benedictini', Proleg. p. VIII adn. tertio ante finem uersu 'uicari' pro 'uicarii', ut p. 163, testim. V, uersus quidam in fine manci sint: 11 post 'dogmatibus' uirgula ponenda est, 13 'accipi', 14 'si' legendum, 17 post 'Lactantii' punctum deest. Aliis quoque locis signa distinctionis defluxerunt

Alter huius partis fasciculus, qui quam primum fieri potest hunc sequetur, librum De mortibus persecutorum et indices, praeterea addenda ad partem priorem quaedam continebit.

Heidelbergae, d. XVIII. m. Ian. a. MDCCCLXXXXIII.

Samuel Brandt.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI
DE OPIFICIO DEI
LIBER.

B = codex Bononiensis 701 saec. VI—VII.
F = fragmenta Floriacensia saec. VI—VII codicis Aurelianensis 169 (c. 7, 3—8, 6. 11, 11—12, 6).
H = codex Palatino-Vaticanus 161 saec. VIII—IX.
M = codex Montepessulanus 241 saec. IX—X.
S = codex Parisinus 1664 saec. XII.
(*H*, *M*, *S*: continent c. 19, 1—8. 20, 1 s.)
P = codex Parisinus Puteani 1662 saec. IX (c. 1, 1—4, 19. 8, 16—20. 9.) — Si P^1 (i. e. manus 1) tantum lectioni ascriptum est, eam P^2 (man. 2) correxit.
V = codex Valentianensis 141 saec. VIII—IX.
g = codex Gothanus Membr. I n. 55 saec. XIV—XV.
h = cod. Glasgouiensis Hunterianus T. 1, 1 saec. XIV—XV.
(*g*, *h*: ad spurium post c. 19, 8 locum adhibiti.)
codd. rec. = codices quidam recentes.

De ceteris notis signisque quibusdam cf. part. I p. CXVII s., addendum tamen est lineam ¦ initium uel finem uersus, duas | paginae significare.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

DE OPIFICIO DEI

LIBER.

INC . DE . OPI . FICIO DIVINO LIB . VIIII . *B (cf. part. I Proleg. p. XIII s.)*; INCIPIT DE OPIFICIO DI LIBER NONVS *P (cf. ibid. p. XXXVIII)*; CAELII *(ante hoc nomen est signum paragraphi, ad similitudinem quandam litterae C exornatum, a m. 3)* FIRMIANI LACTANTII *(iam m. antiqua scripserat, refecit m. 3)* INCIPIT LIBER *(rubro script.)* DE OPIFICIO *(fusco pictum in flauo fundo)* | CORPORIS HVMANI AD DEMETRI[ANNI] | *sic m. 1, ut uid., haec atramento refecit m. 3 et rasura sic mutauit* DEMETRI (RI *in ras.*) | ANVM fœliciter incipit *V*; ET OPIFICIO DEI *sic! in marg. sup. fol.* 1^r *inscriptum*, ET OPIFICENTIA DEI *sic in marg. sup. fol.* 2^r *et* 2^u *F*; DE OPIFICIO DI . . . DE DIUI <na pro> UIDENTIA *in inscriptione fol.* 2^r, DE OPIFICIO DI *fol.* 42^u, DE DIUINA PROUIDENTIA *in subscriptione fol.* 61^u *cod. Taurin. Epitomae (cf. part. I. Proleg. p. LXXXI. LXXXIII cum adn. 1 et ad p. 675, 1. 730, 14. 761, 15)*; DE DI OPIFICIO . ID . E . DE RATIONE FIRMIANI LACTANTI . AD DEMETRIANVM. *HM (nisi quod* DEMETRIA : : *M)*; De dī opificio. idest de ratione. F. L. Ad demetrianū *S*; *de HMS cf. ad c. 19, 1*; De opificio dei uel formatione hominis *multi codd. rec. (ex Hieronymo de uir. inl. 80, cf. infra)*; libros II. Celii Firmiani Lactantii de opificio dei *catalogus Bobiensis saec. X (cf. Becker, Catal. biblioth. ant. p. 67 n. 220 . 221 et part. I. Proleg. p. LXXX adn. 1)*; *cf. Lact. d. op. 1, 11* temptabo tamen, quoniam corporis et animi facta mentio est, utriusque rationem explicare; *8, 1* nunc rationem totius hominis ostendam *(cf.* de ratione *codd. HMS)*; *4, 24* ut in eo diuinae prouidentiae potestatem .. ostendam; *6, 15* nunc de prouidentia disseramus; *Inst. II 10, 15 (*de prouidentia*)* . . . quia nuper proprium de ea re librum ad Demetrianum auditorem meum scripsi *(cf.* de diuina prouidentia *cod. Taurin. Epit.)*: *Hieron. de uir. inl. 80* habemus eius . . . ad eundem *(sc.* Demetrianum*)* de opificio dei uel formatione hominis librum unum; *Epist. LXX 5 (I 427 D Vall.)* Lactantius qui de ira quoque et opificio dei duo uolumina condidit; *de inscriptione libri cf. etiam Prolegom.*

1 1. Quam minime sim quietus etiam in summis necessi-
tatibus, ex hoc libello poteris aestimare, quem ad te rudibus
paene uerbis prout ingenii mediocritas tulit, Demetriane,
perscripsi, ut et cotidianum studium meum nosses et non
deessem tibi praeceptor etiam nunc, sed honestioris rei melio-
2 risque doctrinae. nam si te in litteris nihil aliud quam linguam
instruentibus auditorem satis strenuum praebuisti, quanto
magis in his ueris et ad uitam pertinentibus docilior esse
debebis? apud quem nunc profiteor nulla me necessitate uel
rei uel temporis inpediri, quominus aliquid extundam quo
philosophi sectae nostrae quam tuemur instructiores doctio-
resque in posterum fiant, quamuis nunc male audiant
castigenturque uulgo, quod aliter quam sapientibus conuenit
uiuant et uitia sub obtentu nominis celent: quibus illos aut
mederi oportuit aut ea prorsus effugere, ut beatum atque
incorruptum sapientiae nomen uita ipsa cum praeceptis con-
3 gruente praestarent. ego tamen ut nos ipsos simul et ceteros
instruam, laborem nullum recuso. neque enim possum obliuisci
mei tum praesertim, cum maxime opus sit meminisse, sicut
4 ne tu quidem tui, ut spero et opto. nam licet te publicae rei
necessitas a ueris et iustis operibus auertat, tamen fieri non
potest quin subinde in caelum aspiciat m e n s s i b i c o n s c i a
5 r e c t i. et quidem laetor omnia tibi quae pro bonis habentur
prospere fluere, sed ita, si nihil de statu mentis inmutent.

AVCTORES 22] Verg. Aen. I 604.

BPV] 1 quamquam *BV (in V pictum)* etiā *(˜ euanid. refecit m. 3, sic saepe) V* 2 existimare *P* quem *(e part. ras. ex* a *m. 1) V* 3 p˪en˩e *V* 4 cottidianum *V* 5 deesset *B* honestiores *B*, -ris *ras. ex* -rus*? V* melioresque *B* 6 lingua instituentibus *B* 7 **strenuum *B* 8 uerbis *B* 9 nullam necessitatem *V* 10 quo*minus *(*d *er.) B* excudam *codd. rec., edd.* 13 *conuenit *P* 14 uibant *B*[ac], *corr. m. 1 uel 2* illos *om. P* 15 mediri *B*[1], *corr. B*[2] p(r)sus *(*r *m. 2) P* ut| *BV*, et *P* 16 ///uita *(1, uix 2 litt. er.) V* 19 m˪ax˩ime *V* 20 et| *BV*, ut *P* 21 a ueris| *PV*, habeat *B* ˪et˩ a iustis *B* ˪auertat˩ *V* 23 et| *BV*, ego *P edd.* 24 inmutant *PV*[ac], *part. ras. corr. V*[2?]

uereor enim ne paulatim consuetudo et iucunditas earum
rerum sicut fieri solet in animum tuum inrepat. ideoque te 6
moneo et repetens iterum⟨que⟩ iterumque monebo, ne
oblectamenta ista terrae pro magnis aut ueris bonis habere
te credas, quae sunt non tantum fallacia, quia dubia, uerum
etiam insidiosa, quia dulcia. nam ille conluctator et aduer- 7
sarius noster scis quam sit astutus et idem saepe uiolentus,
sicuti nunc uidemus. is haec omnia quae inlicere possunt,
pro laqueis habet et quidem tam subtilibus, ut oculos mentis
effugiant, ne possint hominis prouisione uitari. summa ergo 8
prudentia est pedetemptim procedere, quoniam utrubique
saltus insidet et offensacula pedibus latenter opponit. itaque 9
res tuas prosperas in quibus nunc agis suadeo ut pro tua
uirtute aut contemnas, si potes, aut non magno opere mireris.
memento et ueri parentis tui et in qua ciuitate nomen dederis
et cuius ordinis fueris: intellegis profecto quid loquar. nec 10
enim te superbiae arguo, cuius in te ne suspicio quidem ulla
est, sed ea quae dico, ad mentem referenda sunt, non ad
corpus: cuius omnis ratio ideo conparata est, ut animo
tamquam domino seruiat et regatur nutu eius. uas est enim 11

AVCTORES 3| Verg. Aen. III 436.

BPV] 1 consuetudo et] consuetudine *Heusingerus. Emendat. p. 146* 2 *post* tuum *s. l.* sensim in *add.* B^3; inrepat] B^3 *codd. rec., coni. etiam Heumannus,* repat B^1PV $\overset{i}{\text{te}}$ *(e lin. del. et* i *add. m. 3, sic!) B* 3 *pr.* iterumque] *codd. Vergil.,* iterum *BP (sequitur rasura 8—10 litter.) V* ⌜ne⌝ P^2 4 $\overset{\text{nae}}{\text{terrae}}$ *(sic corr. m. 1) P* aut] *BP,* ac *V* 5 fall⌞a⌟ci^a *ex* fallaa*? P* 8 is haec *om. P* 9 habent *P* mentes B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 10 homines B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 11 prudentia] *V,* prouidentia *B,* p̣uịdentia *P* peditemptim *P,* peditim tim *sic* V^{ac}, pedetemptim *corr. m. 1,* p *add. m. 1 uel 2* **$\overset{u}{\text{utribique}}$ *(ut er.,* u *s. l. m. 1) B,* utubique P^1, ut⌜r⌝obique *(o part. ras. ex* u*)* P^2, utrobique *V* 12 incidit *V* 13 *post* res *1 (*t*?) uel 2 litt. er., P* proprias *P* ages *B* 14 non *(alt.* n *ras. ex* m*) V* magnopere *V* 15 in quam ciuitatem *B* 16 fuerit *P* profecto *(*p *in 2 uel 3 litt. er. m. 1?) P* 17 suspi⌜ci⌝o $P^{1?}$ 18 ea *om. P* referenda* *(*m *er.) V* 19 ideo] ita *coni. Heumannus et cum Gothano scr. Buenemannus* 20 negatur P^1

quodammodo fictile quo animus id est homo ipse uerus continetur, et quidem non a Prometheo fictum, ut poetae locuntur, sed a summo illo rerum conditore atque artifice deo, cuius diuinam prouidentiam perfectissimamque uirtutem nec sensu conprehendere nec uerbo enarrare possibile est. temptabo tamen, quoniam corporis et animi facta mentio est, utriusque rationem quantum pusillitas intellegentiae meae peruidet,
12 explicare. quod officium hac de causa maxime suscipiendum puto, quod Marcus Tullius uir ingenii singularis in quarto De re publica libro, cum id facere temptasset, materiam late patentem angustis finibus terminauit leuiter summa quaeque
13 decerpens. ac ne ulla esset excusatio cur eum locum non fuerit exsecutus, ipse testatus est nec uoluntatem sibi defuisse nec curam. in libro enim De legibus primo cum hoc idem summatim stringeret, sic ait: hunc locum satis, ut mihi uidetur, in iis libris quos legistis expressit Scipio. postea tamen in libro De natura deorum secundo hoc idem
14 latius exsequi conatus est. sed quoniam ne ibi quidem satis expressit, adgrediar hoc munus et sumam mihi audaciter explicandum quod homo disertissimus paene omisit intactum.

AVCTORES 1] ex eodem remotiore aliquo auctore quo Lactantius, Nemesius p. 37 Matth. Πλάτων—διώκωμεν (τὴν ψυχὴν ἑαυτοὺς εἶναι): de locis Nemesii cf. editoris disputationem *Ueber die Quellen von Lactanz' Schrift De opificio dei*. Stud. Vindobon. XIII (1891) p. 276 ss.; cf. etiam Cic. de re p. VI 24, 26. § 12 s.] Cic. de re p. IV 1, 1. 15] Cic. de legg. I 9, 27. 17 s.] cf. Cic. de nat. deor. II 47 ss.

BPV] 2 fictus *B* loquuntur *PV* 4 perfectissimamque *(tert.* e *in er.* am?) *V* 5 temptauo *B*ac, *corr. m. 1 uel 2* 9 Marcus] *BP*, m̃ *(1 uel 2 litt. er.) V* 10 it *B* *post* temptasset *add.* hd. *et in marg. inf. haec* nihil prorsus effecit nam. hs. *B*³ *(de* hd. *et* hs. *cf. part. I Proleg. p. XXVI adn. 1)* 11 terminauit *(*uit *in er.* ret*?) P* ⌊leuiter sum⌋mam quamque *V* 12 cur *om. P*, cur *ex* cũ *V*¹? 13 fuerit] *BV*, ẽẽ *P* 14 ⌜hoc⌝ *V* 15 *stringeret *(i er.) B*, stringe⌊r&⌋ *V* 16 iis] *deteriores codd. Cic., edd.*, his *BPV*, *optimi codd. Cic.* expressi *P* 17 in libro *om. B* 18 nec *V* 19 audacter *codd. rec., edd.*

forsitan reprehendas quod in rebus obscuris coner aliquid 15
disputare, cum uideas tanta temeritate homines extitisse, qui
uulgo philosophi nominantur, ut ea quae abstrusa prorsus
atque abdita deus esse uoluit, scrutarentur ac naturam rerum
caelestium terrenarumque conquirerent, quae a nobis longe
remotae neque oculis contrectari neque tangi manu neque
percipi sensibus possunt: et tamen de illarum omnium ratione
sic disputant, ut ea quae adferunt probata et cognita uideri
uelint. quid est tandem cur nobis inuidiosum quisquam 16
putet, si rationem corporis nostri dispicere et contemplari
uelimus? quae plane obscura non est, quia ex ipsis membrorum officiis et usibus partium singularum quanta ui prouidentiae quidque factum sit, intellegere nobis licet.

2. Dedit enim homini artifex ille noster ac parens deus 1
sensum atque rationem, ut ex eo appareret nos ab eo esse
generatos, quia ipse intellegentia, ipse sensus ac ratio est.
ceteris animantibus quoniam rationalem istam uim non at- 2
tribuit, quemadmodum tamen uita earum tutior esset, ante
prouidit. omnes enim suis ex se pellibus texit, quo facilius
possent uim pruinarum ac frigorum sustinere. Singulis autem 3
generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta constituit, ut aut naturalibus telis repugnent fortioribus aut quae sunt inbecilliora, subtrahant se periculis pernicitate fugiendi aut quae simul et uiribus et celeritate

AVCTORES § 3] cf. Minuc. Fel. c. 17, 10.

BPV] 1 repr*ehendor *P* 2 hominis B^{1}, *corr.* B^{2} 4 scrutarent *B* 5 terrenarum *P* 6 remota *P* contueri *B* manu tangi *B* 7 sensu *B* 9 ue*lint *(l er.) V, pariter 11* quis P^{1} 10 ⌜si⌝ P^{2} rationes *(es ex is?) P* despicere *P*, inspicere *V* ⌜et⌝ *B* 13 quidqu*e *(a er.) B*, quicquid *P* factum sit intellegere *refecit* V^{3} 16 qui *P* 17 u:iam *V* 18 uita* *(m er.) P* eorum P^{ac} *ante *(d er.) V* 19 ⌜suis⌝ $P^{2?}$ ex se pellibus| *P*, ex ip se *(sic m. 1,* ex ipso | se *m. 2)* pilis *B*, ex se pilis *V edd., sed cf. c. 7, 2; ad* ex se *cf. p. 9, 1* 20 possint *V* frigora *codd. rec., edd.* 21 propulsan⌞dos⌟ impetus *(u ras. ex a) V* su⌞a⌟ $P^{1?}$ propropria *P* 22 ⌞aut⌟ *V* 23 ⌜periculis⌝ B^{3} 24 simulent *(exp. m. 1 uel 2)* B^{ac}, simul ⌞et⌟ B^{3}

4 indigent. astu se protegant aut latibulis saepiant. itaque alia
eorum uel plumis leuibus in sublime suspensa sunt uel
suffulta ungulis uel instructa cornibus, quibusdam in ore arma
sunt dentes aut in pedibus adunci ungues: nulli munimentum
5 ad tutelam sui deest. si qua uero in praedam maioribus
cedunt, ne tamen stirps eorum funditus interiret, aut in ea
sunt religata regione, ubi maiora esse non possunt, aut ac-
ceperunt uberem generandi fecunditatem, ut et bestiis quae
sanguine aluntur, uictus suppeteret ex illis et inlatam tamen
cladem ad conseruationem generis multitudo ipsa superaret.
6 hominem autem ratione concessa et uirtute sentiendi atque
eloquendi data eorum quae ceteris animalibus attributa sunt,
fecit expertem, quia sapientia reddere poterat quae illi naturae
condicio denegasset: statuit enim nudum et inermem, quia et
7 ingenio poterat armari et ratione uestiri. ea uero ipsa quae
mutis data et homini denegata sunt, quam mirabiliter in homine
ad pulchritudinem faciant, exprimi non potest. nam si homini
ferinos dentes aut cornua aut ungues aut ungulas aut cau-
dam aut uarii coloris pilos addidisset, quis non sentiat quam
turpe animal esset futurum, sicut et muta, si nuda et inermia
8 fingerentur? quibus si detrahas uel naturalem sui corporis

BPV] 1 indigeant *V* latibolis *B* s⌜a⌝epiant *B* 2 laeuibus *B* 3 ungulis *(g ex c) V* *inore *(m er.) V* arma** *(tȧ er.) B* 4 ungu*es *(o ? er.) B* nullique *codd. rec., edd.* 5 tutellam *B* 6 stirp*s *(i er.) B* tamens|tir seorum P^1, tamen*|stir⌜p⌝seorum P^2 in ea sunt religata] *BPV;* religionis B^{ac}, li *exp. m. 1 uel 2,* re**giones *(sed* s *linea del.)* B^3, relegiones *(alt.* e *ex* i *m. 2, sic) P*, regione* *(s? er.) V;* in eam sunt relegata regionem *Erasmus*, in ea sunt relegata regione *priores et multi poster.* 7 ⌜non⌝ B^3 9 *post* uictus *3 fere litt. er., P* suppeterent *P*, suppe⌞t⌟eret *V* 12 eloquendi—quae *om. P* 14 conditio *(t ex c, sic saepe)* V^2 enim] *P*, eum *B*, *om. V; malim* dene-gasset, <et> statuit nudum *cum Heumanno* 16 d⌞enegata s⌟unt *P* in homine] *BP*, homini *V* 17 pulchritudine⌜m⌝ B^3, pulcritudinem *V*, *sic saepe* homini///// *ex* hominum *P* 18 fịerinos *(i exp. m. 1?) P* ungues *(alt.* u *ex* o *m. 1,* o *s. l. m. 1 uel 2, sic) B* 19 colores P^1 20 et *om. codd. rec., edd.* nuda *(n ras. ex m) V* in*ermia *(h er.) V* 21 detra⌜h⌝as *V*, *saepe* h *om. add. m. 1 uel 2*

uestem uel ea quibus ex se armantur, nec speciosa poterunt esse nec tuta, ut mirabiliter, si utilitatem cogites, instructa, si speciem, ornata uideantur: adeo miro modo consentit utilitas cum decōre. hominem uero quoniam aeternum animal 9 atque inmortale fingebat, non forinsecus ut cetera, sed interius armauit nec munimentum eius in corpore, sed in animo posuit, quoniam superuacuum fuit, cum illi quod erat maximum tribuisset, corporalibus eum tegere munimentis, cum praesertim pulchritudinem humani corporis inpedirent. unde ego philo- 10 sophorum qui Epicurum secuntur amentiam soleo mirari, qui naturae opera reprehendunt, ut ostendant nulla prouidentia instructum esse ac regi mundum, sed originem rerum insecabilibus ac solidis corporibus adsignant, quorum fortuitis concursionibus uniuersa nascantur et nata sint. praetereo quae 11 ad ipsum mundum pertinentia uitio dant, in quo ridicule insaniunt: id sumo, quod ad rem de qua nunc agimus pertinet.

AVCTORES 2 s. utilitatem . . . speciem . . . consentit utilitas cum decore] haec bipertita ratio frequentissima est in hoc libro; cf. Inst. II 10, 13: Hermes . . . illud explanare temptauit, quam subtili ratione singula quaeque in corpore hominis membra formauerit (sc. deus), cum eorum nihil sit quod non tantundem ad usus necessitatem quantum ad pulchritudinem ualeat; cf. *'Ueber die Quellen'* p. 270 ss. § 10 — c. 4, 15] Epicurea ed. Usener frg. 372 (p. 250).

BPV] 2 ut] *BP*, *·aut *(ut er.,* a *exp. m. 1) V* 4 humilitas *B*[1], *corr. B*[3] quoniam] quem *edd.* 5 atque *(*t *in ras. ex* d *m. 1 uel 2) V, sic saepe* 7 illi c̄um *B*, ut cum illi *P* 8 tegeret *BP* 9 corporis inpedirent hūmani *B* impediret *V* ergo *(*r *del. m. 2 uel rec.) P* | filosoforum *(om.* qui Epicurum*) V*[1], *ante initium uersus* eos qui *add. V*[2], filosoforum *in* philosophorum *corr. V*[3], *supra hanc uocem magna rasura* 10 ⌜qui⌝ *P*[2] sequuntur *P*, sequ⌜u⌝ntur *V* 11 operam *B* præuidentia *(*o *m. 2) V* 13 assignant *(pr.* s *in er.* d *m. 1?) V, sic etiam al.* 14 praeterea *P* 15 uitia *B* ridiculi *B*[1], *corr. B*[3] 16 sūmo *P*, su*mo *(*m *er.) V*

1 3. Queruntur hominem nimis inbecillum et fragilem nasci
quam cetera nascantur animalia: quae ut sunt edita ex utero,
protinus in pedes suos erigi et gestire discursibus statimque
aeri tolerando idonea esse. quod in lucem naturalibus indu-
mentis munita processerint, hominem contra nudum et inermem
tamquam ex naufragio in huius uitae miserias proici et expelli.
qui neque mouere se loco ubi effusus est possit nec alimentum
2 lactis adpetere nec iniuriam temporis ferre. itaque naturam non
matrem esse humani generis, sed nouercam, quae cum mutis
tam liberaliter gesserit, hominem uero sic effuderit. ut inops
et infirmus et omni auxilio indigens nihil aliud possit quam
fragilitatis suae condicionem ploratu ac fletibus ominari. scilicet

cui tantum in uita restet transire malorum.

3 quae cum dicunt. uehementer sapere creduntur. propterea
quod unus quisque inconsiderate suae condicionis ingratus
est. ego uero illos numquam tam desipere contendo quam
4 cum haec locuntur. considerans enim condicionem rerum
intellego nihil fieri aliter debuisse, ut non dicam potuisse,
quia deus potest omnia, sed necesse est ut prouidentissima

AVCTORES c. 3, 1. 2] Cic. de re p. III 1, 2 (cf. 1); cf. etiam C F W. Muellerum edit. Cic. IV 2 p. XXX ad p. 332, 7 et editoris disputationes *'Lactantius und Lucretius'*. Annal. phil. CXXXXIII 240. et *'Ueber die Quellen'* p. 290. 5 s. hominem—expelli] cf. Lucr. V 222 s. 9—12 quae cum--ominari] cf. Lucr. V 223—226. 13] Lucr. V 227.

BPV/ 1 nimis] nimio magis *Heumannus*, magis *dubitanter Halmius, Cic. de re p. III 1, 2 (p. 816, 26 adn.)* 2 nascuntur *PV, recte? cf. p. 12, 5* 3 **erigi *V* statim quaerunt tolerando *V* 4 aere *B* 5 in*ermem *(*h *er.) V* 6 naufragio* *(*o* *ex* um*) V* 7 moueri *B*[1], *corr. B*[2] 8 ita⌜q.⌝ *P* 10 tam liberaliter] *BP*, liberalius *V*, *recte?* se gesserit *Parrhasius Heumannus,* egerit *dubitanter Halmius ibid. (cf. infra p. 12, 5). sed cf. Cyprian. Epist. LXII 3 (p. 699, 7)* uelociter gerere; *Lucif. p. 219, 9* ut non prout mihi placitum est geram. inops *(*p *part. ras. ex* b *m. 2) V* 11 aliud *(*d *in er.* t *m. 2) V, sic etiam alias* 12 fletibus suis somniari *B* scilicet et *B* 13 tantum] *PV cum codd. Lucr.*, tamen *B* re et transirest *codd. Lucr.* 15 condicionis] *BV*[1] *(alt.* c *in* t *mut. V*[2]*)*, conditionis *(*s *exp. m. 1. sed punctum leniter eras.) P*. conditioni *codd. rec., edd.* 16 tam] *BV*, magis *s. l. P* 17 loquuntur *P* 18 *post* debuisse *s. l.* quam factum est *add. B*[3] 19 ut *om. P*, *recte?*

illa maiestas id effecerit quod erat melius et rectius. libet 5
igitur interrogare istos diuinorum operum reprehensores quid
in homine deesse, quia inbecillior nascitur, credant. num id
circo minus educentur homines, num minus ad summum robur
aetatis prouehantur, num inbecillitas aut incrementum inpediat
aut salutem, quoniam quae desunt ratio rependit? 'at ho- 6
minis' inquiunt 'educatio maximis laboribus constat, pecudum
scilicet condicio melior, quod eae cum fetum ediderint, non
nisi pastus sui curam gerunt: ex quo efficitur ut uberibus
sua sponte distentis alimentum lactis fetibus ministretur et
id cogente natura sine matrum sollicitudine adpetant'. quid? 7
aues, quarum ratio diuersa est, nonne maximos suscipiunt in
educando labores, ut interdum aliquid humanae intellegentiae
habere uideantur? nidos enim aut luto aedificant aut uirgultis
et frondibus construunt, etiam ciborum expertes incubant ouis
et quoniam fetus de suis corporibus alere non datum est,
cibos conuehunt et totos dies in huiusmodi discursatione
consumunt, noctibus uero defendunt fouent protegunt. quid 8
amplius homines facere possint nisi hoc solum fortasse, quod
non expellunt adultos, sed perpetua necessitudine ac uinculo
caritatis adiunctos habent? quid quod auium fetus multo 9
fragilior est quam hominis, quia non ipsum animal edunt.

BPV] 3 homine* *(m er.) V* deesset *B* nascitur credant] *PV (nisi quod* credu^a^nt, *m. 1 V)*, nascitur *(*creda *m. 1) B* 4 educantur *B* educantur—minus *in marg. add. P*² ad *om. P* 5 proue'h'antur *B*³*V*² 6 dependit *BV* ad *BP*^ac^ homines *BP*^ac^ *V*¹, *corr. V*² 7 inqui'un't *B*³ edocatio *V*¹, *corr. V*² 8 *post* scilicet *s. l.* armentorumq. *add. B*³ eae] *B*, aeae omnes *P*, haec *V*, hae *edd.* ediderint *B*¹, *corr. B*³ 9 *in* pastus *utrum* st *an* rt *sit dubium P*, st, *uix* rt *in V* efficiatur *(*a *del. m. 3) B*, efficiuntur *(*un *exp. m. 2) P* 11 id] *BP*, ideo *V* matrum *om. codd. rec., edd.* adpetunt *P* 12 in *om. V* 15 et] *PV*, aut e *B* etiam] et *edd.* 16 f*etus *(*o *er.) B* 17 in *om. V* discursatione] *BV*, conlatione *P; cf. c. 3, 20* 19 homines *om. P* possunt *BP* 21 habeant *B* 22 ss. *sic distinxi, uarie aliter edd., multi cum Erasmo* id uero—tenerum *in parenthesi ponunt, quae et glossema eicit Heumannus, sed* uero *in apodosi conlocatum est. cf. Indic. uerb.* qu'i'a *P*² non] *BV*, non materno corpore *P edd.*

sed id quod materni corporis fotu et calore tepefactum animal
efficiat? quod tamen cum spiritu fuerit animatum, id uero
inplume ac tenerum non modo uolandi, sed ambulandi quoque
10 usu caret. non ergo ineptissimus sit si quis putet male cum
uolucribus egisse naturam primum quod bis nascantur, deinde
quod tam infirmae, ut sint quaesitis per laborem cibis a
parentibus nutriendae? sed illi fortiora eligunt, inbecilliora
11 praetereunt. quaero igitur ab iis qui condicionem pecudum
suae praeferunt, quid eligant, si deus iis deferat optionem,
utrum malint, humanamne sapientiam cum inbecillitate an
12 pecudum firmitatem cum illarum natura. scilicet non tam
pecudes sunt, ut non malint uel fragiliorem multo quam nunc
est dummodo humanam quam illam inrationabilem firmitatem.
sed uidelicet prudentes uiri neque hominis rationem uolunt
13 cum fragilitate neque mutorum firmitatem sine ratione. ⟨quid⟩
quod nihil est tam repugnans tamque contrarium, quod unum
quodque animal aut ratio instruat necesse est aut condicio
naturae? si naturalibus munimentis instruatur, superuacua

AVCTORES 8—13] ex Cic. de re p. (IV?) ut uid., cf. Lact. Inst. V 11, 2; '*Ueber die Quellen*' p. 290 s.

EXPILATORES 5] Isidor. orig. XII 7, 79.

1 ˛sed id˛ *B* materni corporis| *BV*, *om. P* fo*tu *(e er.) B*. fotu *(f ex* p*? m. 1?) P* 2 cum *om.*, spū, *add.* d *et in marg.* spiritu *m. 2 P* 3 *post* tenerum *12 fere litt. er., quas iam m. 1 uel 2 expunxerat, extremae* um *fuerant, B* 4 sit *om. P* 5 bis] *PV*, uix *B* nascuntur *PV, recte? cf. p. 10, 2* 6 infirme *B*, infirma *V* ut *om. V* si'n't *V* ciuis *B*[1], *corr. B*[3] 7 parenti'bu's *P*[1?] 8 iis] *edd.*, his *BPV* 9 eligunt *V* iis] *edd.*, his *BPV* op˛t˛ionem *P*[2?] 10 humanā* *(˜ m. 2, e? er.) P*, humanam* *(s. l. ˜ ut uid. er., post* m *er.* e *uel* ę*) V* *post* sapientiam *s. l.* eligendi *add. B*[3] 11 illarum| *edd., cf. p. 11, 8,* illorum *BPV* naturam *(*m *exp. m. 3) B*, *post hoc s. l.* quid optant quid eligunt *add. B*[3] 12 sint *V*[ac], suit *(sic, uolebat* sunt *scribere) V*[1?] 13 in rationabilem *(*in *postea extra uers. add. m. 1) V* 14 ne'q.' *P* hominis *om. P* 15 quid *addidi*, quod *BV*, quo *P*; at *ed. Paris. 1513*, quare *Egnatius*, sed *Heumannus* 17 quo'd'que *V* 18 ⟨nam⟩ si *malim* instruantur *P*

ratio est. quid enim excogitabit? quid faciet? quid molietur?
aut in quo lumen illud ingenii ostendet, cum ea quae possint
esse rationis, ultro natura concedat? si autem ratione sit 14
praeditum, quid opus erit saepimentis corporis, cum semel
concessa ratio naturae munus possit inplere? quae quidem
tantum ualet ad ornandum tuendumque hominem, ut nihil
potuerit maius ac melius a deo dari. denique cum et cor- 15
poris non magni homo et exiguarum uirium et ualitudinis
sit infirmae, tamen quoniam id quod est maius accepit, et
instructior est ceteris animalibus et ornatior. nam cum fra- 16
gilis inbecillusque nascatur, tamen et a mutis omnibus tutus
est et ea omnia quae firmiora nascuntur, etiamsi uim caeli
fortiter patiuntur, ab homine tamen tuta esse non possunt. ita 17
fit ut plus homini conferat ratio quam natura mutis. quoniam
in illis neque magnitudo uirium neque firmitas corporis efficere
potest quominus aut opprimantur a nobis aut nostrae subiecta
sint potestati. potestne igitur aliquis cum uideat etiam boues 18
lucas cum inmanissimis corporibus ac uiribus seruire homini,
queri de opifice rerum deo, quod modicas uires, quod paruum
corpus acceperit, nec beneficia in se diuina pro merito aesti-
mat? quod est ingrati aut ut uerius loquamur, insani. Plato 19
ut hos credo ingratos refelleret, naturae gratias egit,
quod homo natus esset. quanto magis melius et sanius, 20

AVCTORES § 19 Plato] cf. Plutarch. uit. Marii c. 46.

BPV] 1 excitauit B^1, excitabit B^2, excogitabit B^3 *post* faciet *add.* aut *codd. rec., edd.* mol⌈i⌉etur *B* 2 ostendit V^{ac}, *corr. m. 1?* possent *P*, possunt *codd. rec., edd.* 3 ultra B^1P^1, *corr.* B^3P^2 4 quod V^{ac} 5 que *ex* qui P^2, *in marg.* hec sepes P^2 9 //tamen *(& er.) V* quoniam *om. B* 11 inbecill*usque *(i er.) P* 13 ⌈non⌉ B^3 16 subiectae s*int *(s ? er.) B* 18 *ad* lucas *in marg.* aelefantos dicit *add.* B^3 ⌈im⌉-manissimis *V* ac uiribus] *B*, *om. P*, *s. l. add.* V^1 19 parum *B* 20 benefici* *B* se* *(d er.) V* *an* aestimare? 21 ingrati* *(a ? er.) V* ut uerius loquamur] *V*, quod ut uerius loquar *B*, uerius loquamur *P* *ante* Plato *add.* melius igitur B^3 23 *post* esset *hoc* h. d. *et in marg. inf.* quod ipsum quale sit non est huius materiae ponderare. hs B^3 *(hd et* hs *ut p. 6, 10)* magis] *B*, *om. PV*, *sed cf. p. 4, 8 s.* magis . . . docilior *et Woelfflinum. Lat. u. roman. Compar. p. 46*

qui sensit condicionem hominis esse meliorem, quam isti qui
se pecudes natos maluerunt! quos si deus in ea forte conuer-
terit animalia quorum sortem praeferunt suae, iam profecto
cupiant remigrare magnisque clamoribus condicionem pristinam
flagitent. quia non est tanti robur ac firmitas corporis, ut
officio linguae careas, aut auium per aerem libera discursatio,
ut manibus indigeas. plus enim manus praestant quam
leuitas ususque pinnarum, plus lingua quam totius corporis
21 fortitudo. quae igitur amentia est ea praeferre quae si data
sint, accipere detrectes?

1 4. Idem queruntur hominem morbis et inmaturae morti
esse subiectum. indignantur uidelicet non deos esse se natos.
'minime', inquiunt 'sed ex hoc ostendimus hominem nulla
2 prouidentia esse factum, quod aliter fieri debuit'. quid si
ostendo id ipsum magna ratione prouisum esse, ut morbis
uexari posset et uita saepe in medio cursus sui spatio rum-
peretur? cum enim deus animal quod fecerat sua sponte ad
mortem transire cognouisset, ut mortem ipsam, quae est dis-
solutio naturae, capere posset, dedit ei fragilitatem, quae morti
3 aditum ad dissoluendum animal inueniret. nam si eius roboris

AVCTORES 11 s. morbis et inmaturae morti] cf. Lucr. V 222 s. quae Lact. hoc in cap. de 'inmatura morte' (cf. p. 15, 3. 22 17, 13, 18, 15) dicit, partim fort. ex Senecae libro De inmatura morte (cf. Inst. I 5, 26. III 12, 11) sumpta sunt.

BPV] 2 natos esse *codd. rec., edd.* maluerint *codd. rec., edd., probat etiam Buenemannus* quod *B* *post* forte *s. l.* eos *add. B²* conuerteret *B* 4 remigrare *(pr.* r *postea add. m. 1) B* 6 a⌜e⌝rem *B* liber‿a* *(*d *er.) V* 8 l*euitas *(*a *er.) B* pennarum *(sed* e *ex* i *P²V¹?) PV* 9 quasi *P¹* 11 homines *B* 12 subiectos *B* eos, *sed s. l.* ⁊ deos *add. P* esse se] *B*, esse ⌜se⌝ *P²*, esse *V* 13 ex] *V*, *om. BP*, *sed cf. Inst. I 5, 2* (ex his . . . probemus). *V 6, 6. 19, 16* nulla* prouidentia* *(*m *er.) B* 15 ostendam *B*, ostendero *edd., sed cf. Inst. VI 16, 4* quid si ostendo ⌜id⌝ *V¹?* prouisu⌜m⌝ *B³* 16 possit *V* et] *P*, ut *B*, ut et *V* saepe] *BV*, sua *P* 18 transisse *P* cognos$\overset{c}{*}$et *(*s *er.,* c *m. 1?) P*, cognouisset | & *ut uid. V^ac*, cognouis*** | s& *m. 1* 19 c‚a‚pere *B²* possit *V* $\overset{ei}{\&}$ *(corr. m. 2) P* 20 ad ditum *V*

fieret, ut ad eum morbus et aegritudo adire non posset, ne
mors quidem posset, quoniam mors sequella morborum est.
inmatura uero mors quomodo abesset ab eo cui esset consti-
tuta matura? nempe nullum hominem mori uolunt nisi cum
centesimum aetatis conpleuerit annum. quomodo illis in tanta 4
repugnantia rerum poterit ratio constare? ut enim ante annos
centum mori quisque non possit, aliquid illi roboris quod sit
inmortale tribuendum est: quo concesso necesse est condici-
onem mortis excludi. id autem ipsum cuiusmodi potest esse 5
quod hominem contra morbos et ictus extrarios solidum atque
inexpugnabilem faciat? cum enim constet ex ossibus et neruis
et uisceribus et sanguine, quid hōrum potest esse tam firmum,
ut fragilitatem repellat ac mortem? ut igitur homo indissolu- 6
bilis sit ante id tempus quod illi putant oportuisse constitui,
ex qua ei materia corpus attribuent? fragilia sunt omnia quae
uideri ac tangi possunt. superest ut aliquid ex caelo petant,
quoniam in terra nihil est quod non sit infirmum. cum ergo 7
sic homo formandus esset a deo ut mortalis esset aliquando,
res ipsa exigebat ut terreno et fragili corpore fingeretur. ne-
cesse est igitur ut mortem recipiat quandolibet, quoniam
corporalis est: corpus enim quodlibet solubile atque mortale
est. stultissimi ergo, qui de morte inmatura queruntur, 8
quoniam naturae condicio locum illi facit. ita consequens erit

BPV] 1 ne—posset *om. P* 2 seque*la *(l er.) PV* morborū *(˜ m. 2) B* 4 natura *BP* 5 centensimum *P* ⌞aetatis⌟ *P* conpleuerit annum *(= et — er., quae add. m. 2) B* conplerit *P* illi* (s *er.) V* 7 illi[a] *(sic) V* ⌞quo⌟d *P²?* 8 quo* (d *er.) V* 9 huiusmodi *BV* 10 quod (d *in er. eodem* d? *m. 3) B* extrarios[ne] *(ne add. m. 1) V*, extraneos *codd. rec., edd.* 12 sanguine* (m *er.) B* 13 igitur *om. V* 14 it *B*. ʳidʾ *P²* quid *B* constituisse *P* 15 materia ei *B* adtribuant *ut uid. (alt.* a *euanid.) B* 17 ergo| *BP*, enim *V* 18 *post* aliquando *hoc* hd. *et in marg. inf. haec* et per se ipum *(sic)* nobilis semper .hs. *add. B³ (*hd. *et* hs. *ut p. 6, 10)* 19 *supra* ipsa exigebat *rasura. P* 20 ut *om. V, recte? cf. p. 10, 19* 21 quodlibet *om. P* soluibile *P* mortalis *P¹*, mortale· *P²* 23 quoniam] *BP*, quia *V* locum *(o ex u) V* faciat *P*

ut morbis quoque subiectus sit: neque enim patitur natura ut abesse possit infirmitas ab eo corpore quod aliquando sol-
9 uendum est. sed putemus fieri posse quemadmodum uolunt. ut homines ea condicione nascantur. ne quis morbo mortiue subiectus sit. nisi peracto aetatis suae spatio ad ultimam
10 processerit senectutem: non igitur uident. si ita sit constitutum. quid sequatur. omni utique cetero tempore mori nullo modo posse? sed si prohiberi ab altero uictu potest. mori poterit. res igitur exigit ut homini qui ante certam diem mori non potest. ciborum alimentis. quia subtrahi possunt. opus non sit. ⟨sed⟩ si opus cibo non erit. iam non homo ille. sed deus fiet. ergo. ut superius dixi. qui de fragilitate hominis queruntur. id potissimum queruntur. quod non in-
11 mortales sempiternique sint nati. ‘nemo nisi senex mori debet’. atquin mortalitas non potest cum inmortalitate coniungi. si enim mortalis est in senectute. inmortalis esse in adulescentia non potest nec est ab eo condicio mortis aliena qui quandoque moriturus est. nec ulla inmortalitas est cui sit
12 terminus constitutus. ita fit ut et inmortalitas exclusa in perpetuum et ad tempus recepta mortalitas hominem constituat in ea condicione. ut sit in qualibet aetate mortalis. quadrat igitur necessitas undique nec debuisse fieri aliter nec

12 superius] p. 14, 11 ss.

BPV] 2 '⌜ut⌝ P^2 *post* quod *hoc* hd *et in marg. inf. haec* idcirco non solidum firmumq. natũ est ut .hs. *add.* B^3 *(*hd *et* hs. *ut p. 6, 10)* 3 est *er. et* sit *scr.* B^3 fieri posse] *V*, fieri ⌜posse⌝ P^2, posse fieri *B* 4 homo non ea *P* nascatur *P* qui *B*, qua *P* morti*ue *(s? er.) V* 5 ⌜ni⌝si *B* suae aetatis *B* 7 ⌜h⌝om⌜i⌝ni *B* ⌞certo⌟ *(*cetero *ut uid. eras*. er *non certum)* B^2, ⌞cete⌟ro *P* 8 possit *B;* posse? *distinxi*. posse. *uel* posse: *edd.* altore *Erasmus. sed Heumannus explicat* si alter eum potest prohibere uictu *(cf. 10* subtrahi*)* 9 certa *(quamquam* ante *habet) P*, certum *V*, *recte?* die *P* 10 possint *B* 11 sint *B* sed *addidi* 12 de *om. B* 13 inmortalis *B*, 'im'mortales *V* 14 ⌞mori⌟ *V* 15 *post* debet *s. l.* nempe ideo mori debet quia deus non est *add.* B^3 17 nec est *om. P* 18 *post* moriturus *2 uel 3 litt. er.*, *P* una *P* mortalitas *V* 19 et] *P*, etiam *B*, *om. V* 22 fieri *om. P* ***nec *(*nec *er.) V*

fas fuisse. sed isti rationem sequentium non uident, quia
semel errauerunt in ipsa summa. exclusa enim de rebus hu- 13
manis diuina prouidentia necessario sequebatur ut omnia sua
sponte sint nata. hinc inuenerunt illas minutorum seminum
plagas et concursiones fortuitas, quia rerum originem non
uidebant. in quas se angustias cum coniecissent, iam cogebat 14
eos necessitas existimare animas cum corporibus nasci et item
cum corporibus extingui: adsumpserant enim nihil fieri mente
diuina. quod ipsum non aliter probare poterant quam si
ostenderent esse aliqua in quibus uideretur prouidentiae ratio
claudicare. reprehenderunt igitur ea in quibus uel maxime 15
diuinitatem suam prouidentia mirabiliter expressit, ut illa quae
rettuli de morbis et inmatura morte, cum debuerint cogitare
his adsumptis quid necessario sequeretur. secuntur autem 16
illa quae dixi: si morbum non reciperet, neque tectis neque
uestibus indigeret. quid enim uentos aut imbres aut frigora
metueret, quorum uis in eo est ut morbos adferant? idcirco
enim accepit sapientiam, ut aduersus nocentia fragilitatem
suam muniat. sequitur ⟨quod⟩ necesse est, ut quoniam re- 17
tinendae rationis causa morbos capit, etiam mortem semper
accipiat, quia is ad quem mors non uenit, firmus sit necesse
est. infirmitas autem habet in se mortis condicionem. firmitas
uero ubi fuerit, nec senectus locum potest habere nec mors,
quae sequitur senectutem. praeterea si mors certae constituta 18

BPV] 2 id (*ante* ipsa) *V* 5 origine *B* 7 item] *PV*, iterum *B* 11 igitur (*pr.* i *ras. ex* a ?) *P* 12 diuinitas *ex* diuinitatem *B*[1?] prouidentiam *B* 13 retulit *P*, re*tuli (t *er.*) *V* 14 ˈhˈis *B* quid] *B*, quidem *P*, qui *V*[ac], quẹ *m. 1 uel 2:* quae *codd. rec., edd.* sequerentur *V, codd. rec., edd.* sequuntur *PV* 15 si *om. V* *an* si ⟨homo⟩ ? reciperet] *P* (*sed* et *ex* it ? *m. 1*), reciperent *B*, recipere// (*litt. er. uid., uix membrana scabra est*) *V* 16 indigerent *B*, indigere/// (*litt. er. uid.*) *V* 19 quod *add. ed. Paris. 1513;* sequitur necessario ut *Parrhasius* (*cf. uers. 3. 14 c. 11, 1*); *an* sequatur necesse est ut? 20 capit (i *in er.* e) *B* semper accipiat quia *om. P* 21 mors] *PV*, moribus *B* 23 ⌊senec⌋tus *P* habere nec mors quae *om. P*

esset aetati, fieret homo insolentissimus et humanitate omni
careret. nam fere iura omnia humanitatis, quibus inter nos
19 cohaeremus, ex metu et conscientia fragilitatis oriuntur. de-
nique inbecilliora et timidiora quaeque animalia congregantur,
ut quoniam uiribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur,
fortiora uero solitudines adpetunt, quoniam robore uiribusque
20 confidunt. homo quoque si eodem modo haberet ad propul-
sanda pericula suppetens robur nec ullius alterius auxilio
indigeret, quae societas esset, quae reuerentia inter se, quis
ordo, quae ratio, quae humanitas? aut quid esset tetrius ho-
21 mine, quid efferatius, quid inmanius? sed quoniam inbecillus
est nec per se potest sine homine uiuere, societatem adpetit,
22 ut uita communis et ornatior fiat et tutior. uides igitur
omnem hominis rationem in eo uel maxime stare, quod nudus
fragilisque nascitur, quod morbis adficitur, quod inmatura
morte multatur. quae si homini detrahantur, rationem quoque
23 ac sapientiam detrahi necesse est. sed nimis diu de rebus
apertissimis disputo, cum sit liquidum nihil sine prouidentia
nec factum esse umquam nec fieri potuisse. de cuius operibus
uniuersis si nunc libeat disputare per ordinem, infinita materia
24 est. sed ego de uno corpore hominis tantum institui dicere,
ut in eo diuinae prouidentiae potestatem quanta fuerit osten-
dam, his dumtaxat in rebus, quae sunt conprehensibiles et
apertae: nam illa quae sunt animi, nec subici oculis nec

BP (— 4) V | 1 humanitate (e *ex* i) *V* 2 feràe (a *exp. m. 3*) *B* 3 et | *BV*, ex *P* 4 timidiora | timidio . B . cernendi sensus *eqs. P, transilit scriptura in eodem uersu in c. 8, 16; supra* . B . *add. crucem, item in marg. cum uerbis* Hìc desunt *m. rec. (eadem etiam p. 17, 20. 23 cruces add.), praeterea in marg. add.* R (*i. e.* repone) *m. 2* 5 se* (d *? er.*) *V* 7 *an* <at>homo? 10 ordo *om. V*, quis ordo *om. codd. rec.* 11 inbecillis *B. cf. p. 10, 1. 13, 11* 12 *post* est *3 uel 4 litt. er., quarum extrema* m ?. *B* 13 uide *V* 14 homin˛is˛ V^{1}? maxime uel *B*, uel *om. V*, *recte?* 15 fragilisq: (q: *add. m. 1?*) *V* nascatur V^{ac} 17 nimium *B* diu* (m *er.*) *B* 19 posse *B* 20 infinita* (m *er.*) materia* (m *er.*) *B* 21 uno tantum corpore hominis *V* corporis B^{ac}, *corr. m. 1?* 24 animę *V*, *recte? cf. c. 11, 3. 14, 9, ad* animum *cf. c. 1, 11*

conprehendi queunt. nunc de ipso uase hominis loquimur
quod uidemus.
5. In principio cum deus fingeret animalia, noluit ea in 1
rotundam formae speciem conglobare atque colligere, ut et
moueri ad ambulandum et flectere se in quamlibet partem
facile possent, sed ex ipsa corporis summa produxit caput.
item produxit quaedam membra longius, quae uocantur pedes,
ut alternis motibus solo fixa perducerent animal quo mens
tulisset aut quo petendi cibi necessitas prouocasset. ex ipso 2
autem uasculo corporis quattuor fecit extantia, bina posterius,
quae sunt in omnibus pedes, item bina capiti et collo pro-
xima, quae uarios usus animantibus praebent. in pecudibus
enim ac feris pedes sunt posterioribus similes, in homine
autem manus, quae non ad ambulandum, sed ad faciendum
tenendumque sunt natae. est et tertium genus, in quo 3
priora illa neque pedes neque manus sunt, sed alae, in quibus
pinnae per ordinem fixae uolandi exhibent usum. ita una
fictio diuersas species et usus habet. atque ut ipsam cor- 4
poris crassitudinem firmiter conprehenderet, maioribus et
breuibus ossibus inuicem conligatis quasi carinam conpegit
quam nos dicimus spinam eamque noluit ex uno perpetuoque
osse formare, ne gradiendi flectendique se facultatem animal
non haberet. ex eius parte quasi media costas id est trans- 5

AVCTORES 20 s. quasi—spinam] cf. 'Plutarch.' Plac. philos. V 17, 3 (ex Aëtio) Ἀριστοτέλης . . ; Dielsius, Doxogr. gr. p. 190 adn. 2; Nemes. p. 262 (ἡ ῥάχις . . .).

EXPILATORES 8 alternis—fixa] Isidor. orig. XI 1, 112.

BV] 1 loquamur *codd. rec., edd.; an* loquemur? 4 rutundam *B, sic etiam p. 21, 4. 7. al.* ⌜et⌝ moueri *B*, emoueri *V* 7 membra quaedam *V* 8 sola *V*[1], *part. ras. corr. V*[3] perducerent] *codd. rec., Parrhasius,* producerent *BV, sine dubio ex* produxit *bis ante scripto: lectio* perducerent *etiam etymologia* pedes—petendi *commendatur: cf. de hoc loco 'Ueb. d. Quellen' p. 263* 13 sunt posterioribus pedes feris ac similes *(sic) V* 15 temperandumque *V, sed cf. c. 10, 24* tenendi faciendique 17 pennae *(sed* e *ex* i *m. 1?) V* exibent *B* 18 habet *in marg. V* 20 conpigit *V*[ac], *corr. m. 1?* 21 spi∗nam *(n er.) V* 22 oss⌜e⌝ *B*[3] facultatem *om. B, post* animal *add.* usū *B*[3]

uersa et plana ossa porrexit in diuersum, quibus clementer curuatis et in se uelut in circulum paene conductis interna uiscera contegantur, ut ea quae molliora et minus ualida fieri opus erat, illius solidae cratis amplexu possent esse
6 munita. in summo uero constructionis eius quam similem nauali carinae diximus, caput conlocauit, in quo esset regimen totius animantis, datumque illi hoc nomen est, ut quidem Varro ad Ciceronem scribit, quod hinc capiant initium
7 sensus ac nerui. ea uero quae diximus a corpore uel ambulandi uel faciendi uel uolandi causa esse producta, neque nimium longis propter celerem mobilitatem neque nimium breuibus propter firmitatem, sed et paucis et magnis ossibus
8 constare uoluit. aut enim bina sunt ut in homine aut <qua>terna ut in quadrupede: quae tamen non fecit solida, ne in gradiendo pigritia et grauitas retardaret, sed cauata et ad uigorem corporis conseruandum medullis intrinsecus plena, eaque rursus non aequaliter porrecta finiuit, sed summas eorum partes nodis crassioribus conglobauit, ut et substringi neruis facilius et uerti tutius possent, unde sunt uertibula
9 nominata. eos nodos firmiter solidatos leni quodam operculo

AVCTORES 7—9 Varro] Wilmanns, De M. Ter. Varr. libr. gramm. frg. 38 (p. 170).

EXPILATORES 7—9] Isidor. orig. XI, 1, 25; de diff. rer XVII 50. 17—20] Isidor. orig. XI 1, 87.

BV] 2 uel⌜ut⌝ *B* circolum V^{ac}, *part. ras. corr. m. 1?* 3 mollia *V* 4 possint *B* 5 simile *V* 6 nauali *(*u *ex* b*) B*, nauis *V*; *eicere malim, cf. p. 19, 20* carinae *(*i *ras. ex* u*) V* capu⌞t⌟ V^2 7 animantiūs *B* 9 a] e *Heumannus conl. p. 19, 6 (cf.* diximus*). 9,* de *codd. rec., edd., sed cf. c. 10, 21* scapulae . . . a ceruice demissae 11 celeri V^1, -rē V^2? 13 ⌜ut⌝ *V* 14 quaterna] *edd.*, terna *BV*; *recepi illud, quia Lact., quamquam § 7* uel ambulandi uel faciendi uel uolandi causa *dixit (cf. etiam § 2. 3* est et tertium genus*), hic tamen pedes tantum (cf. statim* in gradiendo*) significat; nisi forte* aut — ut in homine aut terna (ut in auibus aut quaterna) ut in quadrupede *fuisse conicitur* quadrupe⌜de⌝ *B*, quadrupede *(alt.* e *part. ras. ex* u *uel* a *m. 2?) V* 18 grossioribus *B* 19 sint *V* 20 -leni *(*p *er.) B*

texit, quod dicitur cartilago, scilicet ut sine attritu et sine
sensu doloris aliquo flecterentur. eosdem tamen non in unum
modum informauit. alios enim fecit simplices et in orbem
rotundos, in iis dumtaxat articulis in quibus moueri membra 10
in omnes partes oportebat, ut in scapulis, quoniam manus
utrolibet agitari et contorqueri necessarium est. alios autem
latos et aequales et in unam partem rotundos et in iis utique
locis ubi tantummodo curuari membra oportebat, ut in genibus et cubitis et manibus ipsis. nam sicut manus ex eo 11
loco unde oriuntur ubique uersus moueri speciosum simul et
utile fuit, sic profecto, si hoc idem etiam cubitis accideret,
et superuacuus esset eiusmodi motus et turpis. iam enim 12
manus amissa dignitate quam nunc habet mobilitate nimia
proboscidi similis uideretur essetque homo plane anguimanus.
quod genus in illa inmanissima belua mirabiliter effectum
est. deus enim qui prouidentiam et potestatem suam mul- 13
tarum rerum mirabili uarietate uoluit ostendere, quoniam
caput eius animalis non tam longe porrexerat, ut terram
posset ore contingere, quod erat futurum horribile atque
tetrum, et quia os ipsum profusis dentibus sic armauerat, ut
etiamsi contingeret, pascendi tamen facultatem dentes adimerent, produxit inter eos a summa fronte molle ac flexibile
membrum quo prendere, quo tenere quodlibet posset, ne
rationem uictus capiendi uel dentium prominens magnitudo
uel ceruicis breuitas inpediret.

BV] 2 u⌜nu⌝m B^3 4 iis] *edd.*, his *BV* 7 *tert.* et *om.* *B* iis *scripsi*, his *BP* 8 tantum *B* 9 et in cubitis *B* 10 *post* oriuntur *s. l.* a corpore *add.* B^3 12 superuacuos *B* 13 amissaė *(e exp. m. 3)* *B* dignitatē B^1, *corr.* B^3 hunc B^{ac} mobilitatem B^1, *corr.* B^3 14 proboscidi similis] *Egnatius*, proroscidi (mu über ro; *(mu m. 3)* similis *B*, promusci‿dissimilis *V* 15 effectū *(˜ m. 2)* *B* 18 capu⌞d⌟ *(sic)* B^1? 20 t⌜a⌝etrum B^3, ⌞t⌟&rum *V* ōs *V* ipsud *ex* ipsum B^3, *tum eadem man.* m *restituit* profusis *(i in er. o m. 1 uel 2)* *B* *ante* ut etiamsi *er.* ut etiam *V* 21 conti⌜n⌝geret B^2 22 f⌜r⌝onte *V* 23 quo⌜d⌝libet *V* 24 prominus B^1, promin⌞e⌟s (n über e) B^3

1 6. Non possum hoc loco teneri quominus Epicuri stultitiam
rursum coarguam: illius enim sunt omnia quae delirat Lu-
cretius. qui ut ostenderet animalia non artificio aliquo diuinae
mentis, sed, ut solet, fortuito nata esse, dixit in principio
mundi alias quasdam innumerabiles animantes mi-
randa specie ac magnitudine fuisse natas, sed eas
permanere non potuisse, quod illas aut sumendi cibi
facultas aut coeundi generandique ratio defecisset.
2 uidelicet ut atomis suis locum faceret, diuinam prouidentiam
uoluit excludere. sed cum uideret in omnibus quae spirant
mirabilem prouidentiae inesse rationem, quae, malum, uanitas
erat dicere fuisse animalia prodigiosa in quibus ratio cessaret?
3 quoniam igitur omnia quae uidemus cum ratione nata sunt
— id enim ipsum, nasci, efficere nisi ratio non potest —,
manifestum est nihil omnino rationis expers potuisse gene-
4 rari. ante enim prouisum est in singulis quibusque fingen-
dis quatenus et ministerio membrorum ad necessaria uitae
uterentur et quatenus adiugatis corporibus elata suboles uni-
5 uersas generatim conseruaret animantes. nam si peritus
architectus cum magnum aliquod aedificium facere constituit,
primo omnium cogitat quae summa perfecti aedificii futura
sit, et ante emetitur quem locum leue pondus expectet, ubi
magni oneris statura sit moles, quae columnarum interualla,
qui aut ubi aquarum cadentium decursus et exitus et recepta-
6 cula, haec, inquam, prius prouidet, ut quaecumque sunt

AVCTORES § 1] Lucr. V 834 ss.; cf. de hoc Lact. cap. disputationem '*Lact. u. Lucr.*' p. 238 ss.

BV] 1 nom B^{ac} terreri *B* stultitiã *(˜ m. 2) B*, stultiã *V* 2 rursus *V* 3 ut *(exp. m. 3) B* ostenderat *B* aliquit (o *supra*) *V* 4 esse nata *V* 9 ut (& *supra*) *V* *post* faceret *hoc* hd. *et in marg. inf. haec* per infinitum et inane uolitantibus hs. *add.* B^3 *(*hd. *et* hs. *ut p. 6, 10)* 10 uiderent *V* 12 *post* quibus *add.* nascendi *Thomasius 'ex antiquis codicibus' not. 196, deest in BV et multis certe codd. rec.* cessasset *codd. rec., edd.* 18 enata *Heumannus* subolis *B*, soboles (u *supra*) *(corr. m. 1 ?) V* 22 emetitur] *edd.*, metitur *B*, emetatur *(sic) V, recte ?* leuem *B* 23 operis *V* molis *B* 24 *pr.* et *om. V* 25 haec] si *Heumannus; an* si haec ?

perfecto iam operi necessaria, cum ipsis fundamentis pariter
ordiatur, cur deum quisquam putet in machinandis animalibus
non ante prouidisse quae ad uiuendum necessaria essent quam
uitam ipsam daret? quae utique constare non posset, nisi
prius effecta essent quibus constat. uidebat igitur Epicurus 7
in corporibus animalium diuinae rationis sollertiam. sed ut
efficeret quod ante inprudenter adsumpserat, adiecit aliud
deliramentum superiori congruens. dixit enim neque ocu- 8
los ad uidendum esse natos neque aures ad audien-
dum neque pedes ad ambulandum, quoniam haec
membra prius nata sint, quam esset usus uidendi et
audiendi et ambulandi, sed horum omnium officia ex
natis extitisse. uereor ne huiusmodi portenta et deridicula 9
refutare non minus ineptum esse uideatur. sed libet ineptire,
quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutum
putet. quid ais, Epicure? non sunt oculi ad uidendum 10
nati? cur igitur uident? postea inquit eorum usus appa-
ruit. uidendi ergo causa nati sunt, siquidem nihil possunt
aliud quam uidere. item membra cetera cuius rei causa nata
sint, ipse usus ostendit: qui utique nullo modo posset existere,
nisi essent membra omnia tam ordinate, tam prouidenter effecta,
ut usum possent habere. quid enim si dicas aues non ad uolan- 11
dum esse natas neque feras ad saeuiendum neque pisces ad natan-
dum neque homines ad sapiendum, cum appareat ei naturae officio-
que seruire animantes ad quod est quaeque generata? sed uide- 12
licet qui summam ipsam ueritatis amisit, semper erret necesse
est. si enim non prouidentia, sed fortuitis atomorum con-
cursionibus nascuntur omnia, cur numquam fortuito accidit

AVCTORES § 7 s.] Epicurea ed. Usener frg. 373 (p. 252). § 8] Lucr. IV 822 ss. 22—25] cf. Quintil. I 1, 1

BV] 2 cum *edd.* 4 possent *B* 5 constant *B* 6 i⌞n⌟ *B* 11 sint *scripsi*, sunt *BV*, essent *Usenerus* 16 *ante* non *s. l.* si *add.* B^2 oculi* *(s er.) B* 17 ⌞postea inquit eorum⌟ *V* ap⌜p⌝aruit *(alt.* a *ex* e *?) V* 18 causa* *(*m *er.) V* 19 causa* *V* 20 nullo *(*o *part. ras. ex* a *? m. 2 ?) V* 21 ordinata *V* 22 si enim *V* ⌞aues non⌟ *V* 24 naturæ *(*e *add. m. 2) B* 25 a⌜d⌝ *V* uidelicet *(pr.* e *ex* i*) V* 26 er⌞r⌟et V^1

sic coire illa principia, ut efficerent animal eiusmodi quod
naribus potius audiret, odoraretur oculis, auribus cerneret?
13 si enim primordia nullum genus positionis inexpertum relin-
quunt, oportuit eiusmodi cottidie monstra generari in quibus
et membrorum ordo praeposterus et usus longe diuersus
14 existeret. cum uero uniuersa genera et uniuersa in quoque
membra leges suas et ordines et usus sibi attributos tueantur,
manifestum est nihil fortuito esse factum, quoniam diuinae
15 rationis dispositio perpetua seruatur. uerum alias refellemus
Epicurum: nunc de prouidentia ut coepimus disseramus.
1 7. Deus igitur solidamenta corporis quae ossa dicuntur
nodata et adiuncta inuicem neruis adligauit atque constrinxit,
quibus mens, si aut excurrere aut resistere uellet, tamquam
retinaculis uteretur et quidem nullo labore nulloque conatu,
sed uel minimo motu totius corporis molem temperaret ac
2 flecteret. haec autem uisceribus operuit ut quemque locum
decebat, ut quae solida essent, conclusa tegerentur. item ui-
sceribus ipsis uenas admiscuit quasi riuos per corpus omne
diuisos, per quas discurrens umor et sanguis uniuersa membra
sucis uitalibus inrigaret, et ea uiscera formata in eum modum
qui uni cuique generi ac loco aptus fuit, superiecta pelle
contexit: quam uel sola pulchritudine decorauit uel setis
adoperuit uel squamis muniuit uel plumis insignibus ador-

AVCTORES 11] cf. Nemes. p. 262 M. τὰ δὲ ὀστᾶ — σώματος.
EXPILATORES 11] Isidor. orig. XI 1, 86. 17—20] Isidor. orig. XI 1, 121.

BV] 2 odoraretur] *B*, aut odoraretur *V* 3 expertum *V* relinquunt *(pr.* u *del. m. 3) B*, q *in ras., alt.* u *s. l. (fuerat fort.* -cunt*) V* 6 in *om. V* 7 *tu*eantur *(*s *et* d *er.) V* 8 manifestũ *(˜ m. 2) B* 9 perpetuo *Heumannus* seru*atur *(*i *er.) V* re*fellemus *(*s *? er.) V* 10 prouidentia* *(*m *er.) B* 12 nodata *(*d *in er.* t *? m. 1 ?) V* alligauit *(pr.* l *ras. ex* d, *pr.* i *ex* e *m. 2 ?) V* 13 *alt.* ⌜a⌝ut *B* uelit *V* 14 retenaculis B^1, *corr.* B^3 equidem *(om.* et*) B* 15 uel *om. B* nutu *(sed pr.* u *part. ras. ex* o*) V, codd. rec., edd.* 17 essent] *B*, ẹssẹ (o, a *s. l.*) *V* 18 riuos *(*o *in er.* i*) B* omne* *(*m *er.) B* 19 quẹ *V* humor, *add.* h B^2V^2 21 generi *(*i *in er.* e*)* $B^{1?}$ 22 quẹ *V*

nauit. illud uero commentum dei mirabile, quod una dispo- 3
sitio et unus habitus innumerabiles imaginum praeferat uarie-
tates. nam in omnibus fere quae spirant eadem series et ordo
membrorum est: primum enim caput et huic adnexa ceruix, 4
item collo pectus adiunctum et ex eo prominentes armi, ad-
haerens pectori uenter, item uentri subnexa genitalia, ultimo
loco femina pedesque. nec solum membra suum tenorem 5
ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum.
nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam
oculi, nares item, os quoque et in eo dentes et lingua. quae
omnia cum sint eadem in cunctis animantibus, tamen infinita
et multiplex diuersitas figurarum est, quod ea quae dixi aut
productiora aut contractiora liniamentis uarie differentibus
conprehensa sunt. quid? illud nonne diuinum, quod in tanta 6
uiuentium multitudine unum quodque animal in sui generis
specie pulcherrimum est, ut si quid uicissim de altero in
alterum transferatur, nihil inpeditius ad utilitatem, nihil de-
formius ad aspectum uideri necesse sit? ut si elephanto
ceruicem prolixam tribuas aut camelo breuem uel si serpen-
tibus pedes aut pilos addas, in quibus porrecti aequaliter

BF (a 3) V] 1 mira⌜bi⌝le/// *(1 uel 2 litt. er., fort.* m*) B*² *post* dispositio *2 uel 3 litt. er., V* 2 imaginum *scripsi (cf. uers. 12* figurarum; *p. 19. 18* diuersas species; *Inst. II 11, 6* in uarias imagines corporum*)*. imagines *B*¹. imagin⌞i⌟s *B*², manum *m. 1*, ⁊ manum (i, u s. l.) *et in marg.* ⁊ animantiũ *m. 2, in ipso* manum *inscripsit* animãtiũ *m. 3 V;* animantium *codd. rec., edd.* 3 fere̜ *V* *ab* eadem *incipit F fol. 1*ʳ series// *ex* seriens? *V* 5 a⌞rm⌟i *B*³, *s. l. er.* ac, *quod add. B*² 6 subnixa *B* 10 |⌞o⌟s *F*, *littera* o *prima uersus cum margine folii in fasciculum infixi glutinatique interiit: sic saepe primae et extremae uersuum litterae* eo] *FV*, oe (r s. l.) *(e in er.* s*? m. 2) B* 11 animantib⌜us⌝ *F*² tamẽn *(˜ euanid.,* n *add. m. 2) F* 12 figuratorum *codd. rec., edd.* 13 cõn tractiora *(˜ euanid.,* n *add. m. 2) F* lineamentis *F* 14 illud *(*d *ex* t *m. 2) F* 15 quo⌜d⌝que *V* generi⌜s⌝ *B*², genere, *post s. l.* ⁊ *(i. e.* et*) V;* sui *(uel* suo*)* genere et *codd. rec., edd.* 17 ⌞i⌟npeditius *F* utilitate⌜m⌝ *B*³ |⌞d⌟eformius *F* 18 |<n>ecesse *F* elefanto *BFV* 19 cerui|⌞c⌟em *F* a⌞ut⌟ *V*¹? came|<l>o *F*, camello *B*, came*lo *(1 er.) V* 20 pi*los *(1 er.) V*

corporis longitudo nihil aliud exigebat nisi ut maculis terga
distincti et squamarum leuitate suffulti in lubricos tractus
7 sinuosis flexibus laberentur. in quadrupedibus autem idem
opifex contextum spinae a summo capite deductum longius
extra corpus eduxit et acuminauit in caudam, aut ut obscenae
corporis partes uel propter foeditatem tegerentur uel propter
teneritudinem munirentur aut ut animalia quaedam minuta et
nocentia motu eius arcerentur a corpore: quod membrum si
8 detrahas, inperfectum fit animal ac debile. ubi autem ratio
et manus est, tam non est id necessarium quam indumentum
pilorum: adeo in suo quaeque genere aptissime congruunt,
ut neque nudo quadrupede neque homine tecto excogitari
9 quicquam turpius possit. sed tamen cum ipsa nuditas hominis mire ad pulchritudinem ualeat, non tamen etiam capiti
congruebat. texit ergo illud pilo et quia in summo futurum
erat, quasi summum aedificii culmen ornauit. qui ornatus non
est in orbem coactus aut in figuram pillei teres factus, ne

AVCTORES 15 texit ergo illud pilo ... (27, 3) capilli — 27, 5] ex Varrone. cf. Augustin. de dial. 6 (ex quo Isidor. orig. XI 1, 28): capillus quasi capitis pilus; Wilmanns p. 148 (cf. p. 16 ss.); '*Ueb. die Quellen*' p. 264.
EXPILATORES 2 s. in—laberentur] Isidor. orig. XII 4, 2.

BFV] 1 co(rp)oris *F, litt.* rp *foramine interierunt. sic saepius* exhibebat *V* 2 distrincti *F* leuitate *FV*, laeuitate *(pr.* a *del. m. 3) B* subfulti *F* tractos B^1, *corr.* B^3 3 sin⌈u⌉osis B^2 la*berentur *(m er.) V* 5 aut ut *scripsi*, ut *B*, aut *F*, *ut *(a er.) V* obsc*en⌈a⌉e *(a er.,* a *s. l. m. 1) B* obscurae & corporis partem *V* 6 foeditatē *(˜ m. 3) B* te|gerentur *(te add. m. 3) F* 7 teneritudinē *(˜ m. 3) B* ut *om. V* minuta *(i in er.* u *? m. 3) B* ⌊et⌋ B^3 9 sit *codd. rec., edd.* 10 nec e ssarium *F* 11 quoque *B* 12 nudo a quadrupede *F*, a *non a Lact. scriptum neque conferendos esse locos Inst. I 13, 11* a—recentior; *21, 16* ab—minoris *ipsa ambiguitate (cf* excogitari*) apparet* excogitare *B*, excogitar⌊i⌋ $V^{1?}$ 13 sed tamen cum| *BF (nisi quod* cūm|, *euanid.* ˜, *add.* m F^2*)*, cum tamen *V* 15 congruebat *(g ex* c *m. 2) F* *post* congruebat *hoc* hd *et in marg. inf.* quanta enim deformitas in eo futura esset ex caluitio apparet hs *add.* B^3 *(*hd *et* hs *ut p. 6, 10)* ergo *(g ex* c *m. 2) F* 16 in culmen or *desinit fol.* 1^r, *a* nauit *incipit fol.* 1^u *F* 17 coact(us a) ut *F* pilae *B* ne] de B^1, *corr.* B^2

quibusdam partibus nudis esset informis, sed alicubi effusus
alicubi retractus pro cuiusque loci decentia. frons ergo 10
uallata per circuitum et a temporibus effusi ante aures capilli
et earum summa pars in coronae modum cincta et occipitium
omne contectum speciem miri decoris ostentat. iam barbae 11
ratio incredibile est quantum conferat uel ad dinoscendam
corporum maturitatem uel ad differentiam sexus uel ad decorem
uirilitatis ac roboris, ut uideatur omnino non constatura fuisse
totius operis ratio, si quicquam aliter esset effectum.
8. Nunc rationem totius hominis ostendam singulorumque 1
membrorum quae in corpore aperta aut operta sunt, utilitates
et habitus explicabo. cum igitur statuisset deus ex omnibus 2
animalibus solum hominem facere caelestem, cetera uniuersa
terrena, hunc ad caeli contemplationem rigidum erexit bipedemque constituit, scilicet ut eodem spectaret unde illi origo
est, illa uero depressit ad terram, ut quia nulla his inmortalitatis expectatio est, toto corpore in humum proiecta uentri
pabuloque seruirent. hominis itaque solius recta ratio 3
et sublimis status et uultus deo patri communis ac proximus

AVCTORES § 2] cf. ad Inst. II 1, 14—19; Cic. de nat. deor. II 56, 140.

EXPILATORES 5—8] Isidor. de diff. rer. XVII 53. 10 s.] Isidor. de diff. rer. XVII 47: rationem autem humani corporis singulorumque membrorum differentiam Lactantius siue plerique auctorum . . definierunt. — ibid. § 72. haec Lactantius ceterique de ratione corporis scripserunt. § 2] Isidor. de diff. rer. XVII 50.

BFV] 1 *s. utroque loco* alibi *V* 2 detractus *F* 4 summae par⌜te⌝s *et* cinctae *V* occipium *B* 5 ostendat *F*, ostentant *edd.* 6 uel *om. V* 7 *alt.* uel] *FV*, ⌜a⌝ut B^2 9 operis] corporis *edd.* ratione *B* s<i> *F* 10 homines B^1, *corr.* B^2 11 utilitatis B^1, *corr.* B^2 12 abitus B^1, h *add.* B^2, habitos F^1, *s. l. corr.* F^2 13 faceret (t *in ras., tamen expunctum) V* et cetera *B* 14 terrena *(alt.* e *euanid. refecit m. 2) F* bipedem *B* 15 eadem *V* ///⌞s⌟pectaret *(ex ? er.) V* 16 immo<rta>|litatis (m *linea del. et* n *add. m. 3) F* 17 toto *(alt.* o *part. ras. ex* a) *V* <corpo>|re *F* 18 seruire⌜n⌝t *B* homines B^1, *corr.* B^2 19 est et *(ante* subl.) *B*, e⌞t⌟ *V* confinis *Petr. Francius (ap. Lengletium)*

originem suam fictoremque testatur. eius prope diuina mens quia non tantum animantium quae sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum, in summo capite conlocata tamquam in arce sublimi speculatur omnia et contuetur.
4 hanc eius aulam deus non obductam porrectamque formauit ut in mutis animalibus, sed orbi et globo similem, quod orbis
5 rotunditas perfectae rationis est ac figurae. eo igitur mens et ignis ille diuinus tamquam caelo tegitur. cuius cum summum fastigium naturali ueste texisset, primorem partem quae dicitur facies necessariis membrorum ministeriis et instruxit
6 pariter et ornauit. ac primum quod oculorum orbes concauis foraminibus conclusit, a quo foratu frontem nominatam Varro existimat, eos neque minus neque amplius quam duos esse uoluit, quod ad speciem nullus est perfectior numerus quam duorum, sicut et aures duas: quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem praeferat, quod cum pars utraque similitudine ornata est, tum ut uenientes altrin-
7 secus uoces facilius colligantur. nam et forma ipsa mirandum in modum ficta, quod earum foramina noluit esse nuda et inobsaepta: quod et minus decorum et minus utile fuisset, quoniam simplicium cauernarum angustias praeteruolare uox

AVCTORES 3 s. in summo—sublimi] cf. Cic. de nat. deor. II 56, 140. 7 s. mens—diuinus] ex Cic. de re p. III, cf. Augustin. c. Iulian. Pelag. IV 12 (Cic. de re p. III 1, 1).

EXPILATORES 1–4] Isidor. de diff. rer. XVII 49. 11—13] Isidor. orig. XI 1, 35; de diff. rer. XVII 53.

BF (—13) V] 1 fi⌜n⌝ctoremque (n *add. m. 1, sic*) *B* 2 animanti ũ *F* 3 su i | *F* domina tum *F* 4 ta(m)|qunarce (*sic*, am *s. l. et* u *ex* i *ut uid., m. 1*) *F* spe⌞c⌟ulatur B^2 5 obd(uc) tam *F*; productam *Heumannus* 6 sed *in marg. m. 2, idem s. l. m. 3 V* orbis] *V, nisi quod* r *ras. ex* m *ut uid., sed* b *ab initio fuerat*, omnis *FB* 7 ro tun|ditas *F* 8 cae lo | *F* 9 fastig i|um *F*, uestigium *V* primorem] et p<ri |mo-rem *F*, priorem *BV; cf. p. 31, 8* 11 pari<ter | *F* quod *om. edd.* orbis B^1, *corr.* B^2 12 inclusit *F* fora<tu>| *F* 13 uar<ro>|| *hic desinit fol. 1u F* existimauit *V* et eos *V edd.* 16 prae se ferat *Parrhasius* 17 alt*rinsecus (e ? *er.*) *B* 19 *post* ficta *uel ante* et forma *intercidisse est uid.* 20 inobs⌜a⌝epta B^2, inops‿epta *V*

posset nisi exceptam per cauos sinus et repercussu retentam foramina ipsa cohiberent illis similia uasculis quibus inpositis solent angusti oris uasa conpleri. eas igitur aures — quibus est inditum nomen a uocibus hauriendis, unde Vergilius uocemque his auribus hausi; aut quia uocem ipsam Graeci αὐδήν uocant ab auditu, per inmutationem litterae 'aures' uelut 'audes' sunt nominatae — noluit deus artifex mollibus pelliculis informare, quae pulchritudinem demerent pendulae atque flaccentes, neque duris ac solidis ossibus, ne ad usum inhabiles essent inmobiles ac rigentes, sed quod esset horum medium excogitauit, ut eas cartilago mollior adligaret et haberent aptam simul ac flexibilem firmitatem. in his audiendi tantum 9 officium constitutum est sicut in oculis uidendi. quorum praecipue inexplicabilis est ac mira subtilitas, quia eorum orbes gemmarum similitudinem praeferentes ab ea parte qua uidendum fuit membranis perlucentibus texit, ut imagines rerum contra positarum tamquam in speculo refulgentes ad sensum intimum penetrarent. per eas igitur membranas 10

AVCTORES 5] Verg. Aen. IV 359. § 10] eadem uel simillima (ex Varrone?) ap. Gell. V 16; Chalcid. in Plat. Tim. p. 271, 13. 272, 8. 273, 10. 278, 1 Wr.; de § 9 ss. et c. 9 cf. '*Lact. u. Lucr.*' p. 252 ss.; '*Ueb. die Quellen*' p. 283.

EXPILATORES 3—7] Isidor. orig. XI 1, 22. 46; de diff. rer. XVII 55. 15—18] Isidor. de diff. rer. XVII 53.

BV] 1 *post* posset *s. l.* et spargi *add.* B^3 perceptā *V* repercusu *V* 2 cohiberent] *codd. rec.*, conuiuerent B^{ac}, conbiberent *(sic) corr. m. 1.* coniberent *V* inpositi⌜s⌝ *B* 3 angustioris B^1, angustiores B^2V; angusti oris *etiam Ianus Gulelmius (Quaest. Plaut. Menaechm. cap. IV. Gruteri Lampad. uol. III part. II p. 406 s.) coni. (Quintil. Inst. I 2, 28* uascula oris angusti 4 inditum *(alt.* i *ras. ex* u*) B* ⌜h⌝auriendis B^2 6 AYΔH; V^1, Δ *in* A *mut. m. 3* 7 mollibus] *V*, neque mo⌜l⌝libus *(*l *add. m. 1 uel 2) B* 8 quae] *V*, ne *B*. *sine dubio ut etiam* neque *(7) secundum proxima* neque—ne *fictum* pulchritudine^de^merent *(sic,* de *add. m. 2) B* flacentes *V* 9 *hinc usque ad finem libri multa euanida refecit m. 3 V: ubi prior scriptura certa est, nihil adnotatur* adusu* *(*m *er.) B* inabiles *B* 10 sed *om. B* ^h^orum V^1. horum *(*h *s. l. er.)* V^3 11 mo⌜l⌝lior B^3 12 ac] *B*, et *V*, *recte?* 14 praecipu ae B^1. praecipue ** B^2 15 similitudine *B* 16 imagi⌜ne⌝s B^3 17 in *om. B*

sensus ille qui dicitur mens, ea quae sunt foris transpicit. ne forte existimes aut imaginum incursione nos cernere, ut philosophi disserunt, quoniam uidendi officium in eo debet esse quod uidet, non in eo quod uidetur, aut intentione aeris cum acie aut effusione radiorum, quoniam si ita esset, tardius quam oculos aduertimus uideremus, donec intentus aer cum acie aut effusi radii ad id quod uidendum esset peruenirent.
11 cum autem uideamus eodem momento temporis, plerumque uero aliud agentes nihilominus tamen uniuersa quae contra sunt posita tueamur, uerius et manifestius est mentem esse quae per oculos ea quae sunt opposita transpiciat quasi per
12 fenestras perlucente uitro aut speculari lapide obductas. et idcirco mens ac uoluntas ex oculis saepe dinoscitur. quod quidem ut refelleret Lucretius, ineptissimo usus est argumento. si enim mens inquit per oculos uidet, erutis et effossis oculis magis uideret, quoniam euulsae cum postibus fores plus inferunt luminis quam si fuerint
13 obductae. nimirum ipsi uel potius Epicuro qui eum docuit effossi oculi erant, ne uideret effossos orbes et ruptas oculorum fibras et fluentem per uenas sanguinem et crescentes ex uulneribus carnes et obductas ad ultimum cicatrices nihil posse lucis admittere, nisi forte oculos auribus similes

AVCTORES 15 ss.] Lucr. III 359 ss. 367 ss.; cf. de hoc loco *'Lact. u. Lucr.'* p. 232 s.

BV] 1 mens ea] *B*, mens ea que dicitur mens ea, *linea del.* ea—mens *m. 1 V* 2 **imaginum *(*in, *uix* m *er.) V* *|concursiones *(sic,* ĩ *er.) B* cer*nere *(aut* i *er. aut* n *ras. ex* m*) V* 3 dixerunt *B* *uerba* ut philosophi disserunt *ante* aut imaginum *ponenda uid.* 6 donec| dũ haec *B*[1], *corr. B*[2] 7 essent *(quamquam* uidendum *habet) V* 9 aliquid *B* agentis *B*[1], *corr. B*[2] 10 posita sunt *B* intueamur *codd. rec., edd.* 11 quae per] *B*, q⌞u⌟r *V*[1], *in* quę *mut. et s. l.* ꝑ *add. V*[2], ꝑ *renouauit V*[3] 12 lucente *V* 13 uoluntas *(*n *ras. ex* p*) V* 19 uiderent *V* effossus *B*[1], *corr. B*[3], effos⌞s⌟os *V*[1]? orbis *B*[1], *corr. B*[2] et *om. B* 21 cicatrices *(pr.* i *ras. ex* u*) V* 22 possit *V*[1], posse* *V*[2]

nasci uolebat, ut non tam oculis quam foraminibus cerneremus:
quo nihil ad speciem foedius, ad usum inutilius fieri
potest. quantulum enim uidere possemus, si mens ab intimis 14
penetralibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet!
ut si quis uelit transpicere per cicutam, non plus profecto
cernat quam cicutae ipsius capacitas conprehendat. itaque 15
ad uidendum membris potius in orbem conglobatis opus fuit,
ut uisus in latum spargeretur, et quae in primori facie adhaererent,
ut libere possent omnia contueri. ergo ineffabilis 16
diuinae prouidentiae uirtus fecit duos simillimos orbes eosque
ita deuinxit, ut non in totum conuerti, sed moueri tamen ac
flecti cum modo possent. orbes autem ipsos umoris puri ac
liquidi plenos esse uoluit, in quorum media parte scintillae
luminum conclusae tenerentur, quas pupillas nuncupamus, in
quibus puris atque subtilibus cernendi sensus ac ratio continetur.
per eos igitur orbes se ipsam mens intendit ut 17
uideat miraque ratione in unum miscetur et coniungitur amborum
luminum uisus.

9. Libet hoc loco illorum reprehendere uanitatem qui dum 1
uolunt ostendere sensus falsos esse, multa colligunt in quibus
oculi fallantur, inter quae illud etiam, quod furiosis et ebriis
omnia duplicia uideantur: quasi uero eius erroris obscura sit
causa. ideo enim fit, quia duo sunt oculi. sed quomodo id 2
fiat accipe. uisus oculorum intentione animi constat. itaque
quoniam mens, ut supra dictum est, oculis tamquam fenestris

EXPILATORES 12—16] Isidor. de diff. rer. XVII 54.

BP (a 15) V] 1 uoleba*t *(n ? er.) B* 2 a⌜d⌝specie *B* usus *B* 3 possimus *B* ab *(b in er. d ? m. 1 ?) V* 4 ⌞capit⌟is *V* rimulas *(u part. ras. ex o) V* 5 ue*lit *(l er.) BV* 8 ad⌜h⌝erent *B*[2] 9 possint *V*, posset *edd.* 11 **conuerti *(in ? er.) B* 12 umores *B*[1], ⌜h⌝umoris *B*[2], humoris *(h add. m. 1 ?) V* 15 ac *V* *a* cernendi sensus *denuo incipit P*, *cf. ad p.* 18, 4 16 ipsa *B*, ipsā *(˜ euanidum refecisse, non addidisse uid. m. 3) V* 19 illorum] *PV*, ⌞arcisilae⌟ *B*[3] 20 uult *ex* uolunt *B*[3] collegit *ex* colligunt *B*[3] 21 falluntur *(pr. u ex a m. 1 ?) V* 22 errores *B*[1], *corr.* *B*[3]

utitur. non tantum hoc ebriis aut insanis accidit. sed et sanis et sobriis. nam si aliquid nimis propius admoueas. duplex uidebitur: certum est enim interuallum ac spatium quo acies
3 oculorum coit. item si retrorsum auoces animum quasi ad cogitandum et intentionem mentis relaxes. tum acies oculi utriusque diducitur et singuli uidere incipiunt separatim. si animum rursus intenderis aciemque direxeris. coit in unum
4 quidquid duplex uidebatur. quid ergo mirum si mens ueneno ac potentia uini dissoluta dirigere se non potest ad uidendum, sicut ne pedes quidem ad ambulandum neruis stupescentibus debiles aut si uis furoris in cerebrum saeuiens concordiam disiungit oculorum? quod adeo uerum est. ut luscis hominibus, si aut insani aut ebrii fiant. nullo modo possit accidere
5 ut aliquid duplex uideant. quare si ratio apparet cur oculi fallantur, manifestum est non esse falsos sensus: qui aut non falluntur, si sunt puri et integri, aut si falluntur, mens tamen non fallitur, quae illorum nouit errorem.

1 10. Sed nos ad dei opera reuertamur. ut igitur oculi munitiores essent ab iniuria, eos ciliorum tegminibus
2 occuluit, unde oculos esse dictos Varroni placet. nam ipsae palpebrae, quibus mobilitas id est palpitatio uocabulum

AVCTORES 21—33, 2] ex Varrone ut uid.; cf. Charis. p. 105. 14 K. (Wilmanns frg. 30. p. 161): palpetras per t Varro ad Ciceronem XIII dixit. § 2 ss.] cf. Cic. de nat. deor. II 57. 143: *'Ueb. d. Quellen'* p. 260.

EXPILATORES 19 s. 33, 9 s.] Isidor. orig. XI 1, 36. 39: de diff. rer. XVII 54.

BPV] 1 *post* ebriis *hoc* ∸ *et in marg. sup.* ∸ accidit *(om.* aut insanis*)*. sed et sanis et sobriis *P* et] etiam *codd. rec. (teste Lengletio), edd.* 2 et] ac *edd.* propi///us *ex* proprius *P* 6 diducitur] *edd.*, deducitur *BPV* et] *BP*, tunc *(sic) V* 7 aciem *P* 10 nerui⌜s⌝ *B*[2], s *add.* *V*[1?] 11 debil˛es˛ *P*[1?] 12 lu˛s˛cis *P*[1?], s *inseruit* *V*[1?], *refecit* *V*[3] 13 accedere *B*[1], *corr.* *B*[3] 14 uideat *B* 15 falluntur *V* 16 tamen] *BV*, tamen ipsa *P* 17 ⌜non⌝ *B* 18 dñ *ut uid.*, dī// *fort. iam m. 1 corr., refecit m. 3 V* 19 eos *refecit* *V*[3], *sed* e *in litt. er.* ciliciorum *P* 20 occulit *B*, oculuit (c *supra*) *(uit in ras.?) euanid. refecit* *V*[3] dictos esse *P* nam et ipse *V* 21 palpetrae *Varro scripserat, cf. supra 'Auctores'* inest *V*, inest et *edd.*

tribuit. pilis in ordinem stantibus uallatae saeptum oculis de-
centissimum praebent: quarum motus adsiduus inconprehen-
sibili celeritate concurrens et uidendi tenorem non inpedit et
reficit obtutum. acies enim id est membrana illa perlucens, 3
quam siccari et obarescere non oportet, nisi umore adsiduo
tersa praeniteat, obsolescit. quid? ipsa superciliorum fastigia 4
pilis breuibus adornata nonne quasi aggeribus et munimentum
oculis, ne quid superne incidat, et speciem simul praestant?
ex quorum confinio nasus exoriens et ueluti aequali porrectus
iugo utramque aciem simul et discernit et munit. inferius 5
quoque genarum non indecens tumor in similitudinem collium
leuiter exsurgens ab omni parte oculos efficit tutiores proui-
sumque est ab artifice summo, ut si qui forte uehementior
ictus extiterit, eminentibus repellatur. nasi uero pars superior 6
usque ad medium solida formata est, inferior autem cartilagine
adhaerente mollita, ut ad usum digitorum possit esse tracta-
bilis. in hoc autem quamuis simplici membro tria sunt 7
officia constituta, unum ducendi spiritus, alterum capiendi
odoris, tertium ut per eius cauernas purgamenta cerebri de-

EXPILATORES] § 5] Isidor. de diff. rer. XVII 56. 17—19] Isidor. de diff. rer. XVII 57.

BPV] 1 instantibus *B;* in ordine stantibus *codd. rec., edd., sed Halmius confert Varr. d. re rust. I. 7, 4* arbores in ordinem satae. uallatae *(*u *ex* b*) B*, ua'l'latae V^1 4 optutum *BP* perlucens *(*c *in er.* g *? m. 1 ?) V* 5 siccare *B* et nisi *V* humore *(*h *del. m. 3) B*, ⌜h⌝umore V^1, h *refecit* V^3 assiduo *(pr.* s *in er.* c *? m. 1 ?,* s *refecit m. 3) V* 6 tersa praeniteat] *P*, tersa reniteat *B*, tersapere *(*u *m. 1 ?, euanid. refecit m. 3)* niteat *V;* tersa pure niteat *codd. rec., edd.* 7 *ante* et munimentum *er.* & munimentum *V* munimento *B* 9 narus B^1, *corr.* B^2 uelut *B* 11 indecens *(pr.* e *part. ras. ex* i *et* c *in ras. m. 1 ?) P* 12 et leuiter *B;* leniter *codd. rec., edd., sed cf. p. 38, 9* 13 quis *V* 14 nisi B^1P^1, *corr.* B^3P^2, nisi V^1, a *er. et* Nasi *ex* nisi V^3 15 ⌞interior⌟ *(sic)* P^2 16 adh'a'erente B^3, adherentem *(m. 2) P*, adheret *V codd. rec.*, adhaeret *edd.* mollit⌞a⌟ P^2 ab usu *B* posset *P* 17 quam⌜uis⌝ B^3, -muis *euanid. refecit* V^3 *simplici *(*e *er.) V* 19 odores B^1, *corr.* B^2

fluant. quas ipsas deus quam mirabili, quam diuina ratione molitus est, ut tamen hiatus ipse nasi oris speciem non defor-
8 maret! quod erat plane futurum, si unum ac simplex foramen pateret: at id uelut pariete per medium ducto intersaepsit
9 atque diuisit fecitque ipsa duplicitate pulcherrimum. ex quo intellegimus quantum dualis numerus una et simplici conpāge solidatus ad rerum ualeat perfectionem. nam cum sit corpus unum, tamen totum ex simplicibus membris constare non
10 poterat, nisi ut essent partes uel dexterae uel sinistrae. itaque ut pedes duo et item manus non tantum ad utilitatem aliquam usumque uel gradiendi uel faciendi ualent, sed et habitum decoremque admirabilem conferunt, sic in capite, quod totius diuini operis quasi culmen est, et auditus in duas aures et uisus in duas acies et odoratio in duas nares a summo artifice diuisa est, quia cerebrum, in quo sentiendi ratio est, quamuis sit unum, tamen in duas partes membrana inter-
11 ueniente discretum est. sed et cor, quod sapientiae domicilium uidetur, licet sit unum, duos tamen intrinsecus sinus habet, quibus fontes uiui sanguinis continentur saepto intercedente diuisi, ut sicut in ipso mundo summa rerum uel de simplici duplex uel de duplici simplex et gubernat et continet totum, ita in corpore de duobus uniuersa conpacta indissocia-

BPV] 2 ˪u˩t *P*[2] naŕsi.oris *(r exp. et punct. post* i *m. 3) B* 3 ˹ni˺si *B*[3] si unum *om. V* ac *refecit V*[3], *sed subest fort.* at 4 at] *edd.*, ad *BPV* parietem *B*[1]*P*[ac], m *del. B*[3], *exp. P*[1] 6 intellegimu‹squa ntum *(litt.* squa *foramine perierunt)*, s quantum *s. l. et in marg. m. 3 B* duales *B* numeru‹sunae› t *(foramen)*, s una et *s. l. et in marg. m. 3 B* conp˪a˩ge *V*[1?] 9 potera*t *(n ? er.) V* nisi] *V*, *om. BP; 'locus mendosus' Heumannus; fort. inter* poterat *et* nisi *talia interciderunt:* et ad utilitatem et ad pulchritudinem conparatum uelut *B* dexterae] *V*, dextrae *BP*, *sed cf. c. 12, 5. 13. 14* sinixtrae *B*[1], *corr. B*[3] 11 aliquam usumque] *V*, atque *(*adque *B)* usum *BP* ualet *B*, ualerent *P* 14 odoratus *P* 15 diuisus *P* c˹a˺erebrum *(sic) B* 17 **discretum *(*in *er.) V* cor *om. V* 18 sinos *B*[1], *corr. B*[3] 19 continetur *B*[1] *(corr. B*[2]*) PV*[ac] *malim* continentur, s. i. diuisos 21 duplici simplex] simplici duplex *B*[1], *corr. B*[2]

bilem praetenderent unitatem. oris quoque species et rictus 12
ex transuerso patefactus quam utilis, quam decens sit, enarrari
non potest: cuius usus in duobus constat officiis, sumendi
uictus et eloquendi. lingua intus inclusa, quae uocem 13
motibus suis in uerba discernit, et est interpres animi nec
tamen sola per se potest loquendi munus inplere, nisi acumen
suum palato inliserit, nisi adiuta uel offensione dentium uel
conpressione labrorum. dentes tamen plus conferunt ad
loquendum: nam et infantes non ante incipiunt fari quam 14
dentes habuerint et senes amissis dentibus ita balbuttiunt,
ut ad infantiam denuo reuoluti esse uideantur. sed haec 15
ad hominem solum pertinent aut aues, in quibus acuminata
et uibrata certis motibus lingua innumerabiles cantuum
flexiones et uarios sonorum modos exprimit. habet praeterea 16
et aliud officium, quo in omnibus, non tamen solo in mutis
utitur, quod contritos et permolitos dentibus cibos colligit et
conglobatos ui sua deprimit et transmittit ad uentrem. itaque
Varro a ligando cibo putat linguae nomen inpositum.
bestias etiam <in> potu adiuuat: protenta enim cauataque 17

AVCTORES 5 interpres animi] Lucr. VI 1149. § 16] cf. Cic. de nat. deor. II 54. 134 (etiam Nemes. p. 238 M. μεγίστην γὰρ — τοῦ στομάχου).

EXPILATORES 4—8. 18] Isidor. de diff. rer. XVII 58; orig. XI 1. 51.

BPV] 1 praetendere'n't $P^{1?}$ speciem *P* rectus $V^{a c}$ 2 aduerso *B* transuersum V^{ac}, transuerso$_*$ $V^{1?}$ sit *om.* *BV* 4 loquendi *P* *malim* lingua <uero> *uel* <autem> clausa *V* *an fort.* inclusa <est> : quae ... discernit et .. animi, nec ...? 8 labiorum *edd.* 9 fari *om.* *V* 10 ịnsenes *V* balbu⌜t⌝tiunt *V* 11 ⌜ad⌝ *V* de nuo *(*n *add. et* uo *in ras.)* *V* 12 aut] *B*, a$_*$t *(*u *? er.) sic* *P*, aut ⌜ad⌝ *V* in *om.* *B* 13 bibrata B^{ac}, *corr. m. 1 uel. 2* 14 $\overset{\text{i :}}{\text{sonoreṣ}}$ *et in marg.* ros *(corr. m. 1 ?)* *P* exprimet B^1, *corr.* B^3 15 quod *P* in omnibus] *BP*, hominib; *V* non] *V (sc.* ñ*)*, sed *BP* 16 contritos et permolitos] *B*, per contritos *P*, contritos et cõmolitos *V*, *recte?* cib:⌜os⌝ P^2 18 a*ligando *(*l *er.)* *BP* 19 in *add. Heumannus* potũ *(*p *et* t *ex aliis litt. ? m. 3,* ˜ *m. 2)* *B* adiubat B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*

hauriunt aquam eamque conprehensam linguae sinu, ne tarditate ac mora refluat, ad palatum celeri mobilitate conplodunt. haec itaque palati concauo tamquam testudine tegitur eamque
18 dentium saeptis deus quasi muro circumuallauit. dentes autem ipsos, ne nudi ac restricti magis horrori quam ornamento essent, gingiuis mollibus, quae a gignendis dentibus nominantur, ac deinde labrorum tegminibus honestauit: quorum durities sicut in molari lapide maior est et asperior quam in ceteris ossibus, ut ad conterendos cibos pabulumque sufficerent.
19 labra ipsa quae quasi antea cohaerebant, quam decenter interscidit! quorum superius sub ipsa medietate narium lacuna quadam leui quasi ualle signauit, inferius honestatis
20 gratia foras molliter explicauit. nam quod attinet ad saporem capiendum, fallitur quisquis hunc sensum palato inesse arbitratur, lingua est enim qua sapores sentiuntur, nec tamen tota: nam partes eius quae sunt ab utroque latere teneriores, saporem subtilissimis sensibus trahunt. et cum neque ex cibo quicquam neque ex potione minuatur, tamen inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor eadem ratione qua nihil de
21 quaque materia odoris capio decerpit. cetera quam decora sint uix exprimi potest: deductum clementer a genis mentum et ita inferius conclusum, ut acumen eius extremum signare

EXPILATORES 4—7] Isidor. orig. XI 1. 54; de diff. rer. XVII 60.

BPV] 1 hauriunt V^3, auriunt *subesse uid.* sinum (m *exp. m. 3) B* *a* sinu ne—horrori *(5) omnia euanida refecit* V^3 2 morefluat (a supra) B^1, morefluat (a re supra) B^2, mora//effluat *(1 uel 2 litt. er.) P*, mora effluat *in ras.* V^3 ⌞ad palatum⌟ V^3 3 palati *(i ex o) P* teritur B^1, *corr.* B^3 **⌞d⌟s̄ $P^{2?}$ 5 *post* ipsos *hoc* hd. *et in marg. inf. haec* mirabili modo per ordinem fixos. hs. *add.* B^3 (hd. *et* hs. *ut p. 6, 10)* (h supra) orrori V^1, *refecit* V^3 6 ⌞cent⌟ $V^{1?}$ 7 horum *B* 8 duriti*es *(a er.) P* im B^1, *corr.* B^3 lapide* (m *er.) B* quam (am *in er.* od *m. 2) B* 11 'int̃'scidit *P*, intercidit *codd. rec., edd.* 12 lacunar *(r exp. m. 3) B* laeui *B* 13 foris *B* 14 quisque *V, recte?* 15 enim *om. P* sapo|resentitur B^1, sapor ṙesentitur B^3 sapore's' *P* 19 sapor* *P*, saporē *V* ratione* *V* 20 qua'cū'que, *add.* cū *m. 1 ?, euanid. refecit m. 3 V*, quacumque *codd. rec., edd.*

uideatur leuiter inpressa diuisio. rigidum ac teres collum,
scapulae uelut mollibus iugis a ceruice demissae, ualida et
substricta neruis ad fortitudinem brachia, insignibus toris
extantium lacertorum uigens robur, utilis ac decens flexura
cubitorum. quid dicam de manibus rationis ac sapientiae 22
ministris? quas sollertissimus artifex plano ac modice concauo
sinu fictas, ut si quid tenendum sit, apte possit insidere, in
digitos terminauit: in quibus difficile est expedire utrumne
species an utilitas maior sit. nam et numerus perfectus ac 23
plenus et ordo ac gradus decentissimus et articulorum parium
curuatura flexibilis et forma unguium rotunda concauis tegmi-
nibus digitorum fastigia conprehendens atque firmans, ne
mollitudo carnis in tenendo cederet, magnum praebet ornatum.
illud uero ad usum miris modis habile, quod unus a ceteris 24
separatus cum ipsa manu oritur et in diuersum maturius
funditur. qui se uelut obuium ceteris praebens omnem tenendi
faciendique rationem uel solus uel praecipue possidet tam-
quam rector omnium atque moderator; unde etiam pollicis
nomen accepit, quod ui et potestate inter ceteros polleat.
duos quidem articulos extantes habet, non ut alii ternos, sed 25
unus ad manum carne conectitur pulchritudinis gratia: si
enim fuisset tribus articulis et ipse discretus, foeda et inde-
cora species ademisset manibus honestatem. iam pectoris 26

EXPILATORES 1 rigidum—collum] Isidor. orig. XI 1, 61 9 s. 18 s.] Isidor. orig. XI 1, 70; de diff. rer. XVII 63.

BPV| 1 inpress*a *(i ? er.)* *P* 2 dimissae *P* ualida* *(e ? er.)* *P* 3 bra⌜c⌝chia B^3 4 ingens *codd. rec., edd.* 5 rationis *(*r *in ras. et* c *s. l., hoc quoque in ras., m. 3)* *B* 6 plano artifex *V* 7 situ *V* finctas *ut uid.* B^1. fin⌞xit⌟ B^3 possit| *BV*, sit *P* in *(ante* digitos*)* *er.*, *B* 8 terminabit B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 9 perfectus| *PV*, pectus *(sed* et *minus cert.)* B^1, p⌜l⌝exus B^2 ⌞ac plenus e⌟t *P* 13 concederet *V* 15 diuerso *V* 16 finditur *codd. rec., edd.*: *malim* diffunditur ten⌞endi⌟ *P* 17 et tamquam *P* 18 ****** *(rector fort. er.)* omnium rector *B* moderator *(*or *ex* ur*)* *B* 20 ut *s. l.* V^1, *refecit* V^3 21 ad manū carne conectitur] *V*, ad manus conectitur *B*, ad manus carne conectitur *P* 23 spicies P^1 nam *PV*

latitudo sublimis et exposita oculis mirabilem prae se fert
habitus sui dignitatem. cuius haec causa est, quod uidetur
hominem solum deus ueluti supinum formasse — nam fere
nullum aliud animal iacere in tergum potest —. mutas autem
animantes quasi alterno latere iacentes finxisse atque ad terram
conpressisse. idcirco illis angustum pectus et ab aspectu
remotum et ad terram uersus abiectum. hominis autem patens
et erectum, quia plenum rationis a caelo datae humile aut
27 indecens esse non debuit. papillae quoque leuiter eminentes
et fuscioribus ac paruis orbibus coronatae non nihil addunt
uenustatis, feminis ad alendos fetus datae, maribus ad solum
decus, ne informe pectus et quasi mutilum uideretur. huic
subdita est planities uentris, quam mediam fere umbilicus
non indecenti nota signat ad hoc factus, ut per eum fetus
dum est in utero nutriatur.

1 11. Sequitur necessario ut de internis quoque uisceribus
dicere incipiam: quibus non pulchritudo, quia sunt abdita,
sed utilitas incredibilis attributa est. quoniam opus fuerat ut
terrenum hoc corpus suco aliquo de cibis ac potibus aleretur
2 sicut et terra ipsa imbribus ac pruinis, prouidentissimus
artifex in medio eius receptaculum cibis fecit, quibus con-
coctis et liquefactis uitales sucos membris omnibus dispertiret.
3 sed cum homo constet ex corpore atque anima, illud quod

EXPILATORES 4 s.] Isidor. orig. XI 1, 92. 6—9] Isidor. de diff. rer. XVII 64. 11 s.] Isidor. de diff. rer. XVII 65. 13—15] Isidor. orig. XI, 1, 99; de diff. rer. XVII 66.

BPV] 1 prae se praefert *P* 3 fer*e *(a er.)* *B* 4 integrum *B* 5 quas *B* altero *(sic)* V^1, *refecit* V^3 fincsisse *B* 7 re[illegible]motum *refecit m. 3, sed* re *iam a m. 1 ut uid. in ras.*, *V* *malim* abiectum <est> homines B^1, *corr.* B^2 hominis—erectum *in marg.* *P* 8 datum *B* humile* *BV*, *in B* u *er.* 9 papellae *V* laeuiter *B*: leniter *codd. rec., edd., sed cf. p. 33, 12* 10 ⌜ac paruis orbib.⌝ *P* paru*is *(i er.)* *B* *orbibus *(c er.)* *B* 11 uenustatem *P* f*etus *(o er.)* *B, item 14* *ex* datę *hoc* lacte V^3 solem P^{ac} 12 decorem *P* 13 umbilicus *(m in ras. m. 1 uel 2)* *B* 17 di*cere *(s er.)* *V* 18 quoniam] *BP*, quia *V* 19 su⌜c⌝co V^3 20 et *om.* *BV* ac] *BV*, et *P* 21 quibus *om.* *P*

supra dixi receptaculum soli corpori praestat alimentum,
animae uero aliam sedem dedit. fecit enim genus quoddam
uisceris molle atque rarum, quod pulmonem uocamus, cum-
que non in utris modum finxit, ne effunderetur semel spiritus
aut inflaret semel. ideoque plenum quidem uiscus effecit, 4
sed inflabile atque aeris capax, ut paulatim spiritum reciperet,
dum uitalis uentus per illam spargitur raritatem, et eundem
rursus paulatim redderet, dum se ex illo explicat: ipsa enim
uicissitudo et spirandi respirandique tractus uitam sustentat
in corpore. quoniam ergo duo sunt in homine receptacula, 5
unum aeris quod alit animam, alterum ciborum quod alit
corpus, duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem
ac spiritalem, quarum superior ab ore ad uentrem ferat,
inferior a naribus ad pulmonem. quarum natura et ratio 6
diuersa est. ille enim qui est ab ore transitus, mollis
effectus est et qui semper clausus cohaereat sibi sicut os
ipsum, quoniam potus et cibus dimota et patefacta gula,
quia corporales sunt, spatium sibi transmeandi faciunt.
spiritus contra qui est incorporalis ac tenuis, quia spatium 7
sibi facere non poterat, accepit uiam patentem, quae uocatur
gurgulio. is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus quasi

EXPILATORES 12 s.] cf. Isidor. de diff. rer. XVII 61. 21—40, 2. Isidor. de diff. rer. XVII 61.

BPV] 3 uiscerum *P*, uisceribus *V* *post* uocamus *hoc* hd. *et in marg. sup. haec* in quod spiritus reciproca uicissitudine commearet hs *add.* B^3 (hd. *et* hs. *ut p. 6, 10)* 4 utris] *Heumannus*, uteris *(sic)* V^1, s *refecit* V^3, uteri *BP edd.* finexit *B* 4 s. *utroque loco* simul *edd.* sp̄s P^1, spiritus P^2, *similis correctio 6. 19. p. 40, 3. 9. 41, 15* 5 uictus *P* fecit *B* 6 sed] *PV*, ut esset *in 3 uel 4 litt. er., quarum prima s. extrema* t *(non set fuisse uid.)* B^2 inflabilem *P* 7 et] *BP* sed *V* 9 *post* uicissitudo *add.* flandi B^3 tractatus *(ta exp. m. 1 ?) P* 10 hominem *(m del. m. 3) B* receptaculum *P* 11 ˌuˌnum P²′ 12 *post* corpus *hoc* hd. *et in marg. inf. haec* ut flecti ceruix ac moueri facillime possit. hs. *add.* B^3 (hd. *et* hs. *ut p. 6, 10)* 13 aˌboreˌ P²′ 15 a*bore *(r er.) P* 16 sicut os—spatium sibi *(18) om. P* 17 guila *B* 21 gurgulio *(alt.* u *part. ras. ex* o*) V*

ex anulis in cicutae modum inuicem conpactis et cohaerenti-
8 bus patetque semper hic transitus. nullam enim requiem
meandi habere spiritus potest: qui quia semper commeat,
demissa utiliter de cerebro membri portione, cui uua nomen
est, uelut occursu quodam refrenatur, ne aut teneritudinem
domicilii cum impetu ueniens attracta pestilenti aura cor-
rumpat aut totam nocendi uiolentiam internis receptaculis
perferat. ideoque etiam nares breuiter sunt apertae: quae
idcirco sic nominantur, quia per eas uel odor uel spiritus
9 nare non desinit. tamen haec fistula spiritalis non tantum
ad nares, uerum ad os quoque interpatet in extremis palati
regionibus, ubi se tolles faucium spectantes uuam tollere
10 incipiunt in tumorem. cuius rei causa et ratio non obscura
est. loquendi enim facultatem non haberemus, si ut gulae
iter ad os tantum, ita gurgulio ad nares tantum pateret.
11 aperuit igitur uiam uoci diuina sollertia ex illa fistula spiri-
tali, ut posset lingua ministerio suo fungi et uocis ipsius
inoffensum tenorem pulsibus suis in uerba concidere. qui
meatus si aliquo modo intersaeptus sit, mutum faciat necesse

EXPILATORES 8—10] Isidor. orig. XI 1, 47; de diff. rer. XVII 57.

BF (a 18) PV | 1 anulis *(*u *m. 3 ex* o, *s. l.* h *er., quod add. m. 2) B*, anellis *V*, *recte?* 3 quias qui *(sic) P*, q̇ *(i. e.* qui, *hoc s. l. add. m. 1, refecit m. 3)* quia *V*, quia is qui *codd. rec., edd.* 4 demissa] demisa *(sic)* V^{1}, dimisa V^{2}, dimissa *BP* uba B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 6 ueniens *s. l.* V^{1}, *refecit* V^{3} pestilenti* *BV*, à *? er. in B*, i *? er. in V* 8 inferat *Heumannus* etiam] *BP*, enim *V* breuiter sunt apertae] *PV*, breues et apertae *B* 9 nominatur *P* ordo P^{ac}, *corr.* $P^{1?}$ 10 *post* desinit *s. l. haec* quae sunt huius fistulae quasi ostia *add.* B^{3} 11 quoque *om. B* paliatis B^{ac}, pa⌜u⌝l*atī* B^{1}, palịti (a *s. l.*) *V* 12 tolles] *Isaeus*, colles *BPV*; *in* tolles ... tollere *etymologia subest; cf. 'Ueb. d. Quellen' p. 263* expectantes *B* 14 si *(s. l. m. 1, refecit m. 3)* sicut *V*, *recte? cf. c. 18, 8; Inst. VI 21, 11. 22, 4* guilae *B* 15 ⌞ad⌟ V^{2} pa*teret *(*t *er.) V* *post* pateret *hoc* hs. *(sic) et in marg. sup. haec* nec procedens ex eo spiritus efficere uocem sine linguae ministerio posset. hd. *(sic) add.* B^{3} (de hd. *et* hs. *cf. ad p. 6, 10)* 16 uoce V^{ac} 17 possit *BV* 18 *a* |<co>ncidere *incipit fol.* 2^{r} *F* c̃⌞c⌟edere V^{2} q̇ *(i. e.* qui*) in ras. V* 19 aliquo *(*o *in er.* a *? m. 2) B* |<m>odo *F* in ter saeptus *(litt.* ter *foramine perierunt) F*, inter⌞c⌟eptus $V^{2?}$ fa ciat *F*

est: errat enim profecto quisquis aliam causam putat cur
homines muti sint. non enim, ut uulgo creditur, uinctam 12
gerunt linguam, sed hi uocalem illum spiritum per nares
quasi mugientes profundunt, quod uoci transitus ad os aut
nullus omnino est aut non sic patens, ut plenam uocem
possit emittere. quod plerumque natura fit, aliquando etiam 13
casu accidit ut morbo aliquo hic aditus obsaeptus uocem
non transmittat ad linguam faciatque de loquentibus mutos.
quod cum acciderit, auditum quoque obstrui necesse est, ut
quia uocem emittere non potest, ne admittere quidem possit.
loquendi ergo causa patefactus est hic meatus. illud quoque 14
praestat, ut in lauacris celebrandis, quia nares calorem ferre
non possunt, aer feruens ore ducatur. item si forte spira-
menta narium frigore pituita praecluserit, per os auram
trahere possimus, ne obstructa meandi facultate spiritus
stranguletur. cibi uero in aluum recepti et cum potus 15
umore permixti cum iam calore percocti fuerint, eorum sucus

AVCTORES 2—4] ex eodem auctore (Varrone?) Non. p. 9, 21 Merc.: m u t u s onomapoeia est incertae uocis quasi m u g i t u s. nam m u sonus est proprie qui intellectum non habet; cf. '*Ueb. die Quellen*' p. 264. 6 s.] cf. Nemes. p. 209 M. καὶ γὰρ—ἀποβαλόντες.

BFPV] 1 |⟨pr⟩ofecto *F* |⟨put⟩at *F* 2 sunt *F* ⟨en⟩im *F* 3 ge⟩runt *F* hii *BF*, hi* *(i er.) P* illu m *(foramen) F* 4 mugi-⟨e⟩ntes *F* quo⌜d⌝ $P^{2?}$ tr⟩ansitus *F* 5 pl enam *F* 6 quo d *F* aliquā⟨do⟩ *F* *an* sed aliquando ? 7 |⟨aliq⟩uo *F* obsaeptus *om. P* uo⟨ce⟩m *F* 8 ⟨fac⟩iatque *F* loquen**tibus *V* 9 |⟨cu m *F* |⟨ob⟩strui *F* ut *om. V* 10 quia] *BPV*, quoniam *F* ⟨uo⟩cem *F* ne] *FPV*, ne auditum *B* a⌞d⌟mittere B^3, ad mittere *F* 11 loquēn di (˜ *euanid.*, n *add. m. 2) F* patefactum *V* |⟨m⟩eatus *F* 12 ⟨in⟩ *F* ⟨n⟩ares *F* 13 pos|⟨sunt⟩ *F* aer *om. P* ⟨ite⟩m *F* 14 frigore *scripsi (cf. Verg. Ecl. II 22)*, frigoris *BF (in quo* nari umf rigoris*) V*, *pro* frig. pit. praecl. *hoc* praecluserit rigor *P* praeclus⌜er⌝it B^3; prae-cluse⟨ritp⟩er *F* 15 pos⟨sim⟩us *F* obstructa *(a euanid. s. l. restit. m. 2) F* ⌞m⌟ea⌞n⌟di B^2 facultate* *(m er.) BV*, |⟨fa⟩cultate *F* 16 ciui B^1, *corr.* B^2, |⟨cibi⟩ *F* al⌞u⌟um $P^{1?}$ 17 umore *(h s. l. er., quod add. m. 2) B (pariter p. 42, 15. 20. 43, 8)*, ⌜h⌝umore V^1, h *refecit* V^3, *item p. 42, 15. 43, 8* fueri⌜n⌝t V^1, n *refecit* V^3 sucos B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*

inenarrabili modo per membra diffusus inrigat uniuersum
16 corpus et uegetat. intestinorum quoque multiplices spirae
ac longitudo in se conuoluta et uno tamen substricta uinculo
quam mirificum dei opus est! nam ubi maceratos ex se cibos
aluus emiserit, paulatim per illos internorum anfractus extru-
duntur, ut quidquid in ipsis inest suci quo corpus alitur,
17 membris omnibus diuidatur. et tamen necubi forte obhaereant
ac resistant, quod et fieri poterat propter ipsorum uoluminum
flexiones in se saepe redeuntes et fieri sine pernicie non
poterat, obleuit ea intrinsecus crassiore suco, ut purgamenta
illa uentris ad exitus suos facilius per lubricum niterentur.
18 illa quoque ratio subtilissima est, quod uesica, cuius usum
uolucres non habent, cum sit ab intestinis separata nec ullam
habeat fistulam qua ex illis urinam trahat, conpletur tamen
19 et umore distenditur. id quomodo fiat non est difficile per-
uidere. intestinorum partes quae ab aluo cibum potumque
suscipiunt, patentiores sunt quam ceterae spirae et multo
20 tenuiores. hae uesicam circumplectuntur et continent: ad
quas partes cum potus et cibus mixta peruenerint, fimum
quidem crassius fit et transmeat, umor autem omnis per

AVCTORES 12 s.] cf. Nemes. p. 148 M. τὰ δὲ κύστιν οὐκ ἔχει, ὡς ὄρνιθες.

EXPILATORES 4 ss.] cf. Isidor. de diff. rer. XVII 68.

BFPV / 1 ˌuniˌuersum *B*, *utrum e an o incertum in F* 2 uegitat V^1, *corr.* V^3 3 una *P* 5 albos *ut uid.* B^{ac}, *part. ras. corr. m. 1 uel 2* 6 quid *P* in ipsis] *F*, ipsis *BV*, *fort. recte*, *om. P* quo* *(d er.) V* 7 ne cui *V* 8 etfiere (t *ras. ex* f, *ut uid.) sic B* 9 redundantes *B* perniˌciˌe $P^{1?}$ 10 obleuit ea] *V*, obl**ita *(eu er.) sic B*, obpleuit ea *P* 11 ill *in* illa *euanuit. F* 12 suptilissima *F*, *pariter p. 43, 2* uesica *(u ex* b *et* ic *in 1 uel 2 litt. er. m. 3) B*, ue- *ex* ui- $P^{2?}$ 14 quę *V* 15 destenditur *F* 16 intestinorum enim partes *P*, *recte ? ab* intestinorum *incipit fol.* 2^u *F* ⌜al'uo $P^{2?}$ ciˌbūˌ *V* 17 suscipiat *F* pat*entiores *(i er.) B*, potentiores *P* *post* et *er.* & *V* 18 teneriores *B*, tenuioris P^1, *corr.* $P^{2?}$ uisicam BP^1 19 potos et cibos *(corr. m. 1 ?) F* firmum *B*, sinum *V* 20 crassius *(c ras. ex g) V* translatū *(sic)* humor* aū *(hu postea add. m. 1, a er.) V* ⌜autem⌝ *B*

illam teneritudinem percolatur eumque uesica, cuius aeque tenuis subtilisque membrana est, absorbet et colligit, ut foras qua natura exitum patefecit emittat.

12. De utero quoque et conceptione, quoniam de internis 1
loquimur, dici necesse est, ne quid praeterisse uideamur:
quae quamquam in operto latent, sensum tamen atque intellegentiam latere non possunt. uena in maribus quae seminium 2
continet, duplex est, paulo interior quam illud umoris obsceni
receptaculum. sicut enim rienes duo sunt itemque testes, ita
et uenae seminales duae, in una tamen conpage cohaerentes:
quod uidemus in corporibus animalium, cum intersecta patefiunt. sed illa dexterior masculinum continet semen, sini- 3
sterior femininum, et omnino in toto corpore pars dextera
masculina est, sinistra uero feminina. ipsum semen quidam 4
putant ex medullis tantum, quidam ex omni corpore ad uenam genitalem confluere ibique concrescere. sed hoc quomodo fiat

AVCTORES § 4 ss.] ex Varronis Tuberone: cf. Censorin. 5, 2 ss. 6, 1. 4 ss. 7, 1. 9, 1 s.; Krahner, De Varrone ex Martiani satura supplendo (1846) p. 18; Wilmanns p. 26 adn. 1; Diels, Doxogr. gr. p. 186 s. 197 s.; '*Ueb. d. Quellen*' p. 265 ss.

BFPV] 1 uisica *B*[1], *corr.* *B*[2] 2 tenus *F* obseruit *(i ex e)* *B*[1], obsorbit *B*[3], absorbit *V*[1], *corr.* *V*[2] et *part. ras. ex* ut *P*[2?] 3 exitum] exitura *(a in ras. m. 2 ?)* exitum *P* 4 uteri *(i ex o m. 1 uel 2)* quoque *(om.* et*)* *B* 5 interisse *ut. uid.* *P*[1], *pterisse *P*[2] 6 operum *V* late⌜n⌝t *P*[1?] 7 late⌜re⌝ *P*[2] ue**na *(ne er.)* *P* 8 obsceni umoris *F* obsc*eni *(a er.)* *B* 9 rienes] *BF*, renes *PV*; *cf. p. 48, 23* ⌜ita⌝ *P*, *om.* *V* 10 ⌞in⌟ *P*[1?] conpag*e *(a er.)* *B*, compagae *F* 11 in *euanuit.* *F* intersecta] *Heumannus*, interfecta *BV*, i nterfectae *(sic)* *F*, interfect⌞a⌟ *P*[1?] 12 ⌜d⌝exterior *V* semen* *P* sinist⌜e⌝rior *V* 13 f*emininum *(a er.)* *B* *(pariter 14)*, fem⟨ini⟩num *F* t⟨o⟩to *(o foramine periit)* *F*, 'to'to *V* corp ore *F* dextera *scripsi*, dextra *BFPV*, *sed cf. p. 34, 9. 44, 4. 45, 21. 46, 3* 14 sinixtra *B*[1], *corr.* *B*[3] *(pariter p. 44, 4)*, s⟨inis⟩tra *F* femininum *F* ⟨se⟩men *F* sem⌞en qui⌟dam *P* 15 puta⌜n⌝t *F*[1?] putant—quidam] a*iunt *V*, aiunt *codd. rec.*, *sed cf. 'Plutarch.' Placit. philos. V 3 (τίς ἡ οὐσία σπέρματος). 4* Πλάτων μυελοῦ τοῦ νωτιαίου ἀπόρροιαν medu⟨llis⟩ *F* c orpo re *F* 16 co nflu ere *F* congrescere *P*[1] h⟨ocquo⟩ modo *F*

5 humana mens non potest conprehendere. item in feminis uterus in duas se diuidit partes, quae in diuersum diffusae ac reflexae circumplicantur sicut arietis cornua. quae pars in dexteram retorquetur, masculina est, quae in sinistram, feminina. 6 conceptum igitur Varro et Aristoteles sic fieri arbitrantur. aiunt non tantum maribus inesse semen, uerum etiam feminis et inde plerumque matribus similes procreari, sed earum semen sanguinem esse purgatum: quod si recte cum uirili mixtum sit, utraque concreta et simul coagulata informari: et primum quidem cor hominis effingi, quod in eo sit et uita omnis et sapientia, denique totum opus quadragesimo die consummari. ex abortionibus haec fortasse collecta sint. 7 in auium tamen fetibus primos oculos fingi dubium non est, quod in ouis saepe deprehenditur. unde fieri non posse arbitror 8 quin fictio a capite sumat exordium. similitudines autem in corporibus filiorum sic fieri putant: cum semina inter se permixta coalescunt, si uirile superauerit, patri similem prouenire seu marem seu feminam, si-

AVCTORES 5 Aristoteles] de gen. anim. IV 3.
EXPILATORES 1—3] Isidor. orig. XI 1, 135. 10—15] Isidor orig. XI 1, 143. § 8 ss.] cf. Isidor. orig. XI 1, 145.

BF (—13) PV] 1 no<n> *F* <item> *F* in *om. P* 2 **se *(es er.) V* s<edi> uidit *F* diuers<um> *F* 3 circu mpli cantur *F* cornu a *F* 4 dexteram| *BFPV*, dextram *edd., sed cf. ad p. 43, 13* retorquetur *(ur ras. ex or) B*, prae ??? *(2 uel 3 litt. perierunt)* retur *F* in | *F* 5 <et>| *F* arbit<ran>|tur *F*, arbitra⌜n⌝tur *P* 6 aiunt] *FV*, aiunt enim *B*, et aiunt *P* ma ribus>| *F* 7 eti am *F* ⌞inde⌟ P^2 m<a>|tribus *F* 8 e<arum>| *F* sanguine *B* purg<atum>| *F* 9 <m>i<xtum>| *F*, ⌞mixtu⌟m *P* 10 sim<ul>| *F* cumaculata *F* e<t pri mum *F* 11 quidem *om. F* effin<gi>| *F*, effingi *(pr. f ex t m. 2 ?) P* et *om. B* 12 om<ni>s<et>| *F* o<pus>| *F* quadragensimo BP^1 *(n exp.* P^2*)* V^{ar} *(n er.)* 13 con sum mari *F* e*x *(t ? er.) F* abortationib us *(sic)* haec *hic desinit fol. 2ᵘ F* sunt *codd. rec., edd.* 14 primum *V* 15 depr*chendimus *(a er.) P* po***sse *(tui ? er.) V* 16 fi⌞c⌟tio P^2, finctio *V* similitudinis BP^{ac}, *corr.* P^1? 18 *an* coalescant ? 19 patri *(ri in 3 uel 4 litt. er. m. 2 ?) P* proueniri B^1, *corr.* B^2

muliebre praeualuerit, progeniem cuiusque sexus ad
imaginem respondere maternam. id autem praeualet 9
e duobus, quod fuerit uberius: alterum enim quodam
modo amplectitur et includit: hinc plerumque fieri
ut unius tantum liniamenta praetendat. si uero 10
aequa fuerit ex pari semente permixtio, figuras quo-
que misceri, ut suboles illa communis aut neutrum
referre uideatur, quia totum ex altero non habet, aut
utrumque, quia partem de singulis mutuata est. nam 11
in corporibus animalium uidemus aut confundi parentum
colores ac fieri tertium neutri generantium simile aut utrius-
que sic exprimi, ut discoloribus membris per omne corpus
concors mixtura uarietur. dispares quoque naturae hoc modo 12
fieri putantur: cum forte in laeuam uteri partem ma-
sculinae stirpis semen inciderit, marem quidem gigni
opinatio est, sed quia sit in feminina parte conceptus,
aliquid in se habere femineum supra quam decus
uirile patiatur, uel formam insignem uel nimium
candorem uel corporis leuitatem uel artus delicatos
uel staturam breuem uel uocem gracilem uel animum
inbecillum uel ex his plura. item si partem in dex- 13
teram semen feminini generis influxerit, feminam
quidem procreari, sed quoniam in masculina parte
concepta sit, habere in se aliquid uirilitatis ultra
quam sexus ratio permittat, aut ualida membra aut
inmoderatam longitudinem aut fuscum colorem aut

BPV] 1 muliebrem *(m exp. m. 2)* sexus *(x in er. c ? m. 3) B* sexum *P*, sec|sus *V* 4 includet *B* 6 pa*ri *(t ? er.) V* semin*e *(a er.) B* 7 subolis *B* ⌜h⌝aut B^2 8 qui⌜a⌝ *V* 10 in parentum *B*, parentium *P* 11 coloris B^1, *corr.* B^3 ac] *PV*, aut *B* similem *B* 13 discors *B* disparis *P* 16 opinatio] *PV*, manifestum *B* feminea *V* 17 femin⌞eũ⌟ P^2 19 l*euitatem *(a er.) B* 21 inbeccillum *B*, ⌜im⌝becillum P^2 *post* plura *s. l.* K *(i.e.* Kapitulum, *cf. part. I ad p. 750. 22)* B^1 si partem—influxerit *in marg. sup. add.* P^2 partem in dexteram] *P (i. e.* P^2*) V*, in partem dexteram *B*; dextram *edd., sed cf. ad p. 43, 13* 23 quidem *om. P* in masculinam partem *B*

hispidam faciem aut uultum indecorum aut uocem
14 robustam aut animum audacem aut ex his plura. si
uero masculinum in dexteram, femininum in sinistram
peruenerit, utrosque fetus recte prouenire, ut et
feminis per omnia naturae suae decus constet et
maribus tam mente quam corpore robur uirile ser-
15 uetur. illud uero ipsum quam mirabile institutum dei, quod
ad conseruationem generum singulorum duos sexus maris ac
feminae machinatus est, quibus inter se per uoluptatis inle-
cebram copulatis subsiciua suboles pararetur, ne genus omne
16 uiuentium condicio mortalitatis extingueret. sed plus roboris
maribus attributum est, quo facilius ad patientiam iugi mari-
talis feminae cogerentur. ‹uir› itaque nuncupatus est, quod
maior in eo ‹uis› est quam in femina, et hinc ‹uirtus› nomen
17 accepit: item ‹mulier›, ut Varro interpretatur, a ‹mollitie›
inmutata et detracta littera, uelut ‹mollier›. cui suscepto
fetu cum partus adpropinquare iam coepit, turgescentes mammae
dulcibus sucis distenduntur et ad nutrimenta nascentis fonti-
bus lacteis fecundum pectus exuberat. nec enim decebat aliud
18 quam ut sapiens animal a corde alimoniam duceret. idque

AVCTORES 10 subsiciua suboles] Cyprian. de zelo et liu. 15 (p. 430, 5). 13—15 uir] cf. Varro de ling. lat. V 73; Cic. Tusc. II 18. 44.

EXPILATORES 13—16] Isidor. orig. XI 2. 17. 18; de diff. rer. XVII 82: uir itaque nuncupatus, ut ait Lactantius . . . 19 s.] Isidor. de diff. rer. XVII 65.

BPV] 2 si uero] *BV*, siue *V* 3 sinixtram *B* 4 foetus *V* 8 duo *B* mares *B* ac] *BV*, et *P* 9 uoluptatibus *B*, uoluntatis *V* inlecebram] *P*, ĩ lecebra⌜e⌝ *(sic)* B^2, illecebras *V edd., sed cf. d. ira 19. 3* inlecebra uoluptatis 10 subsiciua] *BV*, sic,ut *(, m. 2) P* subolis *B*, sobolis *(o in* v *corr. m. 2 ?) V* pareretur *V* 12 adtributus *B* attributum est *om. V* quo* *(*d *er.) V* 13 nuncupatus] P^1 *(*nonc- P^2*)*, nominatus *BV*, *sed cf. supra Isidor. de diff. rer. XVII 82* nuncupatus 15 interpetratur *BV* a *om. V* mollitiae B^1 *(*a *del.* B^3*) V*, mollitię P^{ar}, ̦ *er.* 16 mollier *(*o *part. ras. ex* u*) V* cuius *B* 17 f̦etu cũ̦ *B* turge⌜sce⌝ntes B^2, turgiscentes V^{ac} 18 sucis *om. P* fortibus *(non satis cert. utrum* rt *an* st*)* P^1 20 alimonia⌜m⌝ B^3

ipsum sollertissime conparatum est, ut candens ac pinguis umor teneritudinem noui corporis inrigaret, donec ad capiendos fortiores cibos et dentibus instruatur et uiribus roboretur. sed redeamus ad propositum, ut cetera quae supersunt breuiter explicemus.

13. Poteram nunc ego ipsorum quoque genitalium membrorum mirificam rationem tibi exponere, nisi me pudor ab huiusmodi sermone reuocaret: itaque a nobis indumento uerecundiae quae sunt pudenda uelentur. 1 quod ad hanc rem attinet, queri satis est homines inpios ac profanos summum nefas admittere, qui diuinum et admirabile dei opus ad propagandam successionem inexcogitabili ratione prouisum et effectum uel ad turpissimos quaestus uel ad obscenae libidinis pudenda opera conuertunt, ut iam nihil aliud ex re sanctissima petant quam inanem et sterilem uoluptatem. 2 quid? reliquae corporis partes num carent ratione aut pulchritudine? conglobata in nates caro quam sedendi officio apta! et eadem firmior quam in ceteris membris, ne premente corporis mole ossibus cederet. 3 item feminum deducta et latioribus toris ualida longitudo, quo facilius onus corporis sustineret: quam paulatim deficientem in angustum genua determinant, quorum decentes nodi flexuram pedibus ad gradiendum sedendumque aptissimam praebent. 4 item crura non aequali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes, sed 5

EXPILATORES 17—19] Isidor. orig. XI 1, 101; de diff. rer. XVII 70.

BPV] 2 humor *(h del. m. 3) B*, ⌜h⌝umor *V* *post* capiendos *er.* r *? B* 3 instru^{ur}. *in marg.* at et uirib; *V* ⌊roboret⌋^{ur} *V* 6 ego *om. B* 8 eiusmodi *B* 9 ad *om. V* 10 impios *(im in litt. incert. scr. m. 3) V* 11 admirabilem *(alt.* m *del. m. 3) B* 12 rationi *B*[1], *corr. B*[2] ...prouisum *(1 uel 2 litt. er.) V* 13 quaestus *(a del. m. 3) B* obsc*enae *(a er.) B* 14 conuertunt** *B* ex] *BP*, ** *V* 15 et] *PV*, ac *B* sterelem *B*[1], *corr. B*[2] 16 num partes *V* aut] *BV*, ac *P* 17 natis *B*[1], *corr. B*[2] officii *V* 18 est *Heumannus* ⌜ne⌝ *P*[1?] 19 mo*le (1 *er.) P* 20 quo* *(d er.) V* 22 in pedibus *B* 23 aptissimam] *PV*, aptissimum usum *B* crurali *V*

teretibus suris clementer extantibus sensimque tenuatis et
6 firmata sunt et ornata. in plantis uero eadem quidem, sed
tamen longe dispar quam in manibus ratio est: quae quoniam
totius operis quasi fundamenta sunt, eas mirificus artifex non
rotunda specie, ne homo stare non posset aut aliis ad standum
pedibus indigeret sicut quadrupedes, sed porrectiores longiores-
que formauit, ut stabile corpus efficerent planitie sua: unde
7 illis inditum nomen est. digiti aeque totidem quot in mani-
bus, speciem magis quam usum maiorem praeferentes ideoque
et iuncti et breues et gradatim conpositi: quorum qui est
maximus, quoniam illum sicut in manu discerni a ceteris
opus non erat, ita in ordinem redactus est, ut tamen ab aliis
8 magnitudine ac modico interuallo distare uideatur. haec
eorum speciosa germanitas non leui adiumento nisum pedum
firmat: concitari enim ad cursum non possumus, nisi digitis
in humum pressis soloque nitentibus impetum saltumque
9 capiamus. explicasse uideor omnia quorum ratio intellegi
potest: nunc ad ea uenio quae uel dubia uel obscura sunt.
1 14. Multa esse constat in corpore quorum uim rationem-
2 que perspicere nemo nisi qui fecit potest. an aliquis enarrare
se putat posse quid utilitatis, quid effectus habeat tenuis
membrana illa perlucens qua circumretitur aluus ac tegitur?
3 quid rienum gemina similitudo? quos ait Varro ita dictos,

AVCTORES 7 s.] cf. Fest. p. 230, 10. Paul. p. 231 M.
EXPILATORES § 6] Isidor. orig. XI 1, 113; de diff. rer. XVII 71. 9. 15–17] Isidor. de diff. rer. XVII 72. 23 s.] Isidor. orig. XI 1, 97.

BPV] 1 te*retibus *V* suis *B* ten˪ua˩tis P^2 2 eadem] *BV*, et eadem *P* 3 manibus] *PV*, ˪cru˩ribus B^2 5 talis *B* a⌜d⌝standum P^2 7 firmauit *V* ⌜h⌝abile P^2 8 ⌜nom⌝ P^2 aequidem P^1, *eque⌜tot⌝idem P^2 aeque, *alt.* e *m. 3, sed iam m. 1 ut uid.*, *V* quod BP^1 *(in ras. corr.* P^2*)* V^{ac} *(part. ras. corr.* V^1*)* 10 iniuncti *(in exp. et linea del. m. 3)* *B* cōposuit *P* 11 illut *B* 13 magnitudine* *(m? er.)* *P* uidicatur *(sic)* *P* 14 a⌜d⌝iumento *V* 17 quo *P* 18 adeo P^1 20 nisi *in marg.* *P* 21 habet *V* 22 circumre*titur *V* 23 quę *ex* qui *(sic)* *V* rienum] BP^1, i *del.* P^2, renium *V; cf. p. 43, 9*

quod riui ab his obsceni umoris oriantur: quod est
longe secus, quia spinae altrinsecus supini cohaerent et sunt
ab intestinis separati. quid splenis? quid iecur? quae uiscera 4
quasi ex conturbato sanguine uidentur esse concreta. quid
fellis amarissimus liquor? quid globus cordis? nisi forte illis
credendum putabimus qui adfectum iracundiae in felle con-
stitutum putant, pauoris in corde, in splene laetitiae. ipsius 5
autem iecoris officium uolunt esse ut cibos in aluo concoquat
amplexu et calefactu suo. quidam libidines rerum ueneriarum
in iecore contineri arbitrantur. primum ista perspicere acumen 6
humani sensus non potest, quia horum officia in operto latent
nec usus suos patefacta demonstrant. nam si ita esset, for-
tasse placidiora quaeque animalia uel nihil fellis omnino uel
minus haberent quam ferae, timidiora plus cordis, salaciora
plus iecoris, lasciuiora plus splenis habuissent. sicut igitur 7
nos sentimus audire auribus, oculis cernere, naribus odorari,
ita profecto sentiremus nos felle irasci, iecore cupere, splene
gaudere. cum autem unde adfectus isti ueniant minime 8
sentiamus, fieri potest ut aliunde ueniant et aliud uiscera illa
quod nos minime suspicamur efficiant. nec tamen conuincere

EXPILATORES 3—7] Isidor. de diff. rer. XVII 66.

BPV] 1 riui (u *in er.* d *uel* o *? m. 1 ?*) *B* umores B^1, ⌊umor⌋is⌊ B^2, h *postea er.*, ⌊hu⌋moris *V* 2 quia] *PV*, quoniam *B* subpini *V* 3 splenis] *BV*, splen (l *ras. ex* b *?*) *P edd.*, *sed nominatiuus* splenis *est in excerpto gramm. codicis Bernens. 207 saec. IX—X, Anecd. Heluet. ed. Hagen p. 61, 17, cf. etiam Priscian. I 149, 8 H et Archiu. lexigr. et gramm. lat. VIII p. 130* 4 congraegata (*pr.* a *del. m. 3*) *B* 5 cord⌊is⌊ *V* *post* cordis *s. l.* qui uiuus sanguinis fons est (*ex p. 34, 19*) *add.* B^3 6 putauimus B^1 (*corr.* B^3) V^{ac}, *in ras. corr. m. 1* quiaeffectum *ut uid.* B^1, qui*affectum B^3 consti'tu'tum V^2 7 splen*e (a *uel* i *? er.*) *P* 8 in aluo concoquat amplexu] *BV*, inuo concoquat at inplexu *sic P* 9 quidam (am *add. m. 2*) *V* libidinis B^1 (*corr.* B^3) *P* uerum B^{ac} uenerearum *edd.* 10 iecori B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*, ***iecore (cor *er.*, iecore *in ras.*) *V* 11 ⌜non⌝ B^3 12 usos V^1, *part. ras. corr.* V^2 essent *P*, ẽe't' *V* 14 et timidiora *B* cordis, salaciora plus iecoris] *B*, iecoris *P*, cordis *V*, *cetera om. PV* 16 odorari] $B^{ac}PV^1$, odorare B^1? V^2; *cf. p. 24, 2* 17 fell⌊e⌋ P^2 iecore (c *ras. ex* t) *V* 20 quod nos minime] *BP*, quā nos *V*, *recte?*

possumus falsa illos qui haec disputant dicere. sed omnia quae ad motus animi animaeque pertineant, tam obscurae altaeque rationis esse arbitror, ut supra hominem sit ea
9 liquido peruidere. id tamen certum et indubitatum esse debet, tot res, tanta uiscerum genera unum et idem habere officium ut animam contineant in corpore. sed quid proprie singulis muneris sit iniunctum, quis scire nisi artifex potest cui soli opus suum notum est?

1 15. De uoce autem quam rationem reddere possumus? grammatici quidem ac philosophi uocem esse definiunt aerem spiritu uerberatum, unde uerba sint nuncupata: quod per-
2 spicue falsum est. non enim uox extra os gignitur, sed intra et ideo similior ueri est illa sententia, stipatum spiritum cum in obstantia faucium fuerit inlisus, sonum uocis exprimere, ueluti cum in patentem cicutam labroque subiectam demittimus spiritum et is cicutae concăuo repercussus ac reuolutus a fundo dum descendentem occursu suo radit, ad

AVCTORES 6] cf. Nemes. p. 134 s. M. οὐ γὰρ κρατεῖται ὑπὸ τοῦ σώματος (sc. ἡ ψυχή). 10 s.] ex Varrone? cf. Augustin. de dial. 5 ap. Wilmannsium p. 144; '*Ueb. die Quellen*' p. 265.

BPV] 1 disputan⌈t⌉ V^2 omniaque *V* 3 ⌊sit⌋ *V* ea liquido peruidere] *PV (sed* ea *in magna ras. et* o *in* liquido *in ras.* V^1*?)*, aliquid opertum uidere *B* 5 res *om. P* tanta] *V*, tot *B*, *om. P*; tanta *i. e.* tam multa, *cf. Indic. uerb.* gene*ra *V* 6 propri*e *(a er.) BP* 7 iunctum *B* quis] *V*, qui *BP* 8 sit P^{ac}, *est P^1? 9 de *(*d *m. 3 in litt. incerta) V* 10 grammatici] *BP*, greci *V* philofi *P* difiniunt *V* 11 spũ P^1, spiritu P^2 *(pariter* P^2 *s. l. 13. 16 et in marg. p. 51, 1 5. 6)*, ⌊spiritu⌋ V^2 sunt *PV* noncupata *(*o *ex* u *m. 2) P* 12 ⌈os⌉ P^2? 13 similior ueri] *B (cf. p. 54, 6)*, similior *P*, ueri similior** *(es ? er.) V* stipatus spiritus *ex* stipatum spiritum B^3 14 in *om. P* 16 mittimus *P* çụm *(exp. m. 2)* spm̃ *P* at V^1, *part. ras.* ac *corr.* V^2 17 discendentem *P* radit] P^1V, redit P^2B, reddit *edd.; locus sic intellegendus uidetur: (16)* is *(sc.* spiritus demissus*)* cicutae concauo *(i. e.* interiore latere cicutae*)* repercussus *(cf. 14* in obstantia—inlisus*)* ac reuolutus a fundo *(i. e.* ab inferiore parte cicutae*)* dum descendentem *(sc.* proximum spiritum*)* occursu suo radit, ad exitum nitens *(i. e.* exitum quaerens, *fort. non post* radit, *sed post* nitens *distinguendum est)* sonum gignit, *uix uerba* dum—radit *sic sunt explicanda:* dum spiritus repercussus ac

exitum nitens sonum gignit et in uocalem spiritum resiliens
per se uentus animatur. quod quidem an uerum sit deus 3
artifex uiderit. uidetur enim non ab ore, sed ab intimo pectore
uox oriri. denique et ore clauso ex naribus emittitur sonus
qualis potest. praeterea et maximo spiritu quo anhelamus 4
uox non efficitur et leui ac non coartato spiritu quotiens
uolumus efficitur. non est igitur conprehensum quonam modo
fiat aut quid sit omnino. nec me nunc in Academiae sen- 5
tentiam delabi putes, quia non omnia sunt inconprehensibilia.
ut enim fatendum est multa nesciri, quae noluit deus intelle-
gentiam hominis excedere, sic tamen multa esse quae possint
et sensibus percipi et ratione conprehendi. sed erit nobis 6
contra philosophos integra disputatio. conficiamus igitur
spatium quod nunc decurrimus.

16. Mentis quoque rationem inconprehensibilem esse quis 1
nesciat nisi qui omnino illam non habet, cum ipsa mens quo
loco sit aut cuiusmodi nesciatur? uaria ergo a philosophis
de natura eius ac loco disputata sunt. at ego non dissimu- 2
labo quid ipse sentiam, non quia sic esse adfirmem, quod
est insipientis in re dubia facere, sed ut exposita rei diffi-

AVCTORES 16] cf. Cic. de nat. deor. II 59, 147. 17 s. (uaria—disputata sunt): p. 52, 2 (quidam). 7 (alii). p. 53, 24 ss. (a Xenocrate). 6 ss. (Aristoxenus)] cf. Cic. Tusc. I 9, 19 s.; *'Ueb. die Quellen'* p. 281.

BPV] reuolutus cicutam descendentem *(i. e.* a summo ad imum paulatim dilatatam*)* occursu suo radit*: Lactantium uerba auctoris sui aut minus accurate transcripsisse aut iam obscurata accepisse ostendi uidetur loco Cassiodorii De musica 5, uol. II 587a Garet (ex quo Isidor. Orig. III 21, 1):* inflatilia sunt quae spiritu reflante conpleta in sonum uocis animantur, ut sunt tubae calami fistulae 1 nitens] *PV*, tendens *B* 3 uideri *P* pectore *om. P* 4 ex] *in ras.* V^2, et *BP* 5 quo* *(*d *er.) V* an⌜h⌝elamus V^2 6 laeui *B* coarctato *P* quot⌞iens uol⌟umus *V* 7 quomodo *euanid. refecit* V^3, *s. l.* ē *ut uid. er.* 8 *post* sit | *extra uers. add.* uox V^3 achademiae *B*, ⌞acad⌟emiae V^2 9 pute⌞s⌟ *V* 10 ut] *P*, et *B*, *ut *(*a *er.) V* e⌞n⌟im $V^{1?}$ 14 quod] *P*, quo *BP*, *sed cf. Inst. VII 27, 1* decursis . . . spatiis 15 quis] *BV*, qui *P* 17 loco] *edd.*, loci *BPV* ⌜a⌝ V^2 18 eis *P* ac] *BV*, de *P* dissimilabo P^1, disimulabo *(sic,* u *part. ras. ex* o *m. 2) V*

cultate intellegas quanta sit diuinorum operum magnitudo.
3 quidam sedem mentis in pectore esse uoluerunt. quod si ita
est, quanto tandem miraculo dignum est rem in obscuro ac
tenebroso habitaculo sitam in tanta rationis atque intelle-
gentiae luce uersari, tum quod ad eam sensus ex omni cor-
poris parte conueniunt, ut in qualibet regione membrorum
4 praesens esse uideatur! alii sedem eius in cerebro esse dixe-
runt, et sane argumentis probabilibus usi sunt, oportuisse
scilicet quod totius corporis regimen haberet, potius in summo
tamquam in arce corporis habitare nec quicquam esse subli-
mius quam id quod uniuersum ratione moderetur, sicut ipse
5 mundi dominus et rector in summo est; deinde quod sensus
omnis id est audiendi et uidendi et odorandi ministra membra
in capite sint locata, quorum omnium uiae non ad pectus,
sed ad cerebrum ferant: alioquin necesse nos esset tardius
sentire, donec sentiendi facultas longo itinere per collum ad
6 pectus usque descenderet. hi uero aut non multum aut for-
tasse non errant. uidetur enim mens, quae dominatum corporis
tenet, in summo capite constituta tamquam in caelo deus,
sed cum in aliqua sit cogitatione, commeare ad pectus et
quasi ad secretum aliquod penetrale secedere, ut consilium
7 tamquam ex thensauro recondito eliciat ac proferat: ideoque
cum intenti ad cogitandum sumus et cum mens occupata in
altum se abdiderit, neque audire quae circumsonant neque
8 uidere quae obstant solemus. id uero siue ita est, admiran-

AVCTORES 18—25] cf. Theophrast. de sens. 42 (Duemmler, Academica p. 114).

BPV/ 2 sed⌜ē⌝ *V* 3 quanto] *PV*, quo *B* 5 luce* *V* tum quod] *V*, tunc quod *P*, tunc | cum *(alt. c postea add. m. 1 ?) B* ad *om. V* 8 probabilius *B* 9 quo *P* haberet] *BV*, deberet *P* 10 arc*e *(a er.) B* ne⌜c⌝ *V* 11 ratio *P* 12 dš *P* 13 omnes *P* o⌜do⌝randi P^2 14 collocata *B* 15 nos] B^2P^2, non B^1P^1, n̄. ˜ *euanid. refecit m. 3, in marg.* nos esset *iam m. 1 uel 2 scripsisse uid., euanid. refecit m. 3, V* esse*t *(n er.) B*, esset nos *(quamquam iam ante* nos *ex* non *correctum habet) P*, est *V* 17 hi* *(i er.) P*, hii *V* 22 tensauro *B*, the*sauro *(n er.) P*, thesauro *V* reconditū *B* eliceat B^1, *corr.* B^3 24 *an* abdidit?

dum profecto est quomodo id fiat, cum ad pectus a cerebro nullum iter pateat, sin autem non est ita, tamen nihilo minus admirandum est quod diuina nescio qua ratione fiat ut ita esse uideatur. an potest aliquis non admirari quod sensus 9
ille uiuus atque caelestis qui mens uel animus nuncupatur, tantae mobilitatis est, ut ne tum quidem, cum sopitus est, conquiescat, tantae celeritatis, ut uno temporis puncto caelum omne conlustret, si uelit, maria peruolet, terras et urbes peragret, omnia denique quae libuerit, quamuis longe lateque submota sint, in conspectu sibi ipse constituat? et miratur 10
aliquis si diuina mens dei per uniuersas mundi partes intenta discurrit et omnia regit, omnia moderatur, ubique praesens, ubique diffusa, cum tanta sit uis ac potestas mentis humanae intra mortale corpus inclusae, ut ne saeptis quidem grauis huius ac pigri corporis, cum quo inligata est, coerceri ullo modo possit quominus sibi liberam uagandi facultatem quietis inpatiens largiatur? siue igitur in capite mens habitat siue 11
in pectore, potestne aliquis conprehendere quae uis rationis efficiat ut sensus ille inconprehensibilis aut in medulla cerebri haereat aut in illo sanguine bipertito qui est conclusus in corde, ac non ex eo ipso colligat quanta sit dei potestas, quod animus se ipsum non uidet aut qualis aut ubi sit nec si uideat, tamen perspicere possit quo pacto rei corporali res incorporalis adiuncta sit? siue etiam mentis locus nullus 12
est, sed per totum corpus sparsa discurrit — quod et fieri

BPV] 1 id *om. P* a] *BP*, ex et *(corr. m. 1 ?) V* 2 si* (n *? er.) B* nihil*ominus (h *er.) V* 4 aliquis *om. P* non *om. B* 6 ante *P*[1], tantę *part. s. l. P*[2?] ⌜ut⌝ *P*[2] 8 si uolet maria peruolit *V*[ac], peruolet *m. 1 ?* 9 qua *P* 10 conspectum *B* 14 inclusæ *(æ ex* a *m. 1 ?) V* 15 huius *om. B* cum quo inligata *scripsi*. cum inligata *B*. quo inligata *P*, coinligata *V*[ac], cu⌜i⌝inligata *corr. m. 1 ut uid.*; cui *codd. rec., edd.. sed cf. Inst. VII 2, 8* mens hominis cum fragili corpore inligata coercere *P*[1], coherceri *V* ullo] *V (sed* o *ex* u*)*, nullo *B*[ar] *(n er.) P* 16 uacandi *V* quie*tis (s *? er.) P* 20 uipertito *B*[1], *corr. B*[2] inclusus *P* 21 colligat *(*i *in ras. ex* e *? m. 1 ?) V: malim* colligit quae tanta *B* 23 si *om. P* 25 etfieri *(*t *ras. ex* f*) B*. fieri *(om.* et*) V*

potest et a Xenocrate Platonis discipulo disputatum est.
siquidem sensus in qualibet parte corporis praesto est —.
nec quid sit mens ipsa nec qualis intellegi potest, cum sit
natura eius tam subtilis ac tenuis, ut solidis uisceribus infusa
uiuo et quasi ardente sensu membris omnibus misceatur.
13 illud autem caue ne umquam simile ueri putaueris quod
Aristoxenus dicit, mentem omnino nullam esse, sed quasi
harmoniam in fidibus ex constructione corporis et conpagibus
uiscerum uim sentiendi existere. musici enim intentionem
concentumque neruorum in integros modos sine ulla offensione
14 consonantium harmoniam appellant. uolunt igitur animum
simili ratione constare in homine qua concors modulatio
constat in fidibus, scilicet ut singularum corporis partium
firma coniunctio membrorumque omnium consentiens in unum
uigor motum illum sensibilem faciat animumque concinnet
15 sicut nerui bene intenti conspirantem sonum: et sicut in
fidibus cum aliquid aut interruptum aut relaxatum est, omnis
canendi ratio turbatur et soluitur, ita in corpore cum pars
aliqua membrorum duxerit uitium, destrui uniuersa corruptis-
que omnibus atque turbatis occidere sensum eamque mortem
16 uocari. uerum ille si quicquam mentis habuisset, numquam
harmoniam de fidibus ad hominem transtulisset. non enim
canere sua sponte fides possunt, ut sit ulla in his conparatio

AVCTORES 7 Aristoxenus — esse] cf. Cic. Tusc. I 22, 51.

BPV] 1 a *om. P* xe*nocrate *(cr in ras. m. 2) V* 2 partem *(m del. m. 3) B* 3 possit *B* 4 calidis *B* 5 ardenti *P* 6 cau*e *(a ? er.) B* similem *B* uero *B* 7 aristo*xenes *(c er.) sic B* 8 armoniam *BV*, armonian *P* extructione *(om. cons) V* 9 exsistere* *(s er.) P* musici] *BV*, sic *P* intentionē *(˜ m. 2) P* 10 contentumque B^1, *corr.* B^3, conceptumque *P* 11 armoniam BV^2, harmonian *P*, armonian V^1 13 singula corporis spatia *V* 14 membrumque P^1 15 motum *(o in ras. ex* u *? m. 2) V* 16 ad conspirantem *P* 17 ali-qui⌞d⌟ V^2 18 turbatur et soluitur] *PV*, turbatur uexatur et soluitur *B* 19 distrui B^{ac} *(corr. m. 1 uel 2)* V^{ac} *(corr. m. 1 ?)* 20 atqu⌞e⌟ *V* 21 ⌜si⌝ $V^{2?}$ numquam] *BV*, non *P* 22 harmonian *B*, armoniam PV^2 armonian V^1 23 fidis B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*

ac similitudo uiuentis, animus autem sua sponte et cogitat et mouetur. quod si quid in nobis esset harmoniae simile, 17 ictu moueretur externo sicut nerui manibus, qui sine tractatu artificis pulsuque digitorum muti atque inertes iacent. sed 18 nimirum pulsandus ille manu fuit, ut aliquando sentiret, quia mens eius ex membris male conpacta torpebat.

17. Superest de anima dicere, quamquam percipi ratio 1 eius et natura non possit. nec ideo tamen inmortalem esse animam non intellegimus, quoniam quidquid uiget mouetur-que per se semper nec uideri aut tangi potest, aeternum sit necesse est. quid autem sit anima nondum inter philosophos 2 conuenit nec umquam fortasse conueniet. alii sanguinem esse dixerunt, alii ignem, alii uentum, unde anima uel animus nomen accepit, quod graece uentus ἄνεμος dicitur: nec illorum tamen quisquam dixisse aliquid uidetur. non enim si anima 3 sanguine aut per uulnus effuso aut febrium calore consumpto uidetur extingui, continuo in materia sanguinis animae ratio ponenda est, ueluti si ueniat in quaestionem lumen quo utimur, quid sit, et respondeatur oleum esse, quoniam consumpto illo lumen extinguitur, cum sint utique diuersa, sed alterum sit alterius alimentum. uidetur ergo anima similis esse lumini, quae non ipsa sit sanguis, sed umore sanguinis

AVCTORES 9—11] cf. Cic. de re p. VI 25, 27. § 2] cf. Cic. Tusc. I 9, 20; *'Ueb. die Quellen'* p. 282 s. 15—18] cf. Nemes. p. 72 s. M. ἰδίᾳ δὲ — χονδρολογία γὰρ τὸ τοιοῦτον.

EXPILATORES 11 ss.] cf. Isidor. de diff. rer. XXX 100 s. 13 s. 62, 23 s. 33 s.] Isidor. orig. XI 1, 7 s.

BPV] 2 armoniae *V* simile* *(m er.) B* 3 ictum V^{ac}, m *del. m 1 ?* externos V^{ac}, s *del. m. 1* ne⌜r⌝ui P^2 tractatu] *B (sed* r *in ras. m. 1 ?)*, tractu *PV* 4 inerte⌜s⌝ P^2 6 conpact⌞a⌟ V^2 9 intellegamus *B*, intellegemus *P* 10 uideri] *BP*, moueri *V* aut] BV^{1}*' ex* ac *fort.*, ac *P* 11 philofos *P* 12 alii] *BV*, et alii *P*; etenim alii *edd.* 13 *pr.* alii *om. P* 14 graece *(alt.* e *statim ex* i*) B* anemos *B*, aneMOC *P*, anemoc *V* dicitur] *s. l.* B^3 *(certe simile aliquid intercidit)*, *om.* B^1PV 18 ueluti] *PV*, ueluti ponendū *(ū ex* ae *m. 3) B* quaestione *(que- B) BV* quod *B* 19 si *V* 20 exstingitur *B* diuersa* *(*e *uel* s *er.)* & alterum *V* 22 $\overset{a}{q}$. *V* *umore *(*h *er.) B*, humore *V*

4 alatur ut lumen oleo. qui autem ignem putauerunt, hoc usi
sunt argumento, quod praesente anima corpus caleat, recedente frigescat. sed ignis et sensu indiget et uidetur et tactu conburit, anima uero et sensu aucta est et uideri non potest et non adurit. unde apparet animam nescio quid esse
5 deo simile. at illi qui uentum putant, hoc falluntur, quod ex aere spiritum ducentes uiuere uidemur. Varro ita definit: animaʼ est aer conceptus ore, deferuefactus in pul-
6 mone, temperatus in corde, diffusus in corpus. haec apertissime falsa sunt. neque enim tam obscuram nobis huiusmodi rerum dico esse rationem, ut ne hoc quidem intellegamus, quid uerum esse non possit. an si mihi quispiam dixerit aeneum esse caelum aut uitreum aut, ut Empedocles ait, aerem glaciatum, statimne adsentiar, quia caelum ex qua materia sit ignorem? sicut enim hoc nescio, ita illud scio.
7 anima ergo non est aer ore conceptus, quia multo prius gignitur anima quam concipi aer ore possit. non enim post partum insinuatur in corpus, ut quibusdam philosophis uidetur, sed post conceptum protinus, cum fetum in utero necessitas diuina formauit, quia adeo uiuit intra uiscera genetricis, ut et incremento augeatur et crebris pulsibus gestiat emicare. denique abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus ex-
8 tinctum. ceterae definitionis partes eo spectant, ut illis

AVCTORES 13 s.] ad Varronis Tuberonem (cf. Varron. ap. Prob. ad Verg. Ecl. VI 31) refert Diels, Doxogr. gr. p. 198 adn. 1. 12—14] cf. Arnob. III 17 (p. 123, 25 ss.).

BPV] 1 *alatur (h *er.*) *B* putauerunt (*pr.* u *ras. ex* o) *V* 2 recidente V^1, *corr.* $V^{2?}$ 3 *pr.* et] *BV*, a *P* *alt.* et P^2 *s. l. ex* ut 4 conburit] (comb- *B*) B^3PV^{pc}, conburet (comb- *B*) B^1V^{ac} acuta *V* et uideri—non adu *in ras.*, rit unde *in marg.* *V* 5 ⌜et⌝ B^2 animā (*m. 3*) *B* 6 similem *V* putant] *PV*, putant esse *B* 7 a⌜e⌝re P^2 uideremur *B*; uideamur *edd.* 11 rerum *om.* *P* 12 possunt B^1, *ras. corr.* $B^{2?}$ quispiam] *BV*, quis *P* 13 heneum P^1, ḥeneum P^2, eneum *V* aut *ante* ut *om.* *P* 16 ore *ex* re *V* 17 concipi*⌜aer⌝ (*s. l. m. 1*) ore (or *in ras. m. 1 ?*) *V* 18 partu⌜m⌝ B^3 19 cum] *PV*, eum *B* 20 quia] *P*, qui *BV* genetricis] *PV*, matricis *B* 21 gestiat emicare pulsibus *B* 23 definitiones P^1V^{ac}, *corr. m. 1 ?* eo *om.* *B*

nouem mensibus quibus in utero fuimus, mortui fuisse uide-
amur. nulla ergo ex his tribus uera sententia est. nec tamen 9
in tantum falsos esse dicendum est qui haec senserunt, ut
omnino nihil dixerint: nam et sanguine simul et calore et
spiritu uiuimus. sed cum constet anima in corpore his omni-
bus adunatis, non expresserunt proprie quid esset, quia tam
non potest exprimi quam uideri.

18. Sequitur alia et ipsa inextricabilis quaestio, idemne 1
sit anima et animus an uero aliud sit illud quo uiuimus,
aliud autem quo sentimus et sapimus. non desunt argumenta
in utramque partem. qui unum esse dicunt, hanc rationem 2
secuntur, quod neque uiui sine sensu possit nec sentiri sine
uita, ideoque non posse esse diuersum id quod separari non
potest, sed quidquid est illud, et uiuendi officium et sentiendi
habere rationem. idcirco animum et animam indifferenter
appellant duo Epicurei poetae. qui autem dicunt esse di- 3
uersa, sic argumentantur: ex eo posse intellegi aliud esse
mentem, aliud animam, quia incolumi anima mens possit
extingui, quod accidere soleat insanis. item quod anima morte

AVCTORES 16 duo Epicurei poetae] unus Lucretius (cf. III 421 ss.), alter fort. Horatius (cf. Epist. I 4, 16); cf. tamen '*Lact. u. Lucr.*' p. 241 s.

EXPILATORES 8—10. 17—58, 1| Isidor. de diff. rer. XXIX 94 s.: inter animum et animam Lactantius distinguere philosophos quosdam ita existimat: quidam inquit aiunt aliud esse animam qua uiuimus, aliud esse animum quo sentimus et sapimus, quia ualente in corpore anima nonnumquam animus perit. sicut accidere dementibus solet. (95) addunt quoque animam morte sopiri, animum somno; cf. Isidor. orig. XI 1, 11.

BPV] 2 ex] *BP*, in *V* 3 falsos] *BP*, eos falsos *V* hoc *V* 4 sanguini *P*[1] 5 in *om. P* 6 ess⌞e⌟t *V*[1?] 9. 10 *utroque loco* quo* *(d er.) V*, quod *BP; cf. Inst. VII 12, 9* aliud est enim quo uiuimus, aliud quo cogitamus 11 qui ⌜enim⌝ unum *V*[1?] 12 sequuntur *PV* *pr.* si⌞ne⌟* *V* 13 uitam *(m del. m. 3) B* id *om. V* ⌜ñ⌝ *(m. 2)* potest separari *P* 14 quid *B* uidendi *P* 16 appella⌜n⌝t *B*[2] ⌞d⌟uo *P*[2] 18 posset *B* 19 solet *B* anima *(alt. a in er. i ? m. 3) B* morti *P*

sopiatur. animus somno et quidem sic, ut non tantum quid
faciat aut ubi sit ignoret, sed etiam rerum falsarum con-
4 templatione fallatur. quod ipsum quomodo fiat non potest
peruideri, cur fiat potest. nam requiescere nullo pacto pos-
sumus, nisi mens uisionum imaginibus occupata teneatur.
latet autem mens oppressa somno tamquam ignis obducto
cinere sopitus: quem si paululum commoueris, rursus ardescit
5 et quasi euigilat. auocatur ergo simulacris, donec membra
sopore inrigata uegetentur: corpus enim uigilante sensu, licet
iaceat inmobile, tamen non est quietum, quia flagrat in eo
sensus et uibrat ut flamma et artus omnes ad se adstrictos
6 tenet. sed postquam mens ad contemplandas imagines ab
intentione traducta est, tunc demum corpus omne resoluitur
7 in quietem. traducitur autem mens cogitatione caeca, cum
cogentibus tenebris secum tantummodo esse coeperit. dum
intenta est in ea de quibus cogitat, repente somnus obrepit
et in species proximas sensim cogitatio ipsa declinat: sic ea
8 quae sibi ante oculos posuerat, uidere quoque incipit. deinde
procedit ulterius et sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam
quietem corporis interrumpat. nam sicut mens per diem
ueris uisionibus auocatur, ne obdormiat, ita <per noctem> falsis,
ne excitetur: nam si nullas imagines cernat, aut uigilare illam
9 necesse erit aut perpetua morte sopiri. dormiendi ergo causa
tributa est a deo ratio somniandi et quidem in commune
uniuersis animantibus, sed illud homini praecipue, quod cum

BPV] 1 quod *V* 2 falsarum *om. P* 3 fal⌞lat⌟ur P^2 4 possimus B^1, *corr.* B^3 6 lateret *B*, latet *(alt.* t *in 2 litt. er. m. 2) P* o⌞p⌟pressa B^3 7 cineri P^1 quam *V* paululum] *V (sed alt.* u *part. ras. ex* o*)*, paulum *BP* 8 euigilet *B* auocatur *(*r *in er.* m *?) B* 9 ueg⌞eta⌟ntum *(etiam* t *s. l. m. 2)* P^2, uegitentur *V* lice*t *(*a *er.) V* 10 flag⌞r⌟at** B^2 11 bibrat B^1, *corr.* B^2 omnis V^1, *corr.* V^2 strictos *P*, asstrictos *(pr.* s *in er.* d *m. 2) V* 12 ⌞sed⌟ P^2 mens] *PV*, res *B* 13 tum *B* omne* *(*m *er.) B* 15 coeperint *(*n *exp. et del. m. 2) P* 17 sicca P^1 18 ⌜quae⌝ B^2, quę *(*˛ *m. 2 ?) V*, *om.* B^1P 20 ut *P* 21 abdormiat *P* per noctem *addidi*, nocte *Egnatius* 22 nam] quae *coni. Halmius* illā *(*˜ *m. 3) B* 24 est *om. B*

eam rationem deus quietis causa daret, facultatem sibi reliquit docendi hominem futura per somnium. nam et historiae 10 saepe testantur extitisse somnia quorum praesens et admirabilis fuerit euentus, et responsa uatum nostrorum ex parte somniis constiterunt. quare neque semper uera sunt neque 11 semper falsa, Vergilio teste, qui duas portas esse uoluit somniorum. sed quae falsa sunt, dormiendi causa uidentur, quae uera, inmittuntur a deo, ut imminens bonum aut malum hac reuelatione discamus.

19. Illud quoque uenire in quaestionem potest, utrumne 1 anima ex patre an potius ex matre an uero ex utroque generetur. sed ego id meo iure ab ancipiti uindico. nihil enim 2

AVCTORES 6] Verg. Aen. VI 893 ss.

TESTES 10 ss.] cf. Hieronym. c. Rufin. II 8 (II 497 A Vall.): dicit enim *sc.* Rufinus: 'legi quosdam dicentes quod pariter cum corpore per humani seminis traducem etiam animae diffundantur, et haec quibus poterant adsertionibus confirmabant. quod puto inter Latinos Tertullianum sensisse uel Lactantium, fortassis et nonnullos alios'... c. 10 (p. 499 C): nec de hoc nunc quaestio est, utrum deus an alius eas (*sc.* animas) fecerit, sed e tribus quas posuit, quae sit illarum sententia uera nescire se dicit (*sc.* Rufinus). uide ne statim tibi obiciatur idcirco te trium ignorantiam confiteri, ne unum damnare cogaris, et Tertulliano et Lactantio ideo parcere, ne Origenem cum illis iugules. quantum memoria suggerit, nisi tamen fallor, nescio me legisse Lactantium συσπειρομένην animam dicere. ceterum qui legisse te scribis, dic in quo libro legeris, ne ut me dormientem, sic illum mortuum calumniatus esse uidearis. sed et in hoc cunctabundus incedis et cautus. dicis enim: 'puto inter Latinos Tertullianum sensisse uel Lactantium, fortassis et alios nonnullos'... lib. III c. 30 (p. 558 E): scribis apud ecclesiasticos tractatores tres de animabus esse sententias, unam quam sequitur Origenes, alteram quam Tertullianus et Lactantius (licet de Lactantio apertissime mentiaris), tertiam ...

BPV, a 10 HMS] 1 causaret *P*, causa* *(m er.)* daret *V* reliqui⌞t⌟ *P*² 2 futuram *P* istoriae *B*¹ *(corr. B*²*) V* 3 extetisse *V*ᵃᶜ, *corr. m. 1 ?* ⌜s⌝omnia *P*² praese⌜n⌝s *V* 5 ⌞s⌟omniis *B*³, somnii *P* 6 uirgilio *(sic) V* partes *V*ᵃᶜ uoluit esse *B* 8 i⌞m⌟minens *V* 9 ⌜h⌝ac *B*, hęc *V*ᵃᶜ 10 *ab* Illud quoque *incipiunt HMS, quorum de inscriptionibus cf. p. 3* quaestionẽ *(˜ m. 2) P* **utrumne *M* 12 id] in *B* id meo] idem eo *M* incipiti *S*

ex his tribus uerum est. quia neque ex utroque neque ex alterutro seruntur animae. corpus enim ex corporibus nasci potest. quoniam confertur aliquid ex utroque. de animis anima non potest. quia ex re tenui et inconprehensibili nihil potest
3 decedere. itaque serendarum animarum ratio uni ac soli deo subiacet:

denique caelesti sumus omnes semine oriundi,
omnibus ille idem pater est,

ut ait Lucretius. nam de mortalibus non potest quicquam nisi mortale generari. nec putari pater debet qui transfudisse ⟨se⟩ aut inspirasse animam de sua nullo modo sentit. nec si sentiat. quando tamen aut quomodo id fiat habet animo
4 conprehensum. ex quo apparet non a parentibus dari animas. sed ab uno eodemque omnium deo patre, qui legem rationemque nascendi tenet solus. siquidem solus efficit. nam terreni parentis nihil est nisi ut umorem corporis in quo est materia nascendi. cum sensu uoluptatis emittat uel recipiat: citra hoc opus homo resistit nec amplius quicquam potest. et ideo
5 nasci sibi filios optant. quia non ipsi faciunt. cetera iam dei

AVCTORES 7 s.] Lucr. II 991 s.

BPVHMS/ 1 tribus his *B* ex utroque] extroque *M*. *item 3*. ex utr̃que *S* 2 ⌞ex⌟ *V* a⌞l⌟terutro *P*²?. alteraltero *S* serentur *B*¹. *corr.* *B*² animae] anima et corpus *HM*. anima corporis *S* enim *om.* *S* 3 conferạtur *V* de—non potest *om.* *V* 4 ⌜re⌝ *V* tenue *HM* conpraehensibili *P*¹ *V*ac *(s. l. corr. V¹)*, ⌜in⌝cõn̄pr*ehensibili *P*², inconprehensibil⟨? *(extrema litt. foramine periit)* *H*. inc̃p̄hensibile *M* 5 dec⌞ede⌟re *P*². decere *M* 6 sub iacet *(acet extra uers. in ras. add. m. 1)* *V* 7 & denique e *(& extra uers. add. m. 1, e inseruit m. 2)* *V* ⌞su⌟mus *V* semini *S* 8 ille idem] *HMS cum codd. Lucr.*, idem ille *BPV* 9 nam *om.* *B* ⌜pot⌝est *P*² 10 nec putari *om.* *HMS* ⌜pat̃⌝ *V* 11 se *add. Heumannus* spirasse *V* suo *BHMS edd., sed cf. 3* de animis anima 12 si *om.* *M* tamen *om.* *HMS* habeat *P* 13 quo *om.* *M* a parentibus] apparentibus *P V*ar, *pr.* p *er.* 14 patre, deo *Heumannus* patri *B*¹, *corr.* *B*² 15 effecit *B* 16 parentes *B*ac, *corr. m. 1 uel 2*, patris *V* ut *om.* *HMS* *umorem *(h er.)* *B*, ⌜h⌝umorem *V* est *om.* *S* 17 respiciat *H* ci⌞tr⌟a *P*², et citra *V*, utra *M* 18 homo resistit] umoris istius *P* quicquam amplius *VS* et *om.* *P* 19 op*tant *(i er.)* *V*

sunt omnia, scilicet conceptus ipse et corporis informatio et inspiratio animae et partus incolumis et quaecumque deinceps ad hominem conseruandum ualent: illius munus est quod spiramus, quod uiuimus, quod uigemus. nam praeter quod 6 ipsius beneficio incolumes sumus corpore et quod uictum nobis ex uariis rebus subministrat, sapientiam quoque homini tribuit, quam terrenus pater dare nullo modo potest. ideoque et de sapientibus stulti et de stultis sapientes saepe nascuntur: quod quidam fato ac sideribus adsignant. sed non 7 est nunc locus de fato disserendi. hoc dicere satis est, [quod] etiamsi astra efficientiam rerum continent, nihilo minus a deo fieri omnia, qui astra ipsa et fecit et ordinauit. inepti ergo qui hanc potentiam deo detrahunt et operibus eius attribuunt. hoc igitur dei munere caelesti atque praeclaro an utamur in 8 nostra esse uoluit potestate: hoc enim concesso ipsum hominem uirtutis sacramento religauit, quo uitam posset adipisci.

AVCTORES § 6—8] ex eodem fonte Nemes. cap. 35. 36. 39—41.

BPV, HMS — *16* adipisci/ 1 ipse *om. B* conformatio *B* 4 nam (*mut. m. 2*) *V* praeter quod] *BHMS*, quod (*mut. m. 2*) praeter *V*, praeterquam quod *P edd.: cf. Inst. III 8, 13* praeter quod 5 beneficiũ (*ũ part. ras. ex* o *m. 2, sic*) *V* incolomis P^1 corpore *om. V* 6 quoque *in ras.*, ho *extra uers. in fine*, mi *ante* ni *initium proximi uers. V* 8 *pr.* et *om. B* sapientes* (*alt.* e *ex* i *et alt.* s *in ras. m. 2*) *P* 9 quidem *S* ac] et *B* 10 nũ B^1 nunc B^2 hocdicere satis est quod etiamsi *PVHMS*, hoc dicere satis est etiam quod si (— et = *m. 2*) *B*: quod *eiecit Heumannus, quo seruato post* fieri omnia *add.* certum est *Egnatius;* quod etiamsi *male retinet Wichertus, Latein. Stillehre p. 404* 12 quae in astra *HM* et fecit] *PV*, effecit *B*, efficit *HMS* ornauit *V* 13 quia *M* potestatem *B* operibus eius] *BV*, operi eius *P* (*recte ?*), operibus *HMS* 14 hoc igitur—potestate *in marg. S* an utamur] *VHMS*, ut utamur *B*, an uta^ur^m'^ur^ (m *add. m. 1*) inutamur *P*, an utamur an non utamur *codd. rec., edd.* 15 uoluit esse *S* hominem (mi *et* nẽ *extra uers. add.*) *V* 16 relegauit *B* quod *V* possit *BV* *post* adipisci *in codd. P g (Gothano) h (Glasgouiensi Hunteriano) aliis rec. haec inserta sunt: (1)* Dedit ei et constituit aduersarium nequissimum et fallacissimum spiritum (spm̃ P^1, spiritum P^2), cum quo in hac terrestri uita sine ulla securi-

9 magna est enim uis hominis, magna ratio, magnum sacramentum: a quo si quis non defecerit nec fidem suam deuotionemque prodiderit, hic beatus est, hic denique, ut breuiter finiam, similis deo sit necesse est. errat enim quisquis hominem carne metitur: nam hoc corpusculum quo induti

tatis requie dimicaret. cur autem deus hunc uexatorem generi hominum constituerit breviter exponam. *(2)* ante omnia diuersitatem uoluit esse ideoque uulgo non aperuit ueritatem, sed eam paucissimis reuelauit: quae diuersitas omne arcanum mundi continet. haec est enim quae facit esse (esse *om. h)* uirtutem, quae (quae *om. h)* scilicet (sine ipsa *add. edd.)* non modo esse, sed ne apparere quidem ‹posset *add. edd.*›. quia uirtus esse non (e,sse ñ,* P^2) poterit, nisi fuerit compar aliquis, in quo superando uim suam uel exerceat uel ostendat. *(3)* nam ut (et P^{ac}, *corr. m. 1)* uictoria constare sine certamine non potest, sic ne (nec *Pg)* uirtus quidem (quidem *om. h)* ipsa sine hoste. itaque quoniam uirtutem dedit homini, statuit illi ex (e *h)* contrario inimicum, ne (ut *h)* uirtus otio torpens naturam suam perderet. cuius omnis ratio in eo est, ut concussa et labefacta (labefactata *edd.)* firmetur nec aliter ad summum fastigium possit uenire nisi prudenti manu (prudentius maius *P)* semper agitata (agita*⌜ta⌝, *er.* s. P^2) se ad salutem suam dimicandi tenore fundauerit. noluit enim deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire (p̧uenire *ex* uenire *P). (4)* daturus ergo (igitur *g*) uirtutem dedit hostem prius qui animis hominum cupiditates et uitia immitteret, qui esset auctor errorum malorumque omnium machinator (machinatorū *g)*, ut quoniam deus hominem (homines deus *g*, hominem deus *h)* ad uitam (uitā* *P)* uocat, ille contra, ut rapiat et traducat ad mortem. *(5)* hic est qui aut inducit aut decipit eos qui ueritati (uirtuti, *in marg.* al. ueritati *h)* student, aut si dolo et astutiis *(sic scripsi,* studiis *codd.; cf. Sallust. Cat. 26, 2* dolus et astutiae*; Lact. Inst. III 29, 15* dolis et astu*)* non quiuerit (quierit *h)*, uirilem gerit animam qua (animum quo *edd.)* sublimium *(malim* sublimem*)* uigorem labefactare conetur, infanda dictu et execrabilia moliens: uexat interficit, et tamen ut prosternit multos, sic a multis uictus prostratusque discedit (recedit *h). De hoc loco, quem iam editio princeps Lactantii (1465) habet, cf. part. I Prolegom. p. LXVI ss., maxime autem disputationem editoris 'Die dualistischen Zusätze bei Lactantius', in Relationibus Academiae Vindobonensis uol. CXVIII part. VIII (1889) editam*

BPV] 1 magna est—Haec ad te *p. 63, 9 om. HMS* 2 deuotionem *P* 3 prodegerit *B* est *om. P* 4 sit *om. P* er⌜r⌝at P^2V^2 5 corpu⌜s⌝cu⌝lum hoc P^2 quo* (d *er.) P*

sumus, hominis receptaculum est. nam ipse homo neque
tangi neque aspici neque conprehendi potest, quia latet intra
hoc quod uidetur. qui si delicatus ac tener in hac uita 10
fuerit quam ratio eius exposcit, si uirtute contempta desi-
deriis se carnis addixerit, cadet et premetur in terram. si
autem ut debet statum suum quem rectum sortitus est,
prompte constanterque defenderit, si terrae quam calcare
debet ac uincere non seruierit, uitam merebitur sempiternam.
20. Haec ad te, Demetriane, interim paucis et obscurius 1
fortasse quam decuit pro rerum ac temporis necessitate
peroraui, quibus contentus esse debebis | plura et meliora
lecturus, si nobis indulgentia caelitus uenerit. tunc ego te
ad uerae philosophiae doctrinam et planius et uerius cohor-
tabor. statui enim quam multa potero litteris tradere quae 2
ad beatae uitae statum spectent, et quidem contra philoso-
phos, quoniam sunt ad turbandam ueritatem perniciosi et
graues. incredibilis enim uis eloquentiae et argumentandi 3
disserendique subtilitas quemuis facile deceperit: quos partim
nostris armis partim uero ex ipsorum inter se concertatione
sumptis reuincemus, ut appareat eos induxisse potius errorem
quam sustulisse. fortasse mireris quod tantum facinus audeam. 4

BPV, *9* haec — *15* exspectant *HMS*/ 1 ipse homo] *PV*, mens hominis *B*, *sed cf. c. 1, 11* ipse homo; *Inst. II 3, 8*   2 aspici *(*as *add. m. 2 ?) V*   3 qui* *(*d *er.) V*   deligatus *ex* diligatus *V* (e *s. l.*)   tener* in ⸢h⸣ac *V*   5 cadit *V*   praemetur *(*a *exp. m. 2) P*, primitur B^1, premitur *(*pre- *V)* B^3 *V*   sin *edd.*   6 quem rectum] *B*, quem rectum quem rectus *P*, quem recte *V*   est et *P*   8 meretur *B*   9 *ab* haec ad te *denuo incipiunt HMS*   interim *om. S*   obscuri⸢u⸣s P^2 10 hac *M*   temporum *B*   11 perorauimus *malim*   debetis *S*   12 lecturi *B*, locuturus *V*, laturus *codd. rec.*   indulgentię (a *s. l.*) *V*, indulgentiam *H*   te *om. S*   13 et uerius] *PV*, *s. l. add.* B^3, et plenius *HMS*, *recte? cf. etiam Inst. IV 30, 14* plenius et uberius   exhortabor *HMS*   14 statui* *(*t *er.) P*   potero] ut potero *B*   15 uitae beatae *BP*   expectent *B*, exspectant *(*exp- *S) HMS; hic desinunt HMS*   16 perturbandam *edd.*   18 partem B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2*   20 appereat *V*   21 audeam (i *s. l.*) *(*e *lin. del., sic mut. m. 1) B*

patiemurne igitur extingui aut opprimi ueritatem? ego uero
5 libentius uel sub hoc onere defecerim. nam si Marcus Tullius,
eloquentiae ipsius unicum exemplar, ab indoctis et ineloquentibus, quia tamen pro uero nitebantur, saepe superatus est,
cur desperemus ueritatem ipsam contra fallacem captiosamque
6 facundiam suà propria ui et claritate ualituram? illi quidem
sese patronos ueritatis profiteri solent: sed quis potest aut
eam rem defendere quam non didic⟨er⟩it, aut inlustrare apud
7 alios quod ipse non nouerit? magnum uideor polliceri. sed
caelesti opus est munere, ut nobis facultas ac tempus ad
8 proposita persequenda tribuatur. quod si uita est optanda
sapienti, profecto nullam aliam ob causam uiuere optauerim
quam ut aliquid efficiam quod uita dignum sit et quod utilitatem legentibus etsi non ad eloquentiam, quia tenuis in
nobis facundiae riuus est, ad uiuendum tamen adferat: quod
9 est maxime necessarium. quo perfecto satis me uixisse arbitrabor et officium hominis inplesse, si labor meus aliquos
homines ab erroribus liberatos ad iter caeleste direxerit.

BPV] 1 aut *in marg. V* 2 uel *om. P* onere, *alt.* e *in er.* o *? P*². *in 2 litt. er. V*² 2 Marcus] *BP*, m̄. *V* 4 qui *edd.* 6 fucundiam *P*¹ *ab* illi quidem *usque ad finem libri (per totum fol. 56*ᵘ*) omnia euanida refecit V*³ 7 se *PV* aut *om. BP* 8 didicerit *scripsi,* didicit *BPV* a*pud *(a ex alia litt. ut uid.,* n *uel* u *er.) B* 9 quos *P*¹; quam *edd.* nouit *P* 10 ac] *PV*, ad *B* tempus est ad *P* 11 optanda est *B* 12 nulla alia ob *(sic)* causa *B* 16 dixisse *B* 18 homines *eiciendum uid. Heumanno* direx⌞erit⌟ *P*² DE OPIFICIO DIVINO LIBER VIIII EXPLICIT INCIPIT. EPITOMEN LIBRI SEPTIMI LIBER X FELICITER *B;* CAECILI FIRMIANI DE OPIFICIO DI LIB̄ VIIII EXPLIC INCIPIT DE EPITOME LIBER DECIMVS *P; post* direxerit; *nihil nisi* Finit; *V*¹, *refecit V*³

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

DE IRA DEI

LIBER.

B = codex Bononiensis 701 saec. VI—VII.
P = codex Parisinus Puteani 1662 saec. IX.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI
DE IRA DEI
LIBER.

1. Animaduerti saepe, Donate, plurimos id existimare, quod 1
etiam nonnulli philosophorum putauerunt, non irasci deum,
quoniam uel benefica sit tantummodo natura diuina nec cui-
quam nocere praestantissimae atque optimae congruat pote-
stati uel certe nihil curet omnino, ut neque ex beneficentia
eius quicquam boni perueniat ad nos neque ex maleficentia
quicquam mali. quorum error quia maximus est et ad 2
euertendum uitae humanae statum spectat, coarguendus est
nobis, ne et ipse fallaris inpulsus auctoritate hominum qui

AVCTORES 4] cf. Cic. Paradox. prooem. 1: Animaduerti, Brute, saepe Catonem ...

BP] INC· DE IRA DIVINA LIBER VIII· *B (cf. part. I Proleg. p. XIII s.)*: INCIPIT DE IRA DIVINA · LIBER OCTAVVS: *P (cf. ibid. p. XXXVIII); in inscriptionibus codicum recentiorum uulgo* de ira dei *est: Lact. Inst. II, 17, 5:* sed seponatur interim nobis hic locus de ira dei *(dei B, om. RHPV)* disserendi; *de ira d. 22, 1:* haec habui quae de ira dei *(dei codd. rec., om. BP)* dicerem *(cf. 23, 3* alia *[sc.* Sibylla*]* denuntians uniuersis gentibus iram dei*); Hieron. De uir. inl. 80:* habemus eius ... (librum) ... pulcherrimum de ira dei; *Epist. LXX 5 (I 427 D Vall.):* Lactantius qui de ira quoque et opificio dei duo uolumina condidit..; *Comment. in epist. ad Galat. l. II c. IV (VII 628 E):* Firmianus noster librum de ira dei docto pariter et eloquenti sermone conscripsit; *scriptor epistulae cuiusdam codice Tegernseensi (nunc Monacensi) saec. XII seruatae (cf. Becker, Catal. biblioth. antiqu. p. 228 n. 111, 11)* Lactantium de ira dei *commemorat; de inscriptione libri cf. etiam Prolegom.* 4 aestimare *B* 5 nonnulli *(lli ex in m. 1 uel 2) B* 8 *ante* beneficentia *1 uel 2 litt. er., B* 9 ⌜ei;⌝ *P* boni— malificentia *(sic)* quicquam *in inf. marg. add. P* 10 quorumq. *(q. add. m. 3) B* 11 est *om. P*

3 se putant esse sapientes. nec tamen nos adrogantes sumus,
ut conprehensam nostro ingenio ueritatem gloriemur, sed
doctrinam dei sequimur. qui scire solus potest et reuelare
4 secreta. cuius doctrinae philosophi expertes existimauerunt
naturam rerum coniectura posse deprehendi. quod nequaquam
fieri potest, quia mens hominis tenebroso corporis domicilio
circumsaepta longe a ueri perspectione submota est et hoc
differt ab humanitate diuinitas, quod humanitatis est igno-
5 ratio, diuinitatis scientia. unde nobis aliquo lumine opus
est ad depellendas tenebras quibus obfusa est hominis cogi-
tatio, quoniam in carne mortali agentes nostris sensibus diui-
6 nare non possumus. lumen autem mentis humanae deus
est, quem qui cognouerit et in pectus admiserit, inluminato
corde mysterium ueritatis adgnoscet. remoto autem deo cae-
lestique doctrina omnia erroribus plena sunt recteque Socrates,
cum esset omnium philosophorum doctissimus, tamen ut
ceterorum argueret inscitiam qui se aliquid tenere arbitra-
bantur, ait se nihil scire nisi unum, quod nihil sciret.
7 intellexit enim doctrinam illam nihil habere in se certi, nihil
ueri nec, ut putabant quidam, dissimulauit ipse doctrinam,
ut alios refelleret, sed uidit ex parte aliqua ueritatem testatus-
que est etiam in iudicio, sicut traditur a Platone, quod nulla
esset humana sapientia: adeo doctrinam qua tum philo-

AVCTORES 15. 18] cf. Cic. Acad. pr. II 23, 74; Acad. post. 4, 16. 22. 69, 2] Plat. Apol. 23 A. 21 D.

BP] 1 tamen *(*en *in 2 litt. er. m. 3) B* adrogentes P^{ac}; tam adrogantes *codd. rec., Egnatius* 3 doctrinam *(*a *in er.* e *? m. 2) B* reuelata *P* 4 aestimauerunt *(*aes *in er.* ex *? m. 3) B* 5 naturam *(*m *in ras. m. 1 ?) B* coniectura* *(*m *er.) B* 7 per⌜s⌝pectione B^3 8 diuinitas *(*s *in er.* te *?) P* 10 ⌞ob⌟fusa B^3 ėṡṫ *B* 11 de nostris *B* 12 *post* autem *4 uel 5 litt. er., P* 13 et inluminato *P* 14 adgnoscit *B*, agnoscet *P* domino B^1, dõṁiṅȯ B^3 17 inscientiam B^1, *corr.* B^3 arbitra⌜bant^ur⌝ *P* 19 creti B^1, *corr.* B^2 20 ueri *(add. m. 1)* nec ut *(add. m. 2) in marg. P* ipsam *P* 21 aliquam *B* 22 quo *P* 23 ee *(i. e.* esse*) P* adeoque *Fasitelius* quã///tum *(˜ m. 2) B* philofi *P*

sophi gloriabantur, contempsit derisit abiecit, ut id ipsum
pro summa doctrina profiteretur, quod nihil scire didi-
cisset. si ergo nulla est sapientia humana, ut Socrates 8
docuit, ut Plato tradidit, apparet esse diuinam nec ulli alii
quam deo ueritatis notitiam subiacere. deus igitur noscendus 9
est, in quo solo ueritas est, ille mundi parens et conditor
rerum qui oculis non uidetur, mente uix cernitur: cuius religio
multis modis inpugnari solet ab iis qui neque ueram sapien-
tiam tenere potuerunt neque magni et caelestis arcani con-
prehendere rationem.

2. Nam cum sint gradus multi per quos ad domicilium 1
ueritatis ascenditur, non est facile cuilibet euehi ad summum.
caligantibus enim ueritatis fulgore luminibus qui stabilem
gressum tenere non possunt, reuoluuntur in planum. primus 2
autem gradus est intellegere falsas religiones et abicere inpios
cultus humana manu fabricatorum, secundus uero, perspicere
animo quod unus sit deus summus, cuius potestas ac proui-
dentia effecerit a principio mundum et gubernet in posterum,
tertius, cognoscere ministrum eius ac nuntium quem legauit
in terram, quo docente liberati ab errore quo inplicati tene-
bamur formatique ad ueri dei cultum iustitiam disceremus.
ex quibus omnibus gradibus, ut dixi, pronus est lapsus et 3
facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur.
de primo gradu eos excuti uidemus qui cum falsa intellegant, 4
tamen uerum non inueniunt contemptisque terrenis fragilibusque

BP] 2 ⌜p̶ sum⌝ma *P*[2] 4 es⁐se (*post* es *punctum er.*, *m. 2)* *P* diuina⌜m⌝ *B*[3] 5 notitiã (˜ *m. 3 ?)* *B* 7 quia *B* relegio *(alt.* e *ex* i *m. 2, sic! saepe)* *P* 8 impugnare *P*[1], -ri *P*[2] sole*t (n *? er.)* *B* iis] *edd.*, his *BP* 13 stabile *B* 14 reuolbuntur *B*[1], *corr.* *B*[2] 15 inpios (n *ex* m) *B*[3] 16 *post* cultus *add.* deorum *Egnatius, fort. recte, Buenemannus confert Inst. VII 22, 12* ad inpios cultus manu factorum deorum. *sed cf. VII, 26, 6* qui manu facta coluerunt; *II 3, 14* fragilium cultores 18 effecerit (ef *add. m. 3)* *B* 19 tertio *B* 20 inpliciti *P*, *sed cf. Inst. I 1, 21* errore . . . inplicati; *V 19, 4* inplicati rerum omnium ignorantia 21 dei ueri *B* 23 fi*gantur (n *er.)* *P* 24 i⌊n⌋tellegant *B*[2] 25 fragi*libusque *B*

simulacris non ad colendum se deum conferunt, quem ignorant,
sed mundi elementa mirantes caelum terram mare solem ce-
teraque astra uenerantur. sed horum inperitiam iam coargui-
5 mus in secundo Diuinarum Institutionum libro. de secundo
uero gradu eos dicimus cadere qui cum sentiant unum esse
summum deum, idem tamen a philosophis inretiti et falsis
argumentationibus capti aliter de unica illa maiestate sentiunt
quam ueritas habet: qui aut figuram negant habere ullam
deum aut nullo adfectu commoueri putant, quia sit omnis
6 adfectus inbecillitatis, quae in deo nulla est. de tertio uero
ii praecipitantur qui cum sciant legatum dei eundemque di-
uini et inmortalis templi conditorem, tamen aut non accipiunt
eum aut aliter accipiunt quam fides poscit: quos ex parte iam
refutauimus in quarto supra dicti operis libro et refutabimus
postea diligentius, cum respondere ad omnes sectas coeperimus,
7 quae ueritatem dum dissipant, perdiderunt. nunc uero contra
eos disserimus qui de secundo gradu lapsi praua de summo
deo sentiunt. aiunt enim quidam nec gratificari eum cuiquam
nec irasci, sed securum et quietum inmortalitatis suae bonis
8 perfrui. alii uero iram tollunt, gratiam relinquunt deo:
naturam enim summa uirtute praestantem ut non maleficam,
sic beneficam esse debere. ita omnes philosophi de ira con-
9 sentiunt, de gratia discrepant. sed ut ad propositam materiam
per ordinem descendat oratio, huiusmodi facienda nobis et

4 in secundo Diuin. Inst. libro] c. 5, 1—6, 2. 14 in quarto .. libro] Inst. IV 10 ss.

AVCTORES 18—20] cf. ad Epicuri frg. 363 Usener (p. 242, 8).

BP] 1 se* (d *er.*) *P* 2 marē *B* *post* solem *add.* lunam *codd. rec.*, *edd.* cetera*que (s *er.*) *P* 3 ⌜iā⌝ P^2 6 **et (et *er.*) *B* 9 *om*nis (h *et* i *er.*) *B* 10 ⌜affectus⌝ B^3 11 ii] *edd.*, hi *B*, hi* (i *er.*) *P* 12 ⌜a⌝ut P^2 13 fidis B^1, *corr.* B^3 quod *B* 14 et *om.* *B* refutauimus P^1, *corr.* P^2? 16 nunc] *P*, num *B* 17 disseremus *edd.* gradu (u *ras. ex* o) *B* 18 aiunt] *P*, sentiunt *B* gratificare *P* 20 *post* gratiam *er.* uero, *B* relinqunt *B* 21 uirtute* (m *er.*) *B* 22 sic beneficam *om.* *P* 22—71, 4 *locum male distinxerant edd., corr. Heusingerus, Emendat. p. 132*

sequenda partitio est: cum diuersa et repugnantia sint ira
et gratia, aut ira tribuenda est deo et gratia detrahenda,
aut utrumque pariter detrahendum, aut ira demenda est et
gratia tribuenda, aut utrumque tribuendum. aliud amplius 10
praeter haec nihil potest capere natura, ut necesse sit in
uno istorum aliquo uerum quod quaeritur inueniri. con-
sideremus singula, ut nos ad latebras ueritatis et ratio et
ordo deducat.

3. Primum illud nemo de deo dixit umquam, irasci eum 1
tantummodo, gratia non moueri: est enim inconueniens deo
ut huiusmodi potestate sit praeditus qua noceat et obsit,
prodesse uero ac bene facere nequeat. quae igitur ratio, quae 2
spes salutis hominibus proposita est, si malorum tantummodo
auctor est deus? quod si fit, iam maiestas illa uenerabilis non
ad iudicis potestatem, cui licet seruare ac liberare, sed ad
tortoris et carnificis officium deducetur. cum autem uideamus 3
non modo mala esse in rebus humanis, sed etiam bona, utique
si deus est auctor malorum, esse alterum necesse est qui
contraria deo faciat et det nobis bona. si est, quo nomine 4
appellandus est? aut cur nobis qui male facit notior est quam
ille qui bene? si autem nihil potest esse praeter deum, ab-
surdum est et uanum putare diuinam potestatem, qua nihil
est maius, nihil melius, nocere posse, prodesse non posse, et
ideo nemo extitit qui auderet id dicere, quia nec rationem
habet nec ullo modo potest credi. quod quia conuenit, 5
transeamus et ueritatem alibi requiramus.

BP] 1 parti⌜ci⌝o P^2 2 retrahenda *B* 4 utrũ⌜q.⌝ *P* 5 natura *(˜ er.)* *P* ut] *P*, quod *B* 6 ⌜i⌝storum *(i s. l. m. 1 uel 2)* *B* 9 illud *codd. rec., edd.*, aliut *B*, aliud *P* 10 et gratia *P*, *sed cf. 5, 1* gratiam—non esse disconueniens *P*, *sed cf. Inst. I 11, 42; Epit. 45 (50), 1* 11 ut] *B*, et *P* eiusmodi *P* 12 prodes⌜s⌝e *B* uiro B^1, *corr.* B^2 13 *spes *(i er.)* *B* *malim* sit *cum codd. rec. et edd.* 16 tortores B^1, *corr.* B^2 carnifices B^1, *corr.* B^2 18 auctor malorum] *B*, auctorem *P* 20 aut *om.* *P* cur—notior est *in mg.* P^2 22 in qua *B* 23 maius] *P*, malum *B* prodesse non posse *om.* *P* 24 id *in er. et ?* B^2

1 4. Quod sequitur, de schola Epicuri est: sicut iram in
deo non esse, ita ne gratiam quidem. nam cum putaret Epi-
curus alienum esse a deo male facere ac nocere, quod ex
adfectu iracundiae plerumque nascitur, ademit ei etiam bene-
ficentiam. quoniam uidebat consequens esse ut si habeat iram
2 deus, habeat et gratiam. itaque ne illi uitium concederet,
etiam uirtutis fecit expertem. 'ex hoc' inquit 'beatus est et
incorruptus, quia nihil curat neque ipse habet negotium neque
3 alteri exhibet'. deus igitur non est, si nec mouetur, quod
est proprium uiuentis, nec facit aliquid inpossibile homini,
quod est proprium dei, si omnino nullam habet uoluntatem,
nullum actum, nullam denique administrationem quae deo
4 digna sit. et quae maior, quae dignior administratio deo
adsignari potest quam mundi gubernatio, quam cura uiuen-
tium maximeque generis humani, cui omnia terrena subiecta
5 sunt? quae igitur in deo potest esse beatitudo, si semper
quietus et inmobilis torpet, si precantibus surdus est, si
colentibus caecus? quid tam dignum, tam proprium deo quam
6 prouidentia? sed si nihil curat, nihil prouidet, amisit omnem
diuinitatem. qui ergo totam uim, totam substantiam deo
7 tollit, quid aliud dicit nisi deum omnino non esse? denique
Marcus Tullius a Posidonio dictum refert id Epicurum
sensisse, nullos deos esse, sed ea quae de dis locu-

AVCTORES 1—9] Epicuri frg. 243 Usener (p. 243, 33); cf. Cic. de nat. deor. I 17, 45. 22—73, 2] Cic. de nat. deor. I 44, 123, cf. I 30, 85.

BP] 1 scola *B* 2 ẽẽ *(~ et alt.* e *in 2 uel 3 litt. er. m. 2) P* nec *B* 3 ac nocere *om. P* 4 adimit B^1, *corr.* B^3 ei *om. B* etiam** *(*ei *? er.) B* 5 ⌜si⌝ P^2 7 uirtutes B^1, *corr.* B^3 et *(*t *part. in ras. m. 2, fuerat* est*)* incorruptus est *P* 10 proprium *(*opri *in 3 litt. er. m. 3) B* iubentis *ex* uiuentis *(sic)* B^2 11 dei *om. P* habet uoluntatem nullum *om.* P^1, haberet *(sic)* uoluntatem nullum *in marg. add.* P^2 13 dei signari B^1, deo· ⌜ad⌝signari B^2 14 quam cura uiuentium *om. B, s. l. et add.* B^2 15 maxime *B* subtecta B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 17 est *om. P* 19 ⌜si⌝ P^2 curat nihil *om. P* prouide⌞t am⌟isit P^2 22 a* *(*d *er.) B* posidonium B^1, *corr.* B^3 23 esse sed] *P*, essed *B* eas *B* ⌜de⌝ P^2 diis *P*

tus sit depellendae inuidiae causa dixisse: itaque uerbis illum deos relinquere, re autem ipsa tollere, quibus nullum motum, nullum tribuit officium. quod si ita 8 est, quid eo fallacius? quod a sapienti et graui uiro esse debet alienum. hic uero si aliud sensit et aliud locutus est, quid aliud appellandus est quam deceptor bilinguis malus et propterea stultus? sed non erat tam uersutus Epicurus, ut 9 fallendi studio ista loqueretur, cum haec etiam scriptis ad aeternam memoriam consignaret, sed ignorantia ueritatis errauit. inductus enim a principio ueri similitudine unius sententiae, necessario in ea quae sequebantur incurrit. prima 10 autem sententia fuit iram in deum non conuenire. quod cum illi uerum et inexpugnabile uideretur, non poterat consequentia resecare, quia uno adfectu amputato etiam ceteros adfectus adimere deo necessitas ipsa cogebat. ita qui non irascitur, 11 utique nec gratia mouetur, quod est irae contrarium: iam si nec ira in eo nec gratia est, utique nec metus nec laetitia nec maeror nec misericordia. una est enim ratio cunctis 12 adfectibus, una commotio, quae in deum cadere non potest. quod si nullus adfectus in deo est, quia quidquid adficitur inbecillum est, ergo nec cura ullius rei nec prouidentia est in eo. hucusque peruenit sapientis hominis disputatio. cetera 13 quae secuntur obticuit, scilicet quia nec cura sit in eo nec prouidentia, ergo nec cogitationem aliquam nec sensum in eo

AVCTORES 16—29] Epicuri frg. 366 Usener (p. 244, 7).

BP] 1 depellendam *(sic, sed* causa*)* *B;* detestandae *Cic.* 2 re *om. B* autem ipsa *(ordinem uerbor. mutauit m. 2) B* tollere *(˜er.) P* 4 ˌeoˌ P^2 sapienti *scr.*, deo sapientie *(alt.* i *etiam linea del. m. 1,* e *eras. et* i *restituit m. alia?) B*, sapiente *P edd.* debet esse *P* 10 similitudine⌜s⌝ B^2 11 sequebatur *B* 12 domino B^1, deum B^3 14 recusare *P. recte?* 16 ira⌜e⌝ B^3 ⌜iam⌝ B^3 se B^1, *corr.* B^2 17 est *post* ira *add. m. 2, post* gratia *om. B* *post* utique nec *er.* ira *et (in fine uersus a m. 3 additum)* nec *B* metus *(et in er.* ut*? m. 3) B* 19 deo *B* 20 qu⌜i⌝a P^2 ⌜quid⌝quid B^2 agitur B^1, afficitur B^3P 21 cura* *(e er.) B* 23 sequntur *B,* sequuntur *P*

esse ullum: quo efficitur ut non sit omnino. ita cum gradatim descendisset, in extremo gradu restitit, quia iam praecipitium
14 uidebat. sed quid prodest reticuisse ac periculum dissimulasse? necessitas illum uel inuitum cadere coegit: dixit enim quod noluit, quia argumentum sic ordinauit, ut ad illud quod deuitabat necessario deueniret. uides igitur quo perueniat,
15 ira sublata et deo adempta. denique aut nullus id credit aut admodum pauci et quidem scelerati ac mali, qui sperant peccatis suis inpunitatem. quod si et hoc falsum esse inuenitur, nec iram in deo esse nec gratiam, ueniamus ad illud quod tertio loco positum est.

1 5. Existimantur Stoici et alii nonnulli aliquanto melius de diuinitate sensisse, qui aiunt gratiam in deo esse, iram
2 non esse. fauorabilis admodum ac popularis oratio, non cadere in deum hanc animi pusillitatem, ut ab ullo se laesum putet qui laedi non potest, ut quieta illa et sancta maiestas concitetur perturbetur insaniat, quod est terrenae fragilitatis: iram enim commotionem mentis esse ac perturbationem, quae
3 sit a deo aliena. quod si hominem quoque, qui modo sit sapiens et grauis, ira non deceat, siquidem cum in animum cuiusque incidit, uelut saeua tempestas tantos excitet fluctus, ut statum mentis inmutet, ardescant oculi, tremat os, lingua titubet, dentes concrepent, alternis uultum maculet nunc suffusus rubor nunc pallor albescens, quanto magis deum non

AVCTORES 22—24] cf. Senec. de ira I 1, 4.

BP| 1 quo* (d *er.*) *P* 3 re*ticuisse *B* 4 coe⌞g⌟it B^2 5 illum *B* 6 perueniatur *Parrhasius* 7 aut (a *part. ras. ex* ti ? *m. 2*) *P* nullus *ex* nullũ P^2 8 ⌜ad⌝modum B^2 10 illum *B* 12 alii, *tum 4—6 litt. er.*, nonnulli ali·quanto (i ali *mut. m. 2 ?*) *P* 16 qui *bis P* 18 *post* enim *2 uel 3 litt. er., quarum extrema* m, *B* 20 sapiens (ns *in 2 litt. er. m. 2*) *B* graues P^1 iram *B* 21 excitat *Petrus Francius, sed cf. Inst. III 22, 6* siquidem nihil fuerit; *VI 13, 7* siquidem . . . delinquat fructus B^1, *corr.* B^2 22 ut (u *in er.* e ? *m. 3*) *B* ardesca⌜n⌝t B^2 os tremat *P* 23 uultũ (˜ *m. 2*) *B* *post* suffusus *er.* gus ? *B* 24 albesce⌞n⌟ (s *superscr.*) B^2 ⌜quanto⌝ B^3

deceat tam foeda mutatio? et si homo qui habeat imperium 4
ac potestatem, late noceat per iram, sanguinem fundat, urbes
subuertat, populos deleat, prouincias ad solitudinem redigat,
quanto magis deum qui habeat totius generis humani et
ipsius mundi potestatem, perditurum fuisse uniuersa credibile
sit, si irasceretur? abesse igitur ab eo tam magnum, tam 5
perniciosum malum oportere. et si absit ab eo ira et con-
citatio, quia et deformis et noxia est, nec cuiquam male
faciat, nihil aliud superesse nisi ut sit lenis tranquillus pro-
pitius beneficus conseruator. ita enim demum et communis 6
omnium pater et optimus maximus dici poterit, quod expetit
diuina caelestisque natura. nam si inter homines laudabile 7
uidetur prodesse potius quam nocere, uiuificare quam occidere,
saluare quam perdere nec inmerito innocentia inter uirtutes
numeratur et qui haec fecerit, diligitur praefertur ornatur
benedictis omnibus uotisque celebratur, denique ob merita et
beneficia deo simillimus iudicatur, quanto magis ipsum deum
par est diuinis perfectisque uirtutibus praecellentem atque ab
omni labe terrena submotum diuinis et caelestibus beneficiis
omne genus hominum promereri? speciose ista populariter- 8
que dicuntur et multos inliciunt ad credendum, sed qui haec
sentiunt, ad ueritatem quidem propius accedunt, sed in parte
labuntur naturam rei parum considerantes. nam si deus non 9
irascitur inpiis et iniustis, nec pios utique iustosque diligit.
ergo constantior est error illorum qui et iram simul et gra-

AVCTORES 1—3] cf. Senec. de ira I 2, 1 s.; ad Cic. de re publ. lib. II (41, 68) referebat Maius (ed. alt., Class. auct., 1828, I p. 223), sed cf. Halmium ad hunc locum (ed. p. 814, 29 adn.).

BP] 1 f*eda *(a ? er.) P* et *om. B* 3 redigat *(i part. ras. ex* a *? m. 2) P* 5 credibile sit *om. B* 7 perni⌞c⌟iosum P^2 9 superest *P* 10 conseruator *(o ex* u *m. 2) P* 11 et optimus uere maximusque *B* 13 prodeesse *B* 18 perfectusque B^1, *corr.* B^2, perfectisq. (ue sq. *add. m. 2, 3 uel 4 litt. er.) P* 19 terrena labe *P, sed cf. c. 24, 9* ab omni labe terrena 20 *post* hominum *2 litt. er., B* ista populariter quae *P*, populariterque ista *B* 21 si P^1, se⌜d⌝ P^2 22 partem *B* 23 ⌞nat⌟ura B^3 24 utuque B^1, *corr.* B^3 25 ergo constantior—qui bonos diligit *(76, 2) in inf. marg. add.* B^3 cons⌞tan⌟tior P^2

tiam tollunt. in rebus enim diuersis aut in utramque partem
10 moueri necesse est aut in neutram. ita qui bonos diligit.
et malos odit. et qui malos non odit. nec bonos diligit. quia
et diligere bonos ex odio malorum uenit et malos odisse ex
11 bonorum caritate descendit. nemo est qui amet uitam sine
odio mortis. nec adpetit lucem nisi qui tenebras fugit: adeo
natura ista conexa sunt, ut alterum sine altero fieri nequeat.
12 si quis dominus habet in familia seruos bonum ac malum.
utique non aut ambos odit aut ambos beneficiis et honore
prosequitur — quod si faciat. et iniquus et stultus est —.
sed bonum et adloquitur amice et ornat et domui ac familiae
suisque rebus omnibus praeficit. malum uero maledictis uer-
beribus nuditate fame siti conpedibus punit. ut et hic exemplo
ceteris sit ad non peccandum et ille ad promerendum. ut
13 alios metus coerceat. alios honor prouocet. qui ergo diligit.
et odit. qui odit. et diligit: sunt enim qui diligi debeant.
14 sunt qui odio haberi. et sicut is qui diligit, confert bona
in eos quos diligit. ita qui odit. inrogat mala iis quos odio
habet: quod argumentum quia uerum est. dissolui nullo pacto
15 potest. uana ergo et falsa est sententia eorum qui cum
alterum deo tribuant. alterum detrahunt. non minus ⟨quam⟩
illorum qui utrumque detrahunt. sed illi, ut ostendimus. ex
parte non errant. sed id quod melius est e duobus retinent,
hi uero. quos ratio et ueritas argumenti huius inducit. falsa
16 omnino sententia suscepta in maximum errorem cadunt. non
enim sic oportebat eos argumentari: quia deus non irascitur.

AVCTORES 12 s.] cf. Cyprian. ad Demetr. 8 (p. 356. 20—23).

BP] 1 utraque parte *B (i. e.* B^3*)* 2 in *om. P* 3 malos odit et qui *om. P* 5 qui////// amet *(2 uel 3 litt. er.,* a *add. m. 2) P* 6 ⌞adeo⌟ P^2 7 sunt] *B*. est *P* 8 habet] *Heumannus*, habens *BP*. est habens *interpretatur Buenemannus* ac *(c in 2 litt. er. m. 2) P* 9 non utique *P* 10 ⌜si⌝ P^2 iniqu⌜u⌝s B^2 11 amic*c *(a er.) B* 12 praeficet B^1, *corr.* B^3 17 sunt] *P*, et sunt *B* 18 qui] *P*, quem *B* iis] *edd.*, his *P*. *om. B* quos odio habet *om. B* 20 sententia est *P* 21 deo tribuant alterum *om. P* minus quam] *edd.*. minor *BP*. minus *codd. rec.* 23 id] BP^3, hii *ut uid.* B^1 24 hi* *(i er.) P*

ergo nec gratia commouetur, sed ita: quia gratia deus (com)mo-
uetur, ergo et irascitur. si enim certum et indubitatum fuisset non
irasci deum, tunc ad illud alterum ueniri esset necesse. cum 17
autem magis sit ambiguum de ira, paene manifestum de
gratia, absurdum est ex incerto certum uelle subuertere, cum
sit promptius de certis incerta firmare.

6. Hae sunt de deo philosophorum sententiae. aliud prae- 1
terea nihil quisquam dixit. quod si haec quae dicta sunt, falsa
esse deprehendimus, unum illud extremum superest in quo
solo possit ueritas inueniri, quod a philosophis nec susceptum
est umquam nec aliquando defensum, consequens esse ut
irascatur deus, quoniam gratia commouetur. haec tuenda 2
nobis et adserenda sententia est: in eo enim summa omnis
et cardo religionis pietatisque uersatur. nam neque honos
ullus deberi potest deo, si nihil praestat colenti, nec ullus
metus, si non irascitur non colenti.

7. Cum saepe philosophi per ignorantiam ueritatis a 1
ratione desciuerint atque in errores inciderint inextricabiles
— id enim solet his euenire quod uiatori uiam nescienti et
non fatenti se ignorare, ut uagetur, dum percontari obuios
erubescit —, illud tamen nullus philosophus adseruit umquam,
nihil inter hominem ac pecudes interesse. nec omnino quis- 2
quam, qui modo uel leuiter sapiens uideri uellet, rationale
animal cum mutis et inrationabilibus coaequauit: quod faciunt
quidam inperiti atque ipsis pecudibus similes, qui cum

BP| 1 deus gratia *P* (com) mouetur *scripsi*, mouetur *BP* 3 illum *B* 5 absurdu⌜m⌝ *B*[3] certe *P*[1] 7 haeċ *P* 10 possit solo *B* 13 ea *B* 14 et *om. B* nam *om. P* honus *B*, honos *(s. l.* v *er.) P* 18 extricabiles *P* 19 quo⌜d⌝ *B*[2] 20 percontrari *B*[1], percun⌜c⌝t-ari *B*[3], percontari *(o part. ras. ex* u *m. 2) P* 22 nihil] *B*, nec (ñẹc̣ *m. 2)* nihil *P* 23 qui—uellet *scripsi, cf. p. 74, 19 (uix* qui *omittendum et* modo uel leuiter sapiens uideri uellet *scribendum uidetur)*; modo (qui *s. l. add. m. 3)* sapiens uideri uellet *B*, qui modo sapiens qui uel leuiter *P*; modo qui *(uel* qui *om.)* sapiens uideri uellet *(om.* uel leuiter*) uel* modo sapiens, qui uel leuiter rationale *eqs. (om.* uideri uellet*) edd.*; modo sapiens qui uellet uideri *Heusingerus, Emendat. p. 134* 24 co⌜a⌝equauit *(*a *s. l. m. 2,* uit *m. 3 in 3 litt. er., quarum prima* r *?) B* 25 similis *P*[1], similes *P*[2], simillimi *B*

uentri ac uoluptati se uelint tradere. aiunt eadem ratione se
natos qua uniuersa quae spirant; quod dici ab homine fas
3 non est. quis enim tam indoctus ut nesciat, quis tam in-
prudens ut non sentiat inesse aliquid in homine diuini?
4 nondum uenio ad uirtutes animi et ingenii, quibus homini
cum deo manifesta cognatio est: nonne ipsius corporis status
et oris figura declarat non esse nos cum mutis pecudibus
aequales? illarum natura in humum pabulumque prostrata
est nec habet quicquam commune cum caelo, quod non in-
5 tuetur. homo autem recto statu, ore sublimi ad contem-
plationem mundi excitatus confert cum deo uultum et rationem
6 ratio cognoscit. propterea nullum est animal, ut ait
Cicero, praeter hominem quod habeat notitiam ali-
quam dei. solus enim sapientia instructus est, ut religionem
solus intellegat. et haec est hominis atque mutorum uel
7 praecipua uel sola distantia. nam cetera quae uidentur esse
homini propria, etsi non sunt talia in mutis, tamen similia
uideri possunt. proprius est homini sermo, est tamen et in
illis quaedam similitudo sermonis. nam et dinoscunt inuicem
se uocibus et cum irascuntur, edunt sonum iurgio similem
et cum se ex interuallo uident, gratulandi officium uoce de-
8 clarant. nobis quidem uoces eorum uidentur inconditae
sicut et illis fortasse nostrae, sed ipsis qui⟨a⟩ se intellegunt.

AVCTORES 12—14] Cic. de legg. I 8, 24. § 6 ss.] cf. Senec. de ira I 3, 6—8.

BP] 1 uellint *P* 2 ⌜uniuersa quae⌝ B^3 3 *pr.* qui⌜s⌝ B^2 tā*imprudens (ā *et* i *part. m. 2) P* 4 homine *(*e *ex* i *m. 1 uel 2)* in diuini *B* 6 festa, *om.* cum deo mani-, *P* 7 nos *om. P* 8 aequalis B^1 *(corr.* B^2*) P* illorum *B: an retinendum est et* pecudibus *eiciendum? cf.* muta *§ 2. 6. 7. 12. 14* naturā *B* 9 intuentur *(*n *exp. m. 1) P:* intuentur *codd. rec. et edd.* 16 qua *P* uide⌜n⌝tur B^2 18 *alt.* est *om. P* 19 qua⌜e⌝dam B^2 19 dinoscuntur *(sic). om.* inuicem se uocibus et cum irascuntur. *P* 20 se *(*s *in er.* d *? m. 2) B; cf. Inst. III 10, 2. VI 20, 2* somnum *(*m *exp. m. 2) P* similē *(*˜ *m. 2) B* 22 incondite *ut uid.* B^1, inco⌞gn⌟it⌜a⌝e B^2 23 et *om. B* fortasse *(*f *add. m. 2) P ante* ipsis *s. l. add. et* B^3 quia] *Heumannus.* qui *BP.* quae *Isaeus*

uerba sunt. denique in omni adfectu certas uoces notis ex-
primunt quibus habitum mentis ostendant. risus quoque est 9
homini proprius et tamen uidemus in aliis animalibus quae-
dam signa laetitiae, cum ad lusum gestiunt, aures demulcent,
rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in lasciuiam
resoluunt. quid tam homini proprium quam ratio et proui- 10
dentia futuri? atquin sunt animalia quae latibulis suis diuersos
et plures exitus pandant, ut si quod periculum inciderit, fuga
pateat obsessis: quod non facerent, nisi inesset illis intelle-
gentia et cogitatio. alia prouident in futurum, ut 11

ingentem formicae farris aceruum
cum populant hiemis memores tectoque reponunt,

ut apes,

quae patriam solae et certos nouere penates
uenturaeque hiemis memores aestate laborem
experiuntur et in medium quaesita reponunt.

longum est si exsequi uelim quae a singulis generibus ani- 12
malium fieri soleant humanae sollertiae simillima. quod si
horum omnium quae adscribi homini solent, in mutis quoque
deprehenditur similitudo, apparet solam esse religionem cuius
in mutis nec uestigium aliquod nec ulla suspicio inueniri
potest. religionis est propria iustitia, quae nullum aliud 13

AVCTORES 11 s.] Verg. Aen. IV 402 s. 14—16] Verg. Georg. IV 155—157.

BP/ 1 denique] *P*, dei·quae *B* uoces notis *scripsi (cf. Inst. III 10. 2* suas uoces propriis inter se notis discernunt atque dinoscunt*)*, uocis notas *edd.;* uoces notas (no *s. l.* B^3, *sed* n *in 2 litt. er. et* o *ex* u *uel* e*) BP* 5 rictum *(*i *m. 2,* ct *in 2 litt. er. m. 3) B* 7 animaliaq. B^1, *corr.* B^2 diuersis B^1, *corr.* B^3 8 e˪t˩ B^2 pluris B^1, *corr.* B^2 11 acerbum B^1, *corr.* B^2 12 cum populant *(*um *in er.* on *?* B^2*) BP cum codd. Vergilii, quod propter editores monendum est paene omnes* comportant *scribentes* hiemes P^1 14 quae] et *Vergil.* sol*ae *(*e *er.) B*, solạe *(*a *exp. m. 2, sic) P* 17 exse*qui *(*x *in ras. m. 3, ante* q *er.* t *?) B* uel|lim *(*i *minus cert.) m. 1,* uelim|ea, *add.* im *m. 3,* ea *in ras. m. 2. B* 18 soleat B^1P^1, *s. l. corr.* B^3P^2 19 mu*tis *(*l *er.) B* 21 mutis B 22 qu˪ã˩ B^2

animal attingit. homo enim solus inpertit, cetera sibi conciliata sunt. iustitiae autem dei cultus adscribitur: quem qui non suscipit, hic a natura hominis alienus uitam pecudum
14 sub humana specie uiuet. cum uero a ceteris animalibus hoc paene solo differamus, quod soli omnium diuinam uim potestatemque sentimus, in illis autem nullus sit intellectus dei, certe illud fieri non potest ut in hoc uel muta plus sapiant uel humana natura desipiat, cum homini ob sapientiam et cuncta quae spirant et omnis rerum natura subiecta
15 sit. quare si ratio, si uis hominis hoc praecellit et superat ceteras animantes, quod solus notitiam dei capit, apparet religionem nullo modo posse dissolui.

1 8. Dissoluitur autem religio, si credamus Epicuro illa dicenti:

omnis enim per se diuum natura necesse est
inmortali aeuo summa cum pace fruatur
semota a nostris rebus seiunctaque longe.
nam priuata dolore omni, priuata periclis,
ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri,
nec bene promeritis capitur neque tangitur ira.

2 quae cum dicit, utrum aliquem cultum deo putat esse tribuendum an euertit omnem religionem? si enim deus nihil

AVCTORES 15—20] Lucr. II 646—651. 21 ss.] cf. Cic. de nat. deor. I 41, 115.

BP] 1 ho⌞m⌟o *B*² con⌞c⌟iliat⌞a⌟ *(a in er. u ?)* *B*², con⌞c⌟iliata *P*² 2 sut (n *m. 3)* *B* 3 hic *(h in ras. et* c *add. m. 3)* ∗a *(t er.)* *B* uitā *(˜ uidetur esse, uix macula est)* *P*, uita *B* 4 huma⌜na⌝ *P*² 5 *ante* solo *2 uel 3 litt. er.*, *B* ⌜uim⌝ *P*² 9 omni⌜s⌝ *B*², omni *B*¹*P* 11 notitia *B* de⌜i⌝ *(i s. l. m. 1 uel 2)* *B* 12s. dis⌜solui⌝ soluitur *B*² ⌞credamus⌟ *P*²? epicurū *B*ᵃᶜ, *corr. m. 1 uel 2* 15 diuina *ex* diuum *m. 3, eadem m. rursus* um *supra scr.*, *B;* diuom *codd. Lucr.* 16 inmortali *(n ex m)* *B*³ 17 ⌜a⌝ *B*³; ab *codd. Lucr.* no⌞s⌟tris *B*² rebus *om. P* seiuncta∗que *(i ras. ex* p *?, post* a *er.* m*)* *B* 18 ⌜dolore omni priuata⌝ *B*³ 19 nil] *P codd. Lucr.*, nihil *B* indiget, *sed* e *ex litt. incerta et* t *in eodem* t *m. 2,* indiga *m. 3,* *B* 20 cupitur *(pr.* u *ex* a, *sic)* *B*³ capitur neq: capitur nec tangitur *P* nec *(neque m. 1)* *B*³ 21 ⌜deo⌝ *B*³

cuiquam boni tribuit, si colentis obsequio nullam gratiam
refert, quid tam uanum, tam stultum quam templa aedificare,
sacrificia facere, dona conferre, rem familiarem minuere, ut
nihil adsequamur? at enim naturam excellentem honorari 3
oportet. quis honos deberi potest nihil curanti et ingrato? an
aliqua ratione obstricti esse possumus ei qui nihil habeat
commune nobiscum? deus inquit Cicero si talis est ut
nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur, ualeat.
quid enim dicam 'propitius sit'? esse enim propitius
potest nemini. quid contemptius dici potuit in deum? ualeat 4
inquit, id est abeat ac recedat, quandoquidem prodesse nulli
potest. quod si negotium deus nec habet nec exhibet, cur 5
ergo non delinquamus, quotiens hominum conscientiam fallere
licebit ac leges publicas circumscribere? ubicumque nobis
latendi occasio adriserit, consulamus rei, auferamus aliena
uel sine cruore uel etiam cum sanguine, si praeter leges
nihil est amplius quod uerendum sit. haec dum sentit Epi- 6
curus, religionem funditus delet: qua sublata confusio ac
perturbatio uitae sequetur. quod si religio tolli non potest, 7
ut et sapientiam, qua distamus a beluis, et iustitiam retinea-
mus, qua communis uita sit tutior, quomodo religio ipsa sine
metu teneri aut custodiri potest? quod enim non metuitur,
contemnitur, quod contemnitur, utique non colitur. ita fit ut

AVCTORES 4—7] Cic. de nat. deor. I 41, 116. 7—10] ibid. I 44, 124. 12] cf. ibid. I 30, 85 (Epicurea ed. Usener, sentent. I p. 394). 17—19] ibid. I 2, 3.

BP| 3 dono P^1 familiare⌜m⌝ B^3 4 ad *B* 5 honos *(s. l.* v *er.) P* 6 aliqua* *(*m *? er.) B* rati| P^1, one *extra uersum add.* P^2 7 si maxime talis est deus *codd. Cic.* 8 teneri *ex* teneatur B^2 9 dicam—esse enim *om. P* 11 habeat *B*, *abeat *(*h *? er.) P* prodeesse *B* 12 ex⌜h⌝ibet B^2 14 liceuit B^1, *corr.* B^2 res B^1, ⌜le⌝ges B^3 15 occansio *(*n *del. m. 3) B* consulamus rei *om. P* au*feramus *(*t *er.) B* 16 cum sanguinem *(*m *del. m. 3) B*, sanguine *(om.* cum*) P* 17 uerendum| *B*, colendum *P*, *recte?* cum *B* 19 sequitur *B* quod⌜si⌝ P^2 relio P^1, rele⌜gi⌝o *sic* P^2, 20 sapientia* *(*m *er.) sic B* qua distamus—iustitiam *om. P* 21 sit] *P*, f*it *(*u *er.) B* 23 ⌜quod contemnitur⌝ P^2

religio et maiestas et honor metu constet, metus autem non
8 est ubi nullus irascitur. siue igitur gratiam deo siue iram
siue utrumque detraxeris, religionem tolli necesse est. sine
qua uita hominum stultitia scelere inmanitate conpletur. mul-
tum enim refrenat homines conscientia, si credamus nos in
conspectu dei uiuere, si non tantum quae gerimus uideri de-
super, sed etiam quae cogitamus aut loquimur audiri a deo
9 putemus. at enim prodest id credere, ut quidam putant,
non ueritatis gratia, sed utilitatis, quoniam leges conscientiam
punire non possunt, nisi aliquis desuper terror inpendeat ad
10 cohibenda peccata. falsa est igitur omnis religio et diuinitas
nulla est, sed a uiris prudentibus uniuersa conficta sunt, quo
rectius innocentiusque uiuatur. magna haec et a materia quam
proposuimus aliena quaestio est, sed quia necessario incidit,
debet quamuis breuiter attingi.

1 9. Cum sententiae philosophorum prioris temporis de pro-
uidentia consensissent nec ulla esset dubitatio quin mundus
a deo et ratione esset instructus et ratione regeretur, primus
omnium Protagoras extitit temporibus Socratis qui sibi diceret
2 non liquere utrum esset aliqua diuinitas necne. quae dispu-
tatio eius adeo inpia et contra ueritatem et religionem iudi-
cata est, ut et ipsum Athenienses expulerint suis finibus et

AVCTORES 11—13] Cic. de nat. deor. I 42, 118. 19—83, 1] ibid. I 23, 63; cf. Minuc. Fel. 8, 3.

BP] 2 domino B^1, *corr.* B^3 seue P^1 4 conpe^scitur *ut uid.* B^1, conp⌞le⌟tur B^3 6 conspectum B tantumq:⌜ue⌝ P^2 uideri* *(t er.)* B 8 prodeest B 9 utilitati P ut quoniam B legis P^1 10 nisi *om.* B 12 confecta P 13 uibatur B^1, *corr.* B^3 etamate ria *m. 1*, etamat* materia *er.* e *et* mate *in fine uersus add. m. 2.* B 14 ante aliena *add.* quae B^2 16 ***prioris *(*pro *er.)* B proui-dentia* *(*m *er.)* B 17 ull⌞a⌟ P^2 esset—deo et ratione *in marg. sup. add.* P^2 quin] P^1, quid B^1, quod B^3 18 a *add.* B^2 primum P 19 protagoras *ut uid.* P^1, p⌞i⌟*tagoras P^2, pytagoras B 20 li⌜n⌝quere *(*n *m. 1, sic)* B, liquer& *(2 puncta er.)* P q:⌜ue⌝ P^2 21 adeo *(*a *add. m. 2)* B, ad/// (ō *? er.*, eo *m. 2)* P impia* *(*m *er.)* B iudicat⌜a⌝ B^2 22 atheniensis P^1

libros eius in contione [quibus haec continebantur] exusserint. de cuius sententia non est opus disputare, quia nihil certi pronuntiauit. post haec Socrates ipse et auditor eius Plato 3 et qui de schola Platonis tamquam riuuli diuersas in partes profluxerunt, Stoici et Peripatetici, in eadem fuere sententia qua priores. postea uero Epicurus deum quidem esse dixit, 4 quia necesse sit esse aliquid in mundo praestans et eximium et beatum, prouidentiam tamen nullam: itaque mundum ipsum nec ratione ulla nec arte nec fabrica instructum, sed naturam rerum quibusdam minutis seminibus et insecabilibus conglobatam. quo quid repugnantius dici possit non uideo. etenim 5 si est deus, utique prouidens est ut deus nec aliter ei potest diuinitas tribui, nisi et praeterita teneat et praesentia sciat et futura prospiciat. cum igitur prouidentiam sustulit, etiam 6 deum negauit esse. cum autem deum esse professus est, et prouidentiam simul esse concessit: alterum enim sine altero nec esse prorsus nec intellegi potest. uerum iis postea 7 temporibus quibus iam philosophia defloruerat, extitit Melius quidam Diagoras qui nullum esse omnino deum diceret, ob

AVCTORES 6—11] ad Epicuri frg. 368 Usener (p. 247, 35). 13 s.] cf. Cic. Tusc. I 27, 66 (cf. infra c. 10, 46). 18—24, 2] cf. Cic. de nat. deor. I 1, 2. 23, 63; Minuc. Fel. 8, 3.

BP| 1 conti⌜o⌝ne P^2 quibus haec continebantur *spuria eiecit Heumannus conl. Cic. de nat. deor. I 23, 63* Protagoras . . . Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus librique eius in contione combusti. *et Minuc. Fel. 8, 3* cum Abderiten Protagoram Athenienses uiri consulte potius quam profane de diuinitate disputantem et expulerint suis finibus et in contione eius scripta deusserint exu⌜s⌝serint B^2 2 cuius *(*ui *in ras. et* us *extra uersum add. m. 2) B* cert⌞i⌟ B^2 4 schola *(*h *exp. et linea del. m. 2) P*, sola B^1, scola B^3 deuersas B^1, *corr.* B^3 6 ⌞qua⌟ B^3 dominum B^1, *corr.* B^3 7 et *om. B* 8 prouidentia⌞m⌟ B^3 ⌜tamen nullam⌝ B^3 itaque *om.* B^1, *post* mundum *add.* B^3 9 ratione* *(*m *er.) B* 10 et *er., B* 11 quid quod B^1, quid hoc B^2 12 si*est *(*d *? er.) B* ⌞ut⌟ B^3 alteri *B* ei *om. B* 13 diui⌞n⌟itas⌟ $P^{1?}$ tribui// *(alt.* i *in ras. m. 2) B* teneat *B* 14 **cum *(*et *er.) B* 15 confessus *B* 17 iis] *edd.*, his *BP* 18 quibus *om. B* Melius] *Isaeus*, alius *(*u *ex* a *m. 1?) B*, aelius *P* 19 dicere *P*

eamque sententiam nominatus est atheus, item Cyrenaeus
Theodorus, et ambo quia nihil noui poterant reperire omnibus
iam dictis et inuentis, maluerunt contra ueritatem id negare
in quo priores uniuersi sine ambiguitate consenserant. hi sunt
qui tot saeculis, tot ingeniis adsertam atque defensam proui-
8 dentiam calumniati sunt. quid ergo? utrumne istos minutos
et inertes philosophos ratione an uero auctoritate praestantium
uirorum refellemus an potius utroque? sed properandum est,
ne longius a materia deuagetur oratio.
1 10. Qui nolunt diuina prouidentia factum esse mundum,
aut principiis inter se temere coeuntibus dicunt esse con-
cretum aut repente natura extitisse, naturam uero, ut Straton
ait, habere in se uim gignendi et minuendi, sed eam nec
sensum habere ullum nec figuram, ut intellegamus omnia
quasi sua sponte esse generata, nullo artifice nec auctore.
2 utrumque uanum et inpossibile. sed hoc euenit ignorantibus
ueritatem, ut quiduis potius excogitent quam id sentiant quod
3 ratio deposcit. primum minuta illa semina, quorum concursu
fortuito cohaesisse mundum locuntur, ubi aut unde sint quaero.
quis illa uidit umquam? quis sensit? quis audiuit? an solus
Leucippus oculos habuit? solus mentem? qui profecto solus

AVCTORES 10] de cap. 10 cf. *'Lact. u. Lucr.'* p. 234 ss. 12—14] Cic. de nat. deor. I 13, 35.

BP] 1 adheus B^1, *corr.* B^2 quireneus *B*, cyrineus *P* 2 theudorus B^1, *corr.* B^2 et] *P*, etiam *B* boni *ex* noui B^3 3 ma*luerunt *(l er.) B* uel contra *B* dene gare *ex 4 litt. incert. et* g nare B^3 4 quibus *B* priore *P* hi* *(i er.) P* 6 **utrumne *P* munitos B^1, minutos *in ras.* B^3 7 auctoritate] *codd. rec.*, ueritate *BP* 8 properandu *sic B* 9 longius a materia *(a m. 2 supra scripta er.) B* deuagetur] *edd.*, diuagetur *(sed s. l.* B^3*) BP* 12 *repente *(e er.) B* naturā *(˜ m. 2) B* 17 quisuis B^1, *corr.* B^3 sententiam B^1, sen***tiant B^2 19 fortuito] *B*, to P^1, tū *s. l. add.* P^2, *unde* totum *codd. rec., edd.; cf. Cic. de nat. deor. I 24, 66* concursu quodam fortuito; *II 37, 93* concursione fortuita co*isisse *(‿ m. 2) P*, coisse *codd. rec., edd.* loquuntur *(alt.* u *part. exp. et lin. del. m. 1, ut esset* i) *B* 20 ulla B^1, *corr.* B^3, illam *P* an] ā *(˜ minus cert.)* P^1, a⌜ut⌝ P^2, tam B^1, aut B^2 21 leuci⌜p⌝pus B^3

omnium caecus et excors fuit, qui ea loqueretur quae nec
aeger quisquam delirare nec dormiens posset somniare. quat- 4
tuor elementis constare omnia philosophi ueteres disserebant.
ille noluit, ne alienis uestigiis uideretur insistere, sed ipsorum
elementorum alia uoluit esse primordia quae nec uideri pos-
sent nec tangi nec ulla corporis parte sentiri. 'tam minuta 5
sunt' inquit 'ut nulla sit acies ferri tam subtilis qua secari
ac diuidi possint'. unde illis nomen inposuit atomorum. sed
occurrebat ei quod, si una esset omnibus eademque natura,
non possent res efficere diuersas tanta uarietate quantam
uidemus inesse mundo. dixit ergo esse leuia et aspera et
rotunda et angulata et hamata. quanto melius fuerat tacere 6
quam in usus tam miserabiles, tam inanes habere linguam!
equidem uereor ne non minus delirare uideatur qui haec
putet refellenda. respondeamus tamen uelut aliquid dicenti.
si leuia sunt et rotunda, utique non possunt inuicem se 7
adprehendere, ut aliquod corpus efficiant, ut si quis milium
uelit in unam coagmentationem constringere, leuitudo ipsa
granorum in massam coire non sinat. sin aspera et angulata 8
sunt et hamata, ut possint cohaerescere, diuidua ergo et seca-

AVCTORES 2 s.] cf. Lucr. I 703 ss. 4—6] cf. Lucr. I 265 ss. II 730 ss. 842 ss. 6—9] cf. Lucr. I 528 ss. 11 s.] cf. Cic. de nat. deor. I 24, 66; Lucr. II 333 ss. 381 ss. 17—19] cf. Lucr. II 453—455.

BP] 2 delerare B^1, *corr.* B^3 dormiens] *P*, dolorumiens *ut uid.* B^1, homodo^r^miens *part. in ras.* B^2 3 desserebant P^1 4 illa B^1, *corr.* B^3 5 **quae *(pars super. litterae* q *a m. 2) P* possint *(i ras. ex* u*) P* 6 sentire P^1 mitia *ut uid.* B^1, min⌜ut⌝a B^2 7 qua* *m er. *BP*, *sed* m *minus cert. in P* 8 a*tho⌜mo⌝rum *(s ? er.,* mo *s. l. add. m. 1) B* 9 ⌜si⌝ B^3 natura'* *(* ' *distinctionem add. m. 2,* m *er.) B* 10 non *om. P* 11 ⌜in⌝esse B^3 ergo *in 8 litt. er., quarum extremae* ro *?* B^3 leui*a** *(t et* te *er.) B* 'et aspera *fort. post* rotunda *(cf. 16. 19)*' *Thilo* 13 qua***m *(*ntu *er.) B* 14 et quidem *P* dilerare B^1, *corr.* B^3 15 put et B^1, pu* tet B^2 16 utique *om. B* se *in er.* rei *?* B^2 18 una* *(*m *er.)* coagmentatione* *(*m *er.) B* leuitudo *(*laeu-*) edd., sed nullum uocis antiquum exemplum extare uidetur* 19 massa *B* si *B* 20 hamata *(*h *in ras. ut uid. m. 2) P* possent *B* coherere *(*. *m. 2) P*

bilia sunt: hamos enim necesse est et angulos eminere, ut
possint amputari. ita quod amputari ac diuelli potest, et
9 uideri poterit et teneri. 'haec' inquit 'per inane inrequietis
motibus uolitant et huc atque illuc feruntur, sicut pulueris
minutias uidemus in sole, cum per fenestram radios ac lumen
inmiserit. ex his arbores et herbae et fruges omnes oriuntur,
ex his animalia et aqua et ignis et uniuersa gignuntur et
rursum in eadem resoluuntur'. ferri hoc potest, quamdiu de
rebus paruis agitur. 'ex his etiam mundus concretus est'.
10 inpleuit numerum perfectae insaniae, nihil uidetur ulterius
adici posse. sed inuēnit tamen ille quod adderet. 'quoniam
omne' inquit 'infinitum est nec potest quicquam uacare, ne-
11 cesse est ergo innumerabiles esse mundos'. quae tanta uis
fuerat atomorum, ut moles tam inaestimabiles ex tam minutis
conglobarentur? ac primum requiro quae sit istorum seminum
uel ratio uel origo. si enim ex illis sunt omnia, ipsa igitur
unde esse dicemus? quae natura tantam copiam ad efficiendos
12 et innumerabiles mundos subministrauit? sed concedamus
ut inpune de mundis delirauerit, de hoc loquamur in quo
sumus et quem uidemus. ait omnia ex indiuiduis corpusculis
13 fieri. si hoc ita esset, nulla res umquam sui generis semine
indigeret, sine ouis alites nascerentur aut oua sine partu,

AVCTORES 3—6] cf. Lucr. II 114 ss. 6 s.] cf. Lucr. I 744. 820 s. 10—13] cf. Lucr. II 1048 ss. 21 ss.] cf. Lucr. I 160 ss.
EXPILATORES § 9] Isidor. orig. XIII 2, 1.

BP] 1 hamis B^1, *corr.* B^2, ⌜h⌝amos P^2 ut *(*u *in er.* e *? m. 3) B* 2 poss⌞int⌟ B^3 *pr.* anputari *B. pr. et alt.* ãṅputari *(*˜ *add. et* n *exp. m. 2) P* 4 uolitans B^1, *corr.* B^3 atque (t *in er.* d *? m. 2) P* 5 minutias] *P*, micas *B*, *quod ex* § *32 huc relatum uid.; cf. Lucr. II 114 ss. (116* multa minuta*)*; sicut tenuissimi pulueres *Isidor. orig. XIII 2, 1* a⌜c⌝ B^2 6 ex] B^3P, et B^1 8 rursus *P* ea*dem *(*n *er.) B* quãdiu *(*˜ *m. 2) P* 9 *malim* ⟨sed⟩ *uel* ⟨at⟩ ex 10 inpleui⌜t⌝ B^2 nume**rum *(*ro *er.) B* ptecte *sic P* uidetur *om. P* 12 est *om. P* 14 inaestimabiles *(*aest *in 2 uel 3 litt. er. m. 2) B* 17 unde—natura *in sup. marg. add.* B^3 natura* *(*m *er.) P* 18 et *(i. e.* etiam, *cf. 9) om. P* subministrabit B^1, *corr.* B^2 concedam *P* 19 delerauerit B^1, *corr.* B^3 20 ⌜ex⌝ P^2 22 alitis P^1 oua] *B*, uas *P* ⌜sine⌝ *B*

item cetera uiuentia sine coitu, arbores et quae gignuntur e
terra, propria semina non haberent; quae nos cottidie tracta-
mus et serimus, cur ex frumento seges nascitur et rursum ex
segete frumentum? denique si atomorum coitio et conglobatio
efficeret omnia, in aere uniuersa concrescerent, siquidem per
inane atomi uolitant. cur sine terra, sine radicibus, sine 14
umore, sine semine non herba, non arbor, non fruges oriri
augerique possunt? unde apparet nihil ex atomis fieri. 15
quandoquidem una quaeque res habet propriam certamque
naturam, suum semen, suam legem ab exordio datam. deni- 16
que Lucretius quasi oblitus atomorum quos adserebat, quo
redargueret eos qui dicunt ex nihilo fieri omnia, his argumentis
usus est, quae contra ipsum ualerent. sic enim dixit:

nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
omne genus nasci posset, nil semine egeret.

item postea

nil igitur fieri de nilo posse putandum est,
semine quando opus est rebus, quo quaeque creatae
aeris in teneras possint proferrier auras.

quis hunc putet habuisse cerebrum, cum haec diceret nec 17
uideret sibi esse contraria? nihil enim per atomos fieri ex-
inde apparet, quod semen cuiusque rei certum est. nisi forte
ignis et aquae naturam ex atomis esse credemus. quid 18

AVCTORES 14 s.] Lucr. I 159 s. 17—19] Lucr. I 205—207

BP] 1 et *in er.* ac *aut* ae *B*[3] qu⌜a⌝e *B*[3] 2 nos *(*s *ex alia litt. m. 2 ?) P* 3 rursus *P* 4 atomorũ *(*ũ *add. m. 2) P* 5 aera *P*[1], *part. ras. corr. P*[2] concrescerent uniuersa *B* 8 augerique] *B*, aut generari *P*, *sed cf. Cic. de nat. deor. I 13, 35 (cf. supra Auctores ad p. 84, 12—14)* quae *(sc.* natura*)* causas gignendi augendi minuendi habeat 9 ⌜una⌝ *P*[2] qua⌜e⌝que *B*[2] haberet *B*[1], habeat *B*[2] 11 quo] *B*, ut *P* 13 est *om. B* molirent *B*[1], *corr. B*[3] 14 omnis *ut uid. B*[1], omnib. *B*[2] 15 nil] *codd. Lucr.*, nihil *BP* eiceret *B* 17 nil] *codd. Lucr.*, nihil *BP* nilo] *codd. Lucr.*, nihilo *BP* ⌜posse⌝ *P*[2] fatendumst *codd. Lucr.* 18 quoquequae *B*, quoq: quę *P* craeatae *B* 19 aeres *B*[1], *corr. B*[3] terras *P* proferrier] *codd. Lucr.*, proferri per *(*ꝑ *P) BP* 21 contraria˙* *(*˙ *distinctionem add. m. 2*, m *er.) B* 22 cuique *B*[1], *corr. B*[3] 23 igni *B* credimus *P*[1]

quod durissimi rigoris materiae si ictu uehementiore conlidant,
ignis excutitur? num in ferro aut silice atomi latent? quis
inclusit? aut cur sua sponte non emicant? aut quomodo
semina ignis in materia frigidissima permanere potuerunt?
19 mitto silicem ac ferrum. orbem uitreum plenum aquae si
tenueris in sole, de lumine quod ab aqua refulget ignis
accenditur etiam in durissimo frigore. num etiam in aqua
ignem esse credendum est? atquin de sole ignis ne aestate
20 quidem accendi potest. si cerae inhalaueris uel si uapor
leue aliquid attigerit, aut crustam marmoris aut laminam,
paulatim per minutissimos rores aqua concrescit. item de
halitu terrae aut maris nebula existit: quae aut dispersa
umefacit quidquid texerit, aut collecta in arduos montes ⟨et⟩
in sublime uento rapta stipatur in nubem atque imbres maxi-
21 mos deicit. ubi ergo dicimus liquores atomos esse? num
in uapore? num in halitu? num in uento? atquin nihil potest
22 consistere in eo quod nec tangitur nec uidetur. quid ergo
de animalibus loquar, in quorum corporibus nihil sine ratione,
sine ordine, sine utilitate, sine specie figuratum uidemus, adeo
ut sollertissima et diligentissima omnium partium membrorum-

AVCTORES 11 s.] cf. Lucr. I 305 ss. VI 470 ss. 13—15] cf. Lucr. VI 451 ss.

BP] 1 materies *(*es *ex* ae*)* B^2 ictu *om.* *B* conlida*t *(*n *er.)* *B*; conlidantur *codd. rec., edd., sed cf. Inst. II 8, 31* conlidant enim necesse est ea quorum . . ; *Archiu. lexicogr. et gramm. lat. VIII p. 130* 2 excuditur *coni. Buenemannus conl. Verg. Aen. I 174. Ge. I 135. Plin. h. n. XVI 40, 77* 5 omitto *P* a⌞quẹ⌟ P^2 6 tenuerit B^1, *corr.* B^3 7 aqua *(˜ er.)* *B* 8 credendum est] *P*, credent *B* ignes B^1, *corr.* B^3 9 in⌜h⌝alauerit P^2 c*erae *(*a *er.)* *B* 10 laeuis *(*a *del. m. 3)* *B* crystam *B* lãminam *(˜ m. 2)* *P* 12 ⌜h⌝alitu P^2 *pr.* aut] *P*, et *B* aut dispersa] *P*, aquam dispersam *B* 13 humifacit B^1, hume- B^2 et *add. Heusingerus, Emendat. p. 136; cf. Lucr. VI 451 ss.* 14 rapta] *P*, artata *aut renouauit aut ex alia primae m. scriptura, de qua* ar . . ta *apparet, fecit* B^3 15 deicet B^1, *corr.* B^3, deiẹcit *P* ubi] *P*, humi *B* *malim* dicemus liquores atomos] *B (*liquoris at. *Thilo)*, liquoresatos *P*, liquores natos *codd. rec., edd.* 16 $\overset{h}{a}lit\overset{v}{o}$ *(corr. m. 2)* *P* //atquin *(1 uel 2 litt. er.)* *P* 17 ego *B* 20 membrorum q.** *(punct. in ras. a m. 2,* uae *? er.)* *P*

que discriptio casum ac fortunam repellat? sed putemus 23
artus et ossa et neruos et sanguinem de atomis posse con-
crescere: quid sensus cogitatio mens memoria ingenium, qui-
bus seminibus coagmentari possunt? 'minutissimis' inquit.
sunt ergo alia maiora. quomodo igitur insecabilia? deinde, 24
si ex inuisibilibus sunt quae non uidentur, consequens est ut
ex uisibilibus sint quae uidentur. cur igitur nemo uidet? 25
sed siue inuisibilia quae sunt in homine consideres siue tac-
tilia quae ueniunt sub aspectum, ratione utraque constare quis
non uidet? quomodo ergo sine ratione coeuntia possunt ali-
quid efficere rationale? uidemus enim nihil esse in omni
mundo quod non habeat in se maximam mirabilemque rationem.
quae quia supra hominis sensum et ingenium est, cui rectius
quam diuinae prouidentiae tribuenda est? an simulacrum 26
hominis et statuam ratio et ars fingit, ipsum hominem de
frustis temere concurrentibus fieri putabimus? et quid simile
ueritatis in ficto, cum summum et excellens artificium nihil
aliud nisi umbram et extrema corporis liniamenta possit imi-
tari? num potuit humana sollertia dare operi suo aut motum
aliquem aut sensum? mitto usum uidendi audiendi odorandi 27
ceterorumque membrorum uel apparentium uel latentium mira-
biles utilitates: quis artifex potuit aut cor hominis aut uocem
aut ipsam sapientiam fabricare? quisquamne igitur sanus exi-
stimat, quod homo ratione et consilio facere non possit, id
concursu atomorum passim cohaerentium perfici potuisse?
uides in quae deliramenta inciderint, dum nolunt effectionem
curamque rerum deo dare. concedamus tamen his ut ex 28

AVCTORES 20—90, 10] ad Epicuri frg. 354 Usener (p. 238, 21).

BP] 1 disscriptio *sic P*, descriptio *B* 3 mens *om. P, sed cf.* § 46 uim memoriae mentis cogitationis memor *P* 4 minutissim*s (u *er.*, i *add. m. 1) B* 5 insecabilia] *P*, insensibilia *B* 6 sunt quae—uisibilibus *om. P* 7 uidit *B* 8 consideret *P* tactibilia *P* 9 aspectu *B* ⌞const⌟are P^1? 11 edicere *ut uid.* B^1, *corr.* B^3 16 frust*is *(r ? er.) P* concurrentis P^1 19 potius B^1, *corr.* B^3 20 sensum *(m add. m. 2) P* o*mitto *(m er.) P* audiendi** *(qu er.) B* 23 s⌞a`n⌟ *(`n i. e. us) P*^{2}? existimet *Heumannus*

atomis fiant quae terrena sunt: num etiam caelestia? deos
aiunt incorruptos aeternos beatos esse solisque dant inmuni-
29 tatem, ne concursu atomorum concreti esse uideantur. si
enim dii quoque ex illis constitissent, dissipabiles fierent
seminibus aliquando resolutis atque in naturam suam recur-
rentibus. ergo si est aliquid quod atomi non effecerint, cur
30 non et cetera eodem modo intellegamus? sed quaero, ante-
quam mundum primordia ista generassent, cur sibi dii habita-
culum non aedificauerint? uidelicet nisi atomi coissent cae-
lumque fecissent, adhuc dii per medium inane penderent.
31 quo igitur consilio, qua pactione de confuso aceruo se atomi
congregauerunt, ut ex aliis inferius terra conglobaretur, caelum
desuper tenderetur tanta siderum uarietate distinctum, ut
32 nihil umquam excogitari possit ornatius? tanta ergo qui
uideat et talia, potest existimare nullo effecta esse consilio,
nulla prouidentia, nulla ratione diuina, sed ex micis sub-
33 tilibus et exiguis concreta esse tanta miracula? nonne pro-
digio simile est aut natum esse hominem qui haec diceret
aut extitisse qui crederent, ut Democritum, qui auditor eius
fuit, uel Epicurum, in quem uanitas omnis de Leucippi fonte
34 profluxit? at enim, sicut alii dicunt, natura mundus effectus
est, quae sensu et figura caret. hoc uero multo est absurdius.
si natura mundum fecit, consilio et ratione fecerit necesse
est: is enim facit aliquid qui aut uoluntatem faciendi habet

AVCTORES 21 s.] cf. ad p. 84, 12—14 et Cic. de nat. deor. I 20, 53.

BP] 3 concursum B^1, m *del.* B^3 4 quique *ut uid.* B^1, *corr.* B^3 5 reuertentibus *P* 6 ergo *in mg.* *P* 8 mundus *P* generarent *P* 10 pderent P^1, *ras. et s. l. corr.* P^2 11 pactione] *B*, ratione *P*, *sed cf. Inst. III 17, 27* quo foedere inter se, qua mente conueniunt *(sc.* atomi*)* confus⌞o⌟ P^2 ⌜a⌝ceruo P^2 12 ali⌜i⌝s B^2 15 et *om.* B^1, ⌜ac⌝ B^2 consilia P^{ac} 16 micis] *B*, atomis *P*, *sed cf. Senec. de benef. IV 19, 3* te atomi et istae micae tuae forte ac temere conglobauerunt 17 et *om.* *P* 19 ut] *P*, aut *B* 20 omnes P^1 21 ali⌜i⌝ $B^{1?}$ ⌜effectus⌝ B^3 22 quam B^1, *corr.* B^3 sensus *P* 23 efficit B^1, effecit B^3 24 *is *(h er.)* *B* qu⌜i⌝aut P^2

aut scientiam. si caret sensu ac figura, quomodo potest ab 35
ea fieri quod et sensum habeat et figuram? nisi forte quis
arbitratur animalium fabricam tam subtilem tamque mirabilem
a non sentiente formari animarique potuisse aut istam caeli
speciem tam prouidenter ad utilitates uiuentium temperatam
nescio quo casu sine conditore, sine artifice subito extitisse.
si quid est inquit Chrysippus quod efficiat ea quae homo, 36
licet ratione sit praeditus, facere non possit, id pro-
fecto est maius et fortius et sapientius homine. homo
autem non potest facere caelestia: ergo illud quod
haec efficiat uel effecerit, superat hominem arte con-
silio prudentia potestate. quis igitur potest esse 37
nisi deus? natura uero, quam ueluti matrem esse rerum
putant, si mentem non habet, nihil efficiet umquam, nihil
molietur. ubi enim non est cogitatio, nec motus est ullus
nec efficacia. si autem consilio utitur ad incipiendum ali- 38
quid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, uirtute ad
consummandum, potestate ad regendum et continendum, cur
natura potius quam deus nominetur? aut si concursus ato- 39
morum uel carens mente natura ea quae uidemus effecit,
quaero cur facere caelum potuerit, urbem aut domum non
potuerit, cur montes marmoris fecerit, columnas et simulacra
non fecerit. atquin non debuerant atomi etiam ad haec 40
efficienda concurrere, siquidem nullam positionem relinquunt

AVCTORES 7—13] frg. ex Cic. de nat. deor. II 6, 16 (cf. III 7, 17. 10, 25) liberius redditum. 19—22] Cic. de nat. deor. II, 37, 94.

BP] 1 sensum *B*¹, m *del.* *B*³ 2 **sensum *(*in *er.) B* habet *B* **figuram *(*in *er.) B* 3 animalium] *B*, natura animalium *P* tamque mirabilem *om. P* 4 a* *(*t *er.) B* 5 spec⌞i⌟em *(*ti *? er.) P*² utilitatis *P*¹, *corr. P*², utilitatem *B* 7 est inquit] *edd.*, est enim *B*, inquit est *P* crysippus *B* 12 prouidentia *ex* prudentia *B*³ 14 habent *P* 15 mouetur *B* *alt.* ⌜est⌝ *P*² 16 consilio] *P*, consilio suo *B* 17 faciendum *B* 18 potestate* *(*m *er.) B* 20 efficit *B* 22 potueri⌞t⌟ *P*² montis *B*¹, *corr. B*² 23 feceri*t *(*n *er.) B* debuerent *ut uid. B*¹, *corr. B*³ athomi *B* 24 relinquunt *(pr.* u *del. m. 3. sic) B*, relinqu⌞unt⌟ *P*²

quam non experiantur? nam de natura quae mentem non
41 habeat non est mirandum quod haec facere oblita sit. quid
ergo est? utique deus cum inchoaret hoc opus mundi, quo
nihil potest esse nec dispositius ad ordinem nec aptius ad
utilitatem nec ornatius ad pulchritudinem nec maius ad molem,
quae fieri ab homine non poterant fecit ipse, in quibus etiam
hominem ipsum: cui particulam de sua sapientia dedit et
instruxit eum ratione quanta⟨m⟩ fragilitas terrena capiebat, ut
42 ipse sibi efficeret quae ad usus suos essent necessaria. si
uero in huius mundi ut ita dixerim re publica nulla pro-
uidentia est quae regat, nullus deus qui administret, nec
omnino sensus ullus in hac rerum natura pollet, unde igitur
mens humana tam sollers, tam intellegens orta esse credetur?
43 si enim corpus hominis ex 'humo' fictum est, unde 'homo'
nomen accepit, animus ergo, qui sapit, qui rector est cor-
poris, cui membra obsecuntur tamquam regi et imperatori,
qui nec aspici nec conprehendi potest, non potuit in hominem
44 nisi a sapiente natura peruenire. sed sicut omne corpus
mens et animus gubernat, ita et mundum deus. nec enim
ueri simile est ut minora et humilia regimen habeant, maiora
45 et summa non habeant. denique Marcus Cicero in Tuscu-
lanis et in Consolatione animorum inquit nulla in terris

AVCTORES 22 ss.] Cic. Tusc. I 27, 66 (Consol. frg. 13).

EXPILATORES 14 s.] cf. Isidor. orig. XI 1, 4; de diff. rer. XVII 47 (cf. ad Inst. II 10, 3).

BP] 1 ex,perientur, *sic* B^3 nam] *P*, qua'm *in ras.* B^3, *sed ' distinctionem add. m. 2*, m *fort. a m. 1 scriptum, a m. 2 in aliam litt. mutatum, a m. 3 restitutum est; ante* m *a m. 1 scriptum erat* cna *uel* ona *uel* ena natura* *(*m *er.) B* 3 quo* *(*d *er.) B* 4 *aptius *(*c *er.) B* 5 orna-t⸢i⸣us P^2, ordinatius *B* 6 etiam *om. B* 7 particula *B* 8 instrucsit B^1, *corr.* B^3 quantam *scripsi,* quanta *BP*, quantum *codd. rec., edd.* 9 esse⸢n⸣t B^2 11 quae] B^3P, quam B^1 12 sensum *B* polle⸢n⸣t B^3 13 intel gens *P* 15 *alt.* qui *om. P* 16 obsequntur *B* 17 in] *B*, ad *P* 18 a sapiente natura] *codd. rec., edd.*, ad sapientem natura *(˜ er.). B* ad sapientē *(m. 2)* natura *P* 19 mundus B^1, *corr.* (mundū) *ead. m.?* 20 et *om. P* 22 ⸢in⸣ P^2 consolatione *(s. l.* v *er.) P*

origo inueniri potest. nihil est enim in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse uideatur, nihil ne aut umidum quidem aut flabile aut igneum. his enim in naturis nihil 46
est quod uim memoriae mentis cogitationis habeat, quod et praeterita teneat et futura prouideat et conplecti possit praesentia: quae sola diuina sunt: nec enim inuenietur umquam unde ad hominem uenire possint nisi a deo. exceptis igitur duobus tribusue calum- 47
niatoribus uanis cum constet diuina prouidentia mundum regi, sicut et factus est, nec sit quisquam qui Diagorae Theodorique sententiam uel Leucippi inane commentum uel Democriti Epicurique leuitatem praeferre audeat auctoritati uel illorum septem priorum qui appellati sunt sapientes uel Pythagorae uel Socratis uel Platonis ceterorumque summorum philosophorum qui esse prouidentiam iudicauerunt, falsa igitur est et illa sententia qua putant terroris ac metus gratia religionem a sapientibus institutam, quo se homines inperiti a peccatis abstinerent. quod si uerum sit, derisi ergo ab antiquis 48
sapientibus sumus. quod si fallendi nostri atque adeo totius generis humani causa commenti sunt religionem, sapientes igitur non fuerunt, quia in sapientem non cadit mendacium. 49
sed fuerint sapientes: quae tanta felicitas mentiendi, ut non

BP] 1 origo inueniri] *P codd. Cic.*, inueniri origo *B* enim est *codd. Cic.* 2 ad *ut uid.* B^1, au't' B^3 3 aut *om. P* ⌜h⌝umidum B^2, humidum *P* 4 flauile B^1, fleuile B^3 in naturis] *codd. Cic.*, innatum *B*, naturis *P* 5 ⌜est⌝ P^2; inest *codd. Cic.* 6 quod] *B codd. Cic.*, quo *P* tenant B^1, ten⌜e⌝a*t B^2 praeuideat *(*ae *ex* o*)* B^2 8 enim *om. codd. Cic.* inuenietur] *codd. Cic.*, inueniuntur *BP* 11 teocritique *B* 12 sententia *B* l⌜e⌝ucippi *B* ⌜in⌝ane *(*in *s. l. m. 3, s. l.* a *er., quod add. m. 1 uel 2) B* democriti** *(*et *er.)* epicuriqu*e *(*a *er.) B* 13 auctoritatem B^1, *corr.* B^3 14 sunt appellati *P* Pythagorae— philosophorum] pythagorę *(*, *m. 2)* uel socratis uel platonis ceterorum philosoforum *P*, pythagorumque summorum philosophorum B^1, rae uel socratis uel platonis cetero *in inf. marg. add.* B^3 17 ⌜t⌝erroris *B*, erroris *P* 19 ergo derisi *P* 20 quo⌜d⌝si *B* 21 causa* *(*m *? er.) B* sapientis B^1, *corr.* B^3

modo indoctos, sed Platonem quoque ac Socratem fallerent
et Pythagoram Zenonem Aristotelem, maximarum sectarum
50 principes, tam facile deluderent? est igitur diuina prouidentia,
dentia, ut senserunt hi omnes quos nominaui: cuius ui ac
51 potestate omnia quae uidemus et facta sunt et reguntur.
nec enim tanta rerum magnitudo, tanta dispositio, tanta in
conseruandis ordinibus temporibusque constantia aut olim
potuit sine prouido artifice oriri aut constare tot saeculis sine
incola potenti aut in perpetuum gubernari sine perito ac sen-
52 tiente rectore: quod ratio ipsa declarat. quidquid est enim
quod habet rationem, ratione sit ortum necesse est. ratio
autem sentientis sapientisque naturae est. sapiens uero sen-
tiensque natura nihil aliud potest esse quam deus. mundus
autem quoniam rationem habet qua et regitur et constat,
53 ergo a deo factus est. quod si est conditor rectorque mundi
deus, recte igitur ac uere religio constituta est: auctori enim
rerum parentique communi honos uenerationque debetur.
1 11. Quoniam constitit de prouidentia, sequitur ut docea-
mus utrumne multorum deorum esse credenda sit an potius
2 unius. satis, ut opinor, ostendimus in nostris Institutionibus

20 Instit.] I 3 ss.

BP] 1 modo *add.* B^3 indictos B^1, *corr.* B^3 socraten *P* 2 et epythagoram *(e exp. m. 2) P* aristotelen *P* 3 deludere⌜n⌝t B^3 4 *ut *(a er.) P* hi* *(i er.) P* homines *P* uia *(a exp. m. 2) P* 5 ⌜f⌝acta B^3 6 dei dispositio *B* in *in er.* nū *?* B^3 7 conserendi⌞s⌟ B^3 ordin⌞ibus⌟ B^3 temporib: quae *(a exp. m. 2) P* constantiamaut B^1, constantiahaut B^2 olim—saeculis] demumpotuitsinealtero quiduxsitfici (per *s. l. et* ci *ex* ce *m. 3)* oriaut *(*ri *s. l. m. 3,* q *m. 1)* constaretot *(*ot *ex* et *m. 3)* saeculis *B* 8 constaret *P* saeculi⌜s⌝ P^2 9 incola *(*s *? s. l. er.) B* potentia *B* sentiēte B^1, s⌜ci⌝en***te B^3 10 rectore* *(*m *er.) B* ⌜enim⌝ P^2 11 ratione—necesse est *in marg.* P^2 12 **sapientisque *(*et *er.) B*, sapientis quae *(a exp. m. 2) P* naturae —sentiensque *om. P* 13 natura* *(*m *er.)* nihil ulliut *m. 1,* aliut *m. 3 B* 14 quoniam] *P*, qui eā *(⁻ m. 3) B* rationē *(⁻ m. 3) B* 15 quod⌜si⌝ B^3 rector⌜que⌝ B^3 17 honos *(*v *s. l. er.) P* ueneratio quae *(a exp. m. 2) P* 19 utrum⌞ne multo⌟rum $P^{1?}$ deorum *om. P* 20 ostendimus *(*mus *add. m. 2) P*, docuimus *B*

deos multos esse non posse, quod diuina uis ac potestas si
distrahatur in plures, deminui eam necesse sit: quod autem
minuitur, utique mortale est, si uero mortalis non est, nec
minui nec diuidi potest. deus igitur unus est. in quo uis 3
et potestas consummata nec minui potest nec augeri. si autem
multi sint, dum habent singuli potestatis aliquid ac numinis,
summa ipsa decrescit nec poterunt singuli habere totum quod
est commune cum pluribus: uni cuique tantum deerit, quan-
tum ceteri possidebunt. non possunt igitur in hoc mundo 4
multi esse rectores nec in una domo multi domini nec
in naui una multi gubernatores nec in armento aut grege
duces multi nec in uno examine multi reges, sed ne in caelo
quidem multi soles esse poterunt, sicut nec animae plures in
uno corpore: adeo in unitatem natura uniuersa consentit.
quod si mundum 5

spiritus intus alit totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet,

apparet testimonio poetae unum esse mundi habitatorem deum,
siquidem corpus omne nisi ab una mente incoli regique non
potest. omnem igitur diuinam potestatem necesse est in 6
uno esse cuius nutu et imperio regantur omnia. et ideo tantus
est, ut ab homine non possit aut uerbis enarrari aut sensibus
aestimari. unde igitur ad homines opinio multorum deorum 7

AVCTORES § 4] cf. Minuc. Fel. 18, 7. 9—11] ad Cic. de re p. L. XXXVIIII dubitanter referebat Maius (ed. 1822 p. 101 adn. 2). 16 s.] Verg. Aen. VI 726 s. 21—23] cf. Minuc. Fel. 18, 8.

BP] 2 plurimis *(sic)* *B* deminui—minuitur] *B*, diminuitur *P* 6 potestates P^1 7 poterunt] *P (sed* potuer̃. *exp.* u *m. 2) codd. rec.*, poterint *B* 8 plurimus B^{ac} deerit *(*i *part. ras. ex* a *? m. 2) P* 11 grege* *(*s *er.) B* armentorum grege *Heumannus, sed cf. Epit. 2, 4* in armento; *Minuc. Fel. 18, 7* dux unus in gregibus, in armentis rector unus 13 potuer̃ *P* 14 unitate *P, sed cf. Inst. I 18, 16. V 7, 3. 13, 2* 16 intus *add.* B^3 19 omne* *(*m *er.) B* una* *(*m *er.) B* mente *(*˜ *er.) B* 22 *pr.* aut *om. B* 23 ad *(*d *part. ras. ex* b *? m. 2) P*

persuasione peruenit? nimirum ii omnes qui coluntur ut dii,
homines fuerunt et idem primi ac maximi reges. sed eos aut
ob uirtutem qua profuerant hominum generi diuinis honoribus
adfectos esse post mortem aut ob beneficia et inuenta quibus
humanam uitam excoluerant inmortalem memoriam consecutos
8 quis ignorat? nec tantum mares, sed et feminas. quod cum
uetustissimi Graeciae scriptores, quos illi theologos nuncu-
pant, tum etiam Romani Graecos secuti et imitati docent:
quorum praecipue Euhemerus ac noster Ennius, qui eorum
omnium natales coniugia progenies imperia res gestas obitus
9 sepulcra demonstrant. et secutus eos Tullius tertio De natura
deorum libro dissoluit publicas religiones. sed tamen ueram,
quam ignorabat, nec ipse nec alius quisquam potuit inducere.
10 adeo et ipse testatus est falsum quidem apparere, ueritatem
tamen latere. utinam inquit tam facile uera inuenire
possem quam falsa conuincere! quod quidem non dissi-
mulanter ut Academicus, sed uere atque ex animi sententia
proclamauit, quia ueritas humanis sensibus erui numquam
potest: quod adsequi ualuit humana prouidentia, id adsecutus

AVCTORES 4 s.] cf. Verg. Aen. VI 663. 7 theologos] cf. Cic. de nat. deor. III 21, 53. 8—11] ibid. I 42, 119. 15 s.] ibid. I 32, 91.

BP] 1 persuasioue *ed. Paris. 1513. Heumannus.* persuasioque *Petrus Francius. cf. tamen Inst. II 1, 1* (deorum) cultus .. consensus hominum stulta persuasione suscepit ii] *edd.*, hi *B*, hi* *(i er.) P* *om*nes *(h et i er.) P* 2 et *add.* B^3 3 quia *P* genere B^1, *corr. fort. ead. m.* 4 iubent'a *m. 1*, inuenta|* *corr. m. 2 et iterum m. 3, B* 5 inmortalitatem B^1, inmortalitatis B^2 consecutus B^1, *corr.* B^3 6 feminas] *P*, feminas plures *B* 7 theologi B^1, *corr.* B^3 9 praecipui—demonstrant. et *(11) Heumannus* eu⌜he⌝merus B^2 ac] PB^3, aut B^1 10 obitus *(us in er. a et litt. inc. m. 3) B* 11 sepulcra] B^3, simulacra B^1P; *cf. Inst. V 19, 15; Epit. 13, 2; Cic. de nat. deor. I 42, 119* mortes et sepulturae demonstrat *(n s. l. m. 2, del. m. 3) B* 12 uera⌜m⌝ B^3 15 latere *(at in er. ed ? m. 3) B* utinã *(˜ m. 2) B* 16 possim *codd. Cic.* falsam *(m exp. et del. m. 2) P* conuincerem *(m exp. et del. m. 2) P* 17 achademicus *B* animi* *(s er.) B*, animis *(s del. m. 2) P* 18 proclamabit B^1, *corr.* B^2 19 ualuit] *codd. rec.*, uoluit *P*, potuit *B*

est, ut falsa detegeret. quidquid est enim fictum et commen-
ticium, quia nulla ratione subnixum est, facile dissoluitur.
unus est igitur princeps et origo rerum deus, sicut Plato in 11
Timaeo et sensit et docuit: cuius maiestatem tantam
esse declarat, ut nec mente conprehendi nec lingua
exprimi possit. idem testatur Hermes, quem Cicero ait 12
in numero deorum apud Aegyptios haberi, eum scilicet
qui ob uirtutem multarumque artium scientiam Termaximus
nominatus est, et erat non modo Platone, uerum etiam Pytha-
gora septemque illis sapientibus longe antiquior. apud 13
Xenophontem Socrates disputans ait formam dei non opor-
tere conquiri, et Plato in Legum libris, quid omnino sit
deus, non esse quaerendum, quia nec inueniri possit
nec enarrari. Pythagoras quoque unum deum confitetur 14
dicens incorporalem esse mentem quae per omnem rerum
naturam diffusa et intenta uitalem sensum cunctis animantibus
tribuat. Antisthenes autem in Physico unum esse naturalem
deum dixit, quamuis gentes et urbes suos habeant
populares deos. eadem fere Aristoteles cum suis Peripate- 15
ticis et Zeno cum suis Stoicis. longum est enim singulorum

AVCTORES 4—6] Plat. Tim. p. 28 C (cf. Cic. ibid. I 12, 30. Minuc. Fel. 19, 14). 6—9] Cic. ibid. III 22, 56. 11 s.] Xenoph. Memor. IV 3, 13 (cf. Cic. ibid. I, 12, 31; Minuc. Fel. 19, 13). 12—14] Plat. Legg. VII 821 A (cf. Cic. ibid. I 12, 30). 14—17] Cic. ibid. I 11, 27 (cf. Minuc. Fel. 19, 6). 17—19] Cic. ibid. I 13, 32.

EXPILATORES 8 s. qui ob uirtutem—nominatus est] Isidor. orig. VIII 11, 49.

BP] 1 *alt.* est *om. P* commentitium *B* 2 subnixu⌜m⌝ *B*[3] 4 timeo (. *m. 2) P*, timea *B*[1], timeo *B*[3] 5 ⌜ut⌝ *B*[2] 8 Termaximus] *BP*, Trismegistus id est Termaximus *Isidor. orig. VIII 11, 49, recte?* 9 est *om. P* pythagoram (m *del. m. 3) B* 10 ⌜et⌝ septem *B*[3] antiquior] *P*, antiquior fuit *B* 11 nosfontem (m *exp. m. 1 ?) B*[1], *corr. B*[3] *post* ait *in spatio* qui *add. B*[2], *postea er.* forma⌞m⌟ *B*[3] d⌞e⌟i *B*[3] 12 om⌜n⌝ino *B*[2] 15 quam *B*[1], *corr. B*[3] 16 anima libus *P*[1], animan tibus (t *part. ras. ex* l) *P*[2] 17 antistenes *B* disico *B*[1], tisico *B*[2], fisico *B*[3], fysico *P* 19 ea*dem (n ? *er.) B* aristo⌜te⌝les *B*[3] peripateticis et zenon cum suis *in inf. marg. add. B*[3]

sententias exsequi: qui licet diuersis nominibus sint abusi.
ad unam tamen potestatem quae mundum regeret concurrerunt.
16 sed tamen summum deum cum et philosophi et poetae et
ipsi denique qui deos colunt saepe fateantur. de cultu tamen
et honoribus eius nemo umquam requisiuit. nemo disseruit,
ea scilicet persuasione qua semper beneficum incorruptumque
credentes nec irasci eum cuiquam nec ullo cultu indigere
arbitrantur. adeo religio esse non potest ubi metus nullus est.
1 12. Nunc. quoniam respondimus inpiae quorundam de-
testabilique prudentiae uel potius amentiae. redeamus ad
2 propositum. diximus religione sublata nec sapientiam teneri
posse nec iustitiam. sapientiam, quia diuinitatis intellectus
quo differimus a beluis in homine solo reperiatur. iustitiam,
quia nisi cupiditates nostras deus qui falli non potest coer-
3 cuerit. scelerate inpieque uiuemus. spectari ergo actus nostros
a deo non modo ad utilitatem communis uitae attinet. sed
etiam ad ueritatem. quia religione iustitiaque detractis uel
ad stultitiam pecudum amissa ratione deuoluimur uel ad
bestiarum inmanitatem. immo uero amplius, siquidem bestiae
4 sui generis animalibus parcunt. quid erit homine truculen-
tius, quid inmitius, si dempto metu superiore uim legum
5 aut fallere potuerit aut contemnere? timor igitur dei solus
est qui custodit hominum inter se societatem. per quem uita

11 diximus] c. 8, 7.

BP] 1 qui *om.* *B* 2 regere⌜t⌝ B^3 3 cum] PB^3. quem B^1 5 requisibit B^1, *corr.* B^3 6 benefic*um *(i er.)* *B* 7 ⌞cui⌟quam B^3 9 estaubique B^1, ⌜d⌝e⌜te⌝stabilique B^2 10 imprudentiae *codd. rec., edd.* 11 sapientia *P* teneri—sapientia *(sic) part. s. l. part. in marg. add.* B^3. teneri posse nec iustitiam *P*; sapientiam *Buenemannus* 12 quia *om.* *P* *post* intellectus *s. l. add.* est B^2 13 differrimur *sic (r exp. m. 2)* *P* repperire B^1, *corr.* B^3 14 cupiditatis P^1 15 actos P^1 nos⌜tros⌝ B^2 16 *post* modo *s. l. add.* quae B^3 17 religionem *(m del. m. 3)* *B* iustitiamque *(m del. m. 3)* *B* detracta* *(s er.)* *P* 19 uestiarum B^1, *corr.* B^2 20 sui* *(s er.)* *B* generi**s *(bu er.)* *B* 21 de superiore *codd. rec., probat Buenemannus (cf. Cyprian. p. 12, 8. 359, 3)*. superioris *Heumannus* 23 homi//num *ex* hommium *(sic) ut uid.* P^2 ⌜se⌝ B^2 uita* *(m er.)* *B*

ipsa sustinetur munitur gubernatur. is autem timor aufertur.
si fuerit homini persuasum quod irae sit expers deus, quem
moueri et indignari, cum iniusta fiunt, non modo communis
utilitas, sed etiam ratio ipsa nobis et ueritas persuadet.
rursum nobis ad superiora redeundum est, ut quia docuimus a
deo factum esse mundum, doceamus quare sit effectus.

13. Si consideret aliquis uniuersam mundi administratio-
nem, intelleget profecto quam uera sit sententia Stoicorum,
qui aiunt nostra causa mundum esse constructum. omnia
enim quibus constat quaeque generat ex se mundus, ad utili-
tatem hominis adcommodata sunt. homo igni utitur ad 2
usum calefaciendi et luminis et molliendorum ciborum ferri-
que fabricandi. utitur fontibus ad potus et ad lauacra, flumi-
nibus ad agros inrigandos terminandasque regiones. utitur
terra ad percipiendam fructuum uarietatem, planis ad segetem,
collibus ad conserenda uineta, montibus ad usum arborum
atque lignorum. utitur mari non solum ad commercia et
copias ex longinquis regionibus ferendas, uerum etiam ad
ubertatem omnis generis piscium. quod si his elementis utitur 3
quibus est proximus, non est dubium quin et caelo, quoniam
et caelestium rerum officia ad fertilitatem terrae ex qua uiui-

AVCTORES 8 s.] cf. Cic. de nat. deor. II 61, 154; Epit. 24 (29), 5. § 2—7] cf. ibid. I 60, 151 s. 39, 98 ss.

BP] 1 his *B* 2 hominum B^1, *corr.* B^3 *post* sit expers *locus 98, 23—99, 2* societatem—quod ire *(sic)* sit *repetitus a m. 1, nisi quod recte 98, 23* uita, *99, 1* is, *2* homini *scriptum est, locum uncis inclusit m. 2, B* 5 rursus *P* superior⌞a⌟ B^3 7 uniuersã *(˜ m. 2) P* 8 intellegit B^1, *corr.* B^3 9 nostri *(*i *ex* a*)* B^3 11 hominis] *P*, solius hominis *B*, *sed cf. § 25* propter hominem 12 molliendorum] *Lengletius*, mol*endorum *(*i *er.) B*, mouendorum *P*, coquendorum *codd. rec., edd.; cf. Cic. de nat. deor. I 60, 151* ad mitigandum cibum 13 ac *(ante* potus*)* B^1, *corr.* B^2 14 terminandosque B^{ac} 15 percipiendã *(˜ add.* B^3 P^2*?) BP* frugum *P*, *sed cf. Cic. de imp. Pomp. 6, 14* uarietate fructuum uarietate⌜m⌝ B^3 planis ad segetem *om. P* 18 longiquis *B* re**gionibus *(*li *er.) B* perferendas *B* 19 ueritatem B^1, uarietatem B^2 20 et *(*t *in er.* c *? m. 2) B* qm̃ *(i. e.* quoniam*) ex* qñ *(i. e.* quando*)* P^2 21 ⌜et⌝ $B^?$

4 mus temperata sunt. sol inrequietis cursibus et spatiis inaequabilibus orbes annuos conficit et aut oriens diem promit ad laborem aut occidens noctem superducit ad requiem, et tum abscessu longius ad meridiem tum accessu propius ad septentrionem hiemis et aestatis uicissitudines facit, ut et hibernis umoribus ac pruinis in ubertatem terra pinguescat et aestiuis caloribus uel herbidae fruges maturitate durentur uel quae sunt in umidis, incocta et feruefacta mitescant.
5 luna quoque nocturni temporis gubernatrix amissi ac recepti luminis uicibus menstrua spatia moderatur et caecas tenebris horrentibus noctes fulgore suae claritatis inlustrat, ut aestiua itinera et expeditiones et opera sine labore ac molestia confici possint, siquidem

nocte leues melius stipulae, nocte arida prata
tondentur.

astra etiam cetera uel ortu uel occasu suo certis stationibus
6 opportunitates temporum subministrant. sed et nauigiis, quominus errabundo cursu per inmensum uagentur, regimen praebent, cum ea rite gubernator obseruans ad portum desti-
7 nati litoris peruehatur. uentorum spiritu attrahuntur nubes, ut sata imbribus inrigentur, ut uites fetibus, arbusta pomis

AVCTORES 14 s.] Verg. Georg. I 289 s.

BP] 1 sunt *(add. m. 2)* sūnt *(exp. m. 1 uel 2)* sol** (is *er.) B* inaequalibus *B*, *sed cf. Inst. VII 14, 8* (siderum) inaequabiles motus 2 orbis P^1 3 ⌜noctem⌝ B^3 4 abscessu* *(*m *er.) B* longius] *edd.*, longus *P*, longius—accessu *om. B* propio *(*o *ex* us*) sic* B^3, propi//us *ex* proprius P^2 5 et ut *B* 6 umoribus *(*h *s. l. er., quod add. m. 2) B*, humoribus *P* *ubertatem *(*h *er.) P* 7 aesti⌞uis⌟ B^3 ue⌞l⌟ B^3 heruide B^1, herbid⌜a⌝e B^2 8 umidis *(*h *s. l. er., quod add. m. 2) B* micant B^1, mi⌜ti⌝gent B^2, n *expunx.* B^3 10 uiribus B^1, *corr.* B^3 ⌜et⌝ B^3 11 ⌞su⌟ę P^2 claritates P^1 inlustret *P* 12 operas|in B^1, opera sin⌜e⌝ B^2 13 possi⌜n⌝t B^2 16 occansu *(*n *del. m. 3) B* s⌜t⌝ationibus B^2, sationibus *P* 17 oportunitatis P^1 subministra⌜n⌝t B^2 18 *errabundo *(*s *er.) B* curso P^1 19 portus *B* destinati *(alt.* i *add. m. 2) P* 20 spiritu* *(*s *er.) B* atrahuntur (d *s. l. m. 2*, a *s. l. m. 1 uel 2) B* 21 inbribus *B* arbusta *(*usta *in er.* ora *? m. 3) B* pomis *(*o *in 2 litt. er.) P*



exuberent. et haec per orbem uicibus exhibentur, ne desit
aliquando quo uita hominum sustineatur. at enim ceteras ani
mantes eadem terra nutrit et eiusdem fetu etiam muta pa
scuntur. num etiam mutorum causa deus laborauit? minime,
quia sunt rationis expertia. sed intellegimus et ipsa eodem
modo in usum hominis a deo ficta partim ad cibos partim
ad uestitum partim ad operis auxilia, ut clarum sit diuinam
prouidentiam rerum et copiarum abundantia hominum uitam
instruere atque ornare uoluisse, ob eamque causam et aerem
uolucribus et mare piscibus et terram quadrupedibus inpleuit.
sed Academici contra Stoicos disserentes solent quaerere cur, 9
si omnia deus hominum causa fecerit, etiam multa contraria
et inimica et pestifera nobis reperiantur tam in mari quam
in terra. quod Stoici ueritatem non perspicientes ineptissime 10
reppulerunt. aiunt enim multa esse in gignentibus et in nu-
mero animalium quorum adhuc lateat utilitas, sed eam pro-
cessu temporum inuentu<i>ri, sicut iam multa prioribus saeculis
incognita necessitas et usus inuenerit. quae tandem utilitas 11
potest in muribus in blattis⁺ in serpentibus reperiri, quae
homini molesta et perniciosa sunt? an medicina in his aliqua
latet? quae si est, inueniatur aliquando, nempe aduersus

AVCTORES § 8] cf. Cic. de nat. deor. II 63, 158 ss. § 9] cf. Cic. Acad. pr. II 38, 120. 14—20. 102, 1—3] Chrysippea ut uid., cf. Plutarch. de Stoic. rep. 21, 4 (οἱ μύες).

BP] 1 ex⌜h⌝ibentur *B*[2] 2 quo* *(d er.) B* sustinetur *B* 4 mu*torum *(l er.) B* minimo *P*[1] 5 exper*tia *(i er.) B* 6 in*usum *P* facta *codd. rec., edd.* ad cibos partim *om. P* 7 opus *P*[1], ope(ris) *P*[2] 8 *abundantia *(h er.) P* uitam instruere adque *(sic) in marg. sup. add. B*[3] ui⌞tā instru⌟ere *P*[2] 9 ordinare *(di exp. m. 3) B* ab *B*[1], *corr. B*[2] eāque *(˜ er. restituit m. 3) B* causam *(m er. restit. m. 3) B* 10 quadripedibus *P* impleuisse *Heumannus* 12 contrariauis *B*[1], contrari⌜a⌝ab⌜h⌝is *B*[2] 13 *alt.* et *om. B*[1]*P, s. l. add. B*[2] in *add. B*[2] 14 istoici *B* respiciente⌞s⌟ *P*[2] 15 aiunt *(nt part. in ras. m. 2) P* multa* *(s er.) B* esse *om. P* 16 quorũ *(˜ add. m. 1 uel 2) B* adhuc *om. P* 17 inuentuiri *scripsi,* inuenturi *BP. cf. ad Inst. I 6, 13 (p. 23, 4);* inueniri *edd.* 19 et in blattis ⌜et⌝ *(et s. l. m. 1 uel 2) B* 20 ⌜sunt⌝ *B*[3] 21 inueniatur] *Heumannus,* inuenitur *B,* inuenietur *P*

12 mala, cum id illi querantur, esse omnino malum! uiperam
ferunt exustam in cineremque dilapsam mederi eiusdem bestiae
morsui. quanto melius fuerat eam prorsus non esse quam
13 remedium contra se ab ea ipsa desiderari! breuius igitur
ac uerius respondere potuerunt in hunc modum: deus cum
formaret hominem ueluti simulacrum suum, quod erat diuini
opificii summum, inspirauit ei sapientiam soli, ut omnia im-
perio ac dicioni suae subiugaret omnibusque mundi commodis
uteretur. proposuit tamen ei et bona et mala, quia sapientiam
dedit, cuius omnis ratio in discernendis bonis ac malis sita
14 est. non potest enim quisquam eligere meliora et scire
quod bonum sit, nisi sciat simul reicere ac uitare quae mala
sunt. inuicem sibi alterutra conexa sunt, ut sublato alterutro
15 utrumque sit tolli necesse. propositis igitur bonis malisque
tum demum opus suum peragit sapientia |et quidem bonum
16 adpetit ad utilitatem, malum reicit ad salutem. ergo sicut
bona innumerabilia data sunt quibus frui posset, sic etiam
mala quae caueret. nam si malum nullum sit, nullum peri-
culum, nihil denique quod laedere hominem possit, tolletur
17 omnis materia sapientiae nec erit homini necessaria. positis
enim tantummodo in conspectu bonis quid opus est cogita-
tione intellectu scientia ratione, cum quocumque porrexerit

AVCTORES 9—14] cf. Epit. 24 (29), 6 ss.

BP] 1 omnino] PB^{3}, homini non B^{1} 2 dilapsā *(˜ m. 2) B*, diem-lapsam *(em exp. m. 2) P* uestie B^{1}, *corr.* B^{2} 4 semedium B^{1}, *corr.* B^{2} ab eā ipsa *B* 5 mundum *B* 6 formasset *P* diuini *om. P* 7 opiċfici⌜i⌝ *(c exp. et del. m. 1,* i *s. l. m. 1 uel 2) B* ei] *P*, esse B^{1}, et B^{3} 8 omnibus⌜q.⌝ B^{3} 9 *pr.* et] *P*, ut (z *i. e.* et *m. 3) B* (z above ut) 10 omni⌜s⌝ B^{2} malis ac bonis *P* 11 potes⌜t⌝ B^{3} 12 quid *edd.* si*t *(n er.) B* scia*t *(n er.) B* 13 alterutra] *P*, altero *B* conexa sunt ut sublato altero *(sic!) s. l. add.* B^{3} 14 ⌜t⌝olli B^{2} necess⌞e⌟* *(et ? er.) P* 15 su⌜u⌝m *(u s. l. m. 1 uel 2) B* 17 *post* sunt *add.* homini *ed. Venet. 1471, probat Heumannus* 18 nullum sit, nullum] *edd.*, sit nullum *(= et — m. 3) B*, nullum sit *P* 19 denique nihil *B* posset *(e ex* i *m. 3) B* tollitur *P* 20 sapientia *B* 21 tantummodum B^{1}, *corr.* B^{2} cogitatione* *(m er.) B* 22 intellectu* *(s er.) B* cum *om. P*

manum, id naturae aptum et adcommodatum sit? ut si quis uelit apparatissimam cenam infantibus qui nondum sapiant adponere, utique id adpetent singuli quo unum quemque aut impetus aut fames aut etiam casus attraxerit, et quidquid sumpserint, id illis erit uitale ac salubre. quid igitur nocebit 18
eos sicuti sunt permanere et semper infantes ac nescios esse rerum? si autem admisceas uel amara uel inutilia uel etiam uenenata, decipientur utique per ignorantiam boni ac mali, nisi accedat his sapientia per quam habeant malorum reiectionem bonorumque dilectum. uides ergo magis propter mala 19
opus nobis esse sapientia: quae nisi fuissent proposita, rationale animal non essemus. quod si haec ratio uera est, quam 20
Stoici nullo modo uidere potuerunt, dissoluitur etiam illud argumentum Epicuri. 'deus' inquit 'aut uult tollere mala et non potest, aut potest et non uult, aut neque uult neque potest, aut et uult et potest. si uult et non potest, inbe- 21
cillus est, quod in deum non cadit: si potest et non uult, inuidus, quod aeque alienum est a deo; si neque uult neque potest, et inuidus et inbecillus est ideoque nec deus; si et uult et potest, quod solum deo conuenit, unde ergo sunt

AVCTORES § 19—24] Epicuri frg. 374 Usener (p. 252, 30), sed ad § 20 s. cf. Zellerum *Philos. d. Griechen* III³ p. 428 adn. 4 et Schwenkium *Berliner philol. Wochenschr.* 1888 p. 1308 s., qui locum ad Cic. libri III de nat. deor. partem extinctam referendum esse conicit conl. Minuc. Fel. 12, 2 (Cic. de nat. deor. I 2, 3. Sext. Emp. Hypot. III 10).

BP] 1 manū *(˜ m. 2) B* ⌜ad⌝commodatum B^3, commodatum *P*, *sed cf. Cic. de fin. V 9, 24* quae naturae sentit apta . . . quod naturae est accommodatum 2 ue*lit *(l er.) B* c*enam *(a ? er.) B* 4 famis *B* 5 ⌜ac⌝ B^3 quid *(d add. m. 3) B* igitur *in er.* dicit *?* B^3 6 et *del. Heusingerus, Emendat. p. 140* 7 amara* *(m er.) B* 8 benenata B^1, *corr.* B^2 decipiuntur *P* ignorantiā *(˜ m. 2) P* 11 bonis *P* sapientia *(˜ er., quod add. m. 2 ?) B* 12 hec *in mg.* $P^{1?}$ 13 Stoici —potuerunt] *B (nisi quod* *stoici*)*, Stoici posuerunt *P edd., sed cf. § 10. 13* 16 *alt.* potest] *P*, non potest *B* si uult et non potest *s. l. add.* B^3 inbecillis (v) *(corr. m. 2) P* 17 e⌜s⌝t B^3 dn̄o P^1, dm̄// P^2 18 coeque B^1, qoeque (u da) *(q ex c et u et d s. l. m. 2, a s. l. m. 3) B pr.* neque *s. l. add.* B^3

22 mala aut cur illa non tollit?' scio plerosque philosophorum
qui prouidentiam defendunt, hoc argumento perturbari solere
et inuitos paene adigi ut deum nihil curare fateantur. quod
maxime quaerit Epicurus. sed nos ratione perspecta formi-
23 dolosum hoc argumentum facile dissoluimus. deus enim
potest quidquid uelit et inbecillitas uel inuidia in eo nulla
est, potest igitur mala tollere. sed non uult: nec ideo tamen
inuidus est. idcirco enim non tollit, quia sapientiam, sicut
edocui, simul tribuit et plus est boni ac iucunditatis in
sapientia quam in malis molestiae. sapientia enim facit ut
etiam deum cognoscamus et per eam cognitionem inmortali-
tatem adsequamur, quod est summum bonum. itaque nisi
prius malum agnouerimus, nec bonum poterimus agnoscere.
24 sed hoc non uidit Epicurus nec alius quisquam, si tollantur
mala, tolli pariter sapientiam nec ulla in homine uirtutis
remanere uestigia: cuius ratio in sustinenda et superanda
25 malorum acerbitate consistit. ita propter exiguum conpen-
dium sublatorum malorum maximo et uero et proprio nobis
bono careremus. constat igitur omnia propter hominem pro-
posita tam mala quam etiam bona.
1 14. Sequitur ut ostendam cur fecerit hominem ipsum
deus. sicut mundum propter hominem machinatus est, ita
ipsum propter se tamquam diuini templi antistitem, specta-
2 torem operum rerumque caelestium. solus est enim qui
sentiens capaxque rationis intellegere possit deum, qui opera
eius admirari, uirtutem potestatemque perspicere: idcirco enim
consilio mente prudentia instructus est, ideo solus praeter

BP] 2 prouidentiã *(˜ m. 2) B* 3 p⌜o⌝enae P^2 4 formidulosum *B* 6 ue*lit *(1 er.) B* eo] *B*, deo *P* 8 est *om. P* sapientiã *(˜m. 2) B* 10 quam ẹṇịṃ *(exp. m. 3)* in *B* 11 eam *in 3 litt. er., quarum prima* e *?, tertia* m *?* B^3 cognitionemortalitate B^1, cognitioneinmortalitate B^3 16 ⌞instituen⌟da *ex* in sustinenda *ut uid.* B^3 superanda] PB^3, sufferenda B^1 17 aceruitate B^1, *corr.* B^2 consistit ita] PB^3, constituta B^1 compe⌜n⌝dium P^2 22 sic *P* ma⌞ch⌟inatus P^2 25 operã *B*

ceteras animantes recto corpore ac statu fictus est, ut ad contemplationem parentis sui excitatus esse uideatur, ideo sermonem solus accepit ac linguam cogitationis interpretem, ut enarrare maiestatem domini sui possit, postremo idcirco ei cuncta subiecta sunt, ut fictori atque artifici deo esset ipse subiectus. si ergo deus hominem suum uoluit esse cultorem 2
ideoque illi tantum honoris attribuit, ut rerum omnium dominaretur, utique iustissimum est et deum qui tanta praestiterit amare et hominem qui sit nobiscum diuini iuris societate coniunctus. nec enim fas est cultorem dei a dei cultore uiolari. unde intellegimus religionis ac iustitiae 4
causa esse hominem figuratum. cuius rei testis est Marcus Tullius in libris De legibus ita dicens: sed omnium quae in doctorum hominum disputatione uersantur, nihil est profecto praestabilius quam plane intellegi nos ad iustitiam esse natos. quod si est uerissimum, deus 5
ergo uult omnes homines esse iustos id est deum et hominem caros habere, deum scilicet honorare tamquam patrem, hominem diligere uelut fratrem: in his enim duobus tota iustitia consistit. qui ergo aut deum non agnoscit aut homini nocet, 6
iniuste et contra naturam suam uiuit et hoc modo inrumpit institutum legemque diuinam.

AVCTORES 1 s.] cf. Cic. de nat. deor. II 56, 140 et ad Inst. II 1, 14. 3 linguam—interpretem] cf. Cic. ibid.: sensus interpretes . . rerum; Lucr. VI 1149 animi interpres . . lingua. 13—16] Cic. de legg. I 10, 28. § 5] cf. Matth. 22, 40.

BP] 1 factus *P* est *om. B* 2 uidetur *B* 4 enarrare* *P* 5 ⌊ut pi⌋ctori* *P*[2] deo] suo *Heumannus* esse⌈t⌉ *B*[2] 7 ⌈illi⌉ *B*[3] ut⌈re⌉rum *B*[2] 8 et *om. P* deum] *codd. rec.*, eum *BP* 9 et hominem] *PB*[2], et dominum *B*[1]*: locus in codd. rec. et edd. uarie exhibitus (cf. Buenemannum), multi post Egnatium edd.* et deum ⟨colere⟩ . . . et amare hominem. *sed ad unum* amare *codicum BP cf. § 20* deum et hominem caros habere 10 coniunctus*** *(*est *er.) B* dī *s. l. et* a dī cultore *in marg. sup. add. m. 2, P* 11 cultura* *(*e *er.) B* intellegitur *P, recte?* *religionis *(*o *er.) B* 13 omniumq. *B*[1], -quae *B*[2] 14 hominum doctorum *codd. Cic. et Lact. Inst. VI 25, 9* 19 delegere *B*[1], *corr. B*[2] nota *B* 20 *alt.* aut *s. l. add. B*[2] 21 rumpit *B, sed cf. Inst. I 18, 17* foedus inrumpent*; de ira 24, 12*

1 15. Hic fortasse quaerat aliquis unde ad hominem peccata
peruenerint aut quae prauitas diuini instituti regulam ad
peiora detorserit, ut cum sit ad iustitiam genitus, opera tamen
2 efficiat iniusta. iam superius explicaui simul deum propo-
suisse bonum ac malum et bonum quidem diligere, malum
autem quod bono repugnat odisse, sed ideo malum permisisse,
ut et bonum emicaret, quod alterum sine altero, sicut saepe
docui, intellegimus constare non posse: denique ipsum mun-
dum ex duobus elementis repugnantibus et inuicem copulatis
esse concretum, igneo et umido, nec potuisse lucem fieri,
nisi et tenebrae fuissent, quia nec superum esse potest sine
infero nec oriens sine occidente nec calidum sine frigido nec
3 molle sine duro. sic et nos ex duobus aeque repugnantibus
conpacti sumus, anima et corpore, quorum alterum caelo ad-
scribitur, quia tenue est et intractabile, alterum terrae, quia
conprehensibile est: alterum solidum est et aeternum, alterum
fragile atque mortale. ergo alteri bonum adhaeret, alteri
malum, alteri lux uita iustitia, alteri tenebrae mors iniustitia.
4 hinc extitit in hominibus naturae suae deprauatio, ut esset
necesse constitui legem qua possent et uitia prohiberi et uir-
5 tutis officia imperari. cum igitur sint in rebus humanis
bona et mala, quorum rationem declaraui, necesse est in

4 superius] c. 13, 20 ss. 7 sicut saepe docui] cf. ad Epit. 24 (29), 10.
AVCTORES § 5 ss.] ad Epicuri frg. 366 Usener (p. 244, 19).

BPJ 1 quaerat aliquis] *PB*², quae talia quis *B*¹ 2 aut] *P*, .at. *(puncta add. m. 2) B* 3 ⌜ut⌝ *B*³ genitus—iniusta iam *s. l. add. B*³ 4 proposuisse—repugnat] proposuisse bonum ˪hs.˩ *(in er.* ac *m. 3)* malum *m. 1, in marg. sup. add.* ac malum et bonum quidem diligere. hd. *m. 3* (hs. *et* hd. *ut p. 6, 10), sequitur* autem quod bono repugnat *a m. 1. B.* proposuisse bonum ac malum et bonum quidem diligere pugnat *P* 10 ⌜h⌝umido *B*² 11 potest esse *P* 12 inferos *B*¹, inferis *B*³ nec —occidente *in marg. sup. add. B*³ frigore *B* 14 anima] *P*, ⌜quae⌝ *(s. l. m. 1 uel 2)* sunt *B* altero caelum *B*¹, *corr. B*³ 15 est *om. B* 16 solidum est et aeternum *(= et — m. 3) B*, solidum et aeternum est *P* 20 constitui* (t *er.) B* possint *B* 21 imperare *(alt.* e *in er.* i *et litt. inc. m. 3) B* si//ut *(*i *ras. ex* u*) B* 22 declarari *B*

utramque partem moueri deum, et ad gratiam, cum iusta
fieri uidet, et ad iram, cum cernit iniusta. sed occurrit 6
nobis Epicurus ac dicit: 'si est in deo laetitiae adfectus ad
gratiam et odii ad iram, necesse est habeat et timorem et
libidinem et cupiditatem ceterosque adfectus, qui sunt inbe-
cillitatis humanae'. non est necesse ut timeat qui irascitur 7
aut maereat qui gaudet: denique iracundi minus timidi sunt
et natura laeti minus maerent. quid opus est de humanis
adfectibus dicere, quibus fragilitas nostra succumbit? consi-
deremus diuinam necessitatem, nolo enim naturam dicere,
quia deus numquam creditur natus. timoris adfectus habet 8
in homine materiam, in deo non habet. homo quia multis
casibus periculisque subiectus est, metuit ne qua uis maior
existat quae illum uerberet spoliet laceret adfligat interimat.
deus autem, in quem nec egestas nec iniuria nec dolor nec
mors cadit, timere nullo pacto potest, quia nihil est quod ei
uim possit adferre. item libidinis ratio et causa in homine 9
manifesta est. nam quia fragilis ac mortalis effectus est, ne-
cessarium fuit alterum sexum diuersumque constitui cuius
permixtione suboles effici posset ad continuandam generis
perpetuitatem. haec autem libido in deo locum non habet, 10
quia et fragilitas et interitus ab eo alienus est, nec ulla est
apud eum femina cuius possit copulatione gaudere, nec suc-
cessione indiget qui semper futurus est. eadem de inuidia 11
et cupiditate dici possunt: quae certis manifestisque de causis

BP] 1 dominum *B* 3 si est in deo *add.* B^3 ⌞lae⌟titiae B^3 4 odi B^1, odi⌜a⌝ *ut uid.*, B^2, odi⌜i⌝ B^3 iram (m *in er. eodem* m *m. 3)* *B* 6 ‹at› non *Heumannus* 7 iracundis *(om.* minus*)* B^1, iracundi* (minus) B^3 8 naturam (m *exp. m. 1 uel 2)* *B* 9 subcumbit *P* quod si con|sideremus (con *in fine uersus in er.* cō *? m. 3)* *B* 10 noli B^1, nol⌜u⌝i B^2, nolo B^3 11 num⌜quā⌝ B^3 cre⌜di⌝tur $P^{2?}$ habet *(*t *in er.* nt *? m. 3)* *B* 12 hominem *B* in deo] *P*, ideo *B* 13 quāuis *P* 14 interim ait B^1, *corr.* B^2 16 est *add.* $B^{2?}$ *ei *(*d *er.)* *B* 18 ac] *P*, et *B* 19 constitui* *(*t *er.)* *P* 20 permixtio⌜ne⌝ B^2 subolis *B* 22 *alt.* et] *P*, e*t *(*s *er.)* *B* *in pr.* est *er.* s *restituit* B^2 23 eum] PB^3, dominum B^1

12 in hominem cadunt, in deum nullo modo. at uero et gratia
et ira et miseratio habent in deo materiam recteque illis
utitur summa illa et singularis potestas ad rerum conser-
uationem.
1 16. Quaeret quispiam quae sit ista materia. primum acci-
dentibus malis adflicti homines ad deum plerumque confugiunt
mitigant obsecrant credentes eum posse ab iis iniurias pro-
pulsare. habet igitur deus causam miserandi: nec enim tam
inmitis est hominumque contemptor, ut auxilium laborantibus
2 deneget. item plurimi quibus persuasum est deo placere
iustitiam eumque, quia sit dominus ac parens omnium, uene-
rantur, ei precibus adsiduis ac frequentibus uotis dona et
sacrificia offerunt, nomen eius laudibus prosecuntur, iustis ac
bonis operibus demereri eum laborant. est ergo propter quod
3 deus et possit et debeat gratificari. nam si nihil est tam
conueniens deo quam beneficentia, nihil autem tam alienum
quam ut sit ingratus, necesse est ut officiis optimorum sancte-
que uiuentium praestet aliquid ac uicem reddat, ne subeat
4 ingrati culpam, quae est etiam homini criminosa. contra
autem sunt alii facinerosi ac nefarii qui omnia libidinibus
polluant, caedibus uexent, fraudent rapiant periurent, nec con-
sanguineis nec parentibus parcant, leges et ipsum etiam deum
5 neglegant. habet igitur in deo ira materiam. non est enim

BP] 1 cadent *B* uero et *om.* B^1, uero *s. l. add.* B^3 2 miseratio** (ne *er.*) *B* 5 quaeret] *Heusingerus, Emendat. p. 140 (adde Cic. p. Arch. 7. 15* quaeret quispiam*)*, quaerit *BP:* quaerit—materia? *Heumannus* addicentibus B^1, accedentibus B^3 7 iis] *edd.*, his *BP* iniuriis *P* 8 deus *om. P* 9 inmites P^1 hominum *B* contemptu' *(i. e. -us ?) ex* contemptor B^3 ⌜ut⌝ P^2 10 pluri⌜mi⌝ B^2 ⌜est⌝ B^3 11 eumque quia] *B*, eumque qui *P;* eum, quia *Heumannus*, eum, quippe qui *Buenemannus* 12 ei] *Halmius*, et *BP*, *del. Heumannus*, cum *edd.* 13 prosequuntur *(pr.* u *del.* B^3*) BP* 14 laborant. est *scripsi secutus* laborantes* (t *er.*) *B*, laborantes *P*, laborantes. ergo est *edd.*, laborantes. est *Halmius* 16 ⌞q⌟uam B^3 beneficentia* (m *er.*) *B* 18 subea⌜t⌝ B^2 19 ingratis *B* 20 facinorosi *P* ac] *B*, et *P* nefari⌜i⌝ B^2 21 peri*rent *(post* i *er.* e, *s. l. er.* i, *add.* u *m. 2 ? P* 22 dominum *B* 23 materiā (˜ *m. 2) B*

fas eum, cum talia fieri uideat, non moueri et insurgere ad
ultionem sceleratorum et pestiferos nocentesque delere, ut
bonis omnibus consulat: adeo et in ipsa ira inest gratificatio.
inania ergo reperiuntur argumenta uel eorum qui cum irasci 6
deum nolunt, gratificari uolunt, quia ne hoc quidem fieri sine
ira potest, uel eorum qui nullum animi motum esse in deo
putant. et quia sunt aliqui adfectus qui non cadunt in 7
deum, ut libido timor auaritia maeror inuidia, omni prorsus
adfectu eum uacare dixerunt. his enim uacat, quia uitiorum
adfectus sunt, eos autem qui sunt uirtutis, id est ira in malos,
caritas in bonos, miseratio in adflictos, quoniam diuina pote-
state sunt digna, proprios et iustos et ueros habet. quae 8
profecto nisi habeat, humana uita turbabitur atque ad tantam
confusionem deueniet status rerum, ut contemptis superatisque
legibus sola regnet audacia, ut nemo denique tutus esse possit
nisi qui uiribus praeualeat: ita quasi communi latrocinio
terra omnis depopulabitur. nunc uero quoniam et mali poenam
et boni gratiam et adflicti opem sperant, et uirtutibus locus
est et scelera rariora sunt. at enim plerumque et scelerati 9
feliciores sunt et boni miseriores et iusti ab iniustis inpune
uexantur. considerabimus postea cur ista fiant: interim de
ira explicemus, an sit aliqua in deo, utrum nihil curet omnino
nec moueatur ad ea quae inpie geruntur.

§ 6 s.] ad Epicuri frg. 366 Usener (p. 244, 28).

BP] 2 sceleratorũ *(ũ part. in ras. m. 2) P* 3 nobis *B*¹, *corr. B*³ consula|tadeo *B*¹, consulat|*adeo *B*² gratificatio] *B*, et gratificatio *P* 4 er⌜g⌝orep periuntur *(g s. l. et o ex e m. 1, re add. m. 1 uel 2, pr. p add. m. 3) B* *post* ergo *add.* et falsa *codd. rec., edd.* *malim* dum 5 dominoñolunt *sic*, n *exp. m. 1 uel 2*, dm̃ nolunt *m. 3, B* nolint *Heumannus* gratifica⌜ri⌝ *B*² hoc] *B*, homo *P* 6 ⌜ira⌝ *B*² 7 qui⌜a⌝ *B*³ effectus *B*¹, affectus *B*³ 8 merror *B*¹, *corr. B*³ 9 quiä *(a exp. m. 3) B* 10 adfectus] *P*, adfectus*** *(qui er.)* ṅȯṅ *(exp. m. 3) B* id] ut *Buenemannus* ira* *(m er.) B* 12 probos *ex* proprios *B*³ 14 contentis *B*¹, *corr. B*³ 15 audacię *P*¹ 16 qui *om. B* itaquesi⌜c⌝ *ex* itaquasi *B*² 17 depopulauitur *B*¹, *corr. B*² 19 et *om. B* scele⌜ra⌝ rariora *B*² et *om. B* 21 considerauimus *B*¹, *corr. B*² 22 an *et* utrum *fort. inuerso ordine scribenda esse coni. Buenemannus* nihil, *(punctum ? er.) P* 23 eaq. *B*¹, *corr. B*²

1 17. 'Deus' inquit Epicurus 'nihil curat'. nullam igitur
habet potestatem — curare enim necesse est eum qui habeat —
uel si habet et non utitur. quae tanta neglegentiae causa est
ut ei non dicam nostrum genus, sed etiam mundus ipse sit
2 uilis? 'ideo' inquit 'incorruptus est ac beatus, quia semper
quietus'. cui ergo administratio tantarum rerum cessit, si haec
a deo neglegantur quae uidemus ratione summa gubernari?
aut quietus esse quomodo potest qui uiuit ac sentit? nam
3 quies aut somni res est aut mortis. sed nec somnus habet
quietem. nam cum soporati sumus, corpus quidem quiescit,
animus tamen inrequietus agitatur: imagines sibi quas cernat
adfingit, ut naturalem suum motum exerceat uarietate uisorum,
auocatque se falsis, dum membra saturentur ac uigorem
4 capiant de quiete. quies igitur sempiterna solius mortis est.
si autem mors deum non attingit, deus igitur numquam
quietus est. dei uero actio quae potest esse nisi mundi ad-
ministratio? si uero mundi curam gerit, curat igitur hominum
uitam deus et singulorum actus animaduertit eosque sapientes
5 ac bonos esse desiderat. haec est uoluntas dei, haec diuina
lex: quam qui sequitur, qui obseruat, deo carus est. necesse
est igitur ut ira moueatur deus aduersus eum qui hanc
6 aeternam diuinamque legem aut uiolauerit aut spreuerit. 'si

AVCTORES 1. 5 s.] Epicuri frg. 360 Usener (p. 241, 6); cf. Cic. de legg. I 7, 21 (de diuin. II 50, 104); de nat. deor. I 20, 52.

BP] 1 nullã *(˜ m. 2) B* igitur habet potestatem curare enim necesse est eum qui habet potestatem curare enim necesse est eum qui hab&, a supra (*a s. l. m. 2 ?*) uel ·*P* 3 tantę *P* ne*legentiae *(post* ne *er.* c *?) B, om. P* 5 corruptus *B* 6 ⌞quietus⌟ *P²?* 9 so nis *B¹*, sõ|ni*, res supra (*sed ˜ fort. iam m. 1) B³* 11 tamen] *B*, quidem *P* in**quietus *(re er.) B* ⟨et⟩ imagines *Heumannus* 12 naturam *B¹*, *corr. B³* exerc⌜e⌝at *B²* 13 aduocat*que *(d del. m. 3,* i *er.) B* 14 ⌞de quiete⌟, quies *P²?*, denique et *(exp. m. 3)* requies *B* igitur *linea del. B³* 17 curã *(˜ m. 2) P* 18 uitã *(˜ m. 2) B* animã diuertit *(sed* ã *minus cert.) P¹*, anim*|ad*uertit *P²* eosque] *P*, ⌜et⌝ *(s. l. m. 2)* eos *B* 19 uoluptas *B¹*, *corr. B³* 21 irã *(sed ˜ er. uid.) B* deus *om. P* 22 spre⌞uerit⌟ *B²*

nocet' inquit 'alicui deus, iam bonus non est'. non exiguo falluntur errore qui censuram siue humanam siue diuinam 'acerbitatis' et 'malitiae' nomine infamant putantes nocentem dici oportere qui nocentes adficit poena. quod si est, nocentes igitur leges habemus quae peccantibus supplicia sanxerunt, nocentes iudices qui scelere conuictos poena capitis adficiunt. quod si et lex iusta est, quae [et] nocenti retribuit quod 7 meretur, et iudex integer ac bonus dicitur, cum male facta uindicat — bonorum enim salutem custodit qui malos punit —, ergo et deus cum malis obest, nocens non est. is est autem nocens qui aut innocenti nocet aut nocenti parcit, ut pluribus noceat. libet quaerere ab iis qui deum faciunt in- 8 mobilem, si quis habeat rem domum familiam seruique eius contemnentes patientiam domini omnia eius inuaserint, ipsi bonis eius fruantur, ipsos familia eius honoret, dominus autem contemnatur ab omnibus, derideatur, relinquatur, utrumne sapiens esse possit qui contumelias non uindicet suisque rebus eos frui patiatur in quos habeat potestatem? quae tanta in quoquam potest patientia reperiri? si tamen 'patientia' nominanda est et non 'stupor' quidam insensibilis. sed facile est 9 ferre contemptum. quid si fiant illa quae a Cicerone dicuntur? etenim quaero si quis pater familias liberis suis a seruo interfectis, uxore occisa, incensa domo, suppli-

AVCTORES 22—112, 3] Cic. in Catil. IV 6, 12.

BP] 1 niquit *B* ⌊alicui⌋ *(de scriptura manus 1 .l.q.. i apparet)* B^3 2 errore* *(m er.)* *B* 3 aceruitatis B^1, *corr.* B^2 e*t *(s er.)* *B* nocentem—nocentes *om.* B^1, hoc *(sic)* nocentem—nocentes *s. l. add.* B^3 4 adfici⌊t⌋ B^3 poena⌊m⌋ B^3 ⌊si⌋ B^3 nocentis B^1, *corr.* B^3 5 pecca⌜n⌝tibus B^2 sancxerunt *BP* 7 et *del. Gemollius, Krit. Bemerk. z. lat. Schriftstell., Lignit. 1890 p. 19* 8 et *s. l. in ras.* B^2 10 et *om.* *B* *is *(h er.)* *B*, ipse *P* 11 parcet B^1, *corr.* B^3 12 iis] *edd.*, his *BP* innobilem B^1, ignobilem B^2 13 habet *B* 14 contemnentem B^1, *corr.* B^2 patientiam *(ia in er. e ? m. 2)* *B* ipsi *(alt. i in 1 uel 2 litt. er. m. 2)* *B* 15 honore*t *(n er.)* *B* 17 ⌜s⌝uisque B^2 19 patientiā *(˜ er.)* *B* 20 est et] PB^2, esset B^1 22 quaero] PB^3, uero B^1

cium de seruo non quam acerrimum sumpserit, utrum is clemens ac misericors an inhumanus et crudelissimus esse uideatur.
10 quod si eiusmodi facinoribus ignoscere crudelitatis est potius quam pietatis, non est ergo uirtutis in deo ad ea quae iniuste fiunt non commoueri.
11 nam mundus tamquam dei domus est et homines tamquam serui: quibus si ludibrio sit nomen eius, qualis aut quanta patientia est ut honoribus suis cedat, praua et iniqua fieri uideat et non indignetur? quod proprium et naturale est ei cui peccata non placeant.
12 irasci ergo rationis est: auferuntur enim delicta et refrenatur licentia, quod utique iuste sapienterque fit. sed Stoici non uiderunt esse discrimen recti et praui, esse iram iustam, esse et iniustam, et quia medellam rei non inueniebant, uoluerunt eam penitus excidere. Peripatetici uero non excidendam, sed temperandam esse dixerunt: quibus in sexto libro Institutionum satis respondimus.
13 nescisse autem philosophos quae ratio esset irae, apparet ex finitionibus eorum quas Seneca enumerauit in libris quos De ira conposuit. ira

15 in sexto libro Institutionum] c. 15, 2. 16.

AVCTORES 6] cf. Cic. de nat. deor. II 62, 154: est enim mundus—domus. 18—113, 7] uerba 'ira est—nocere uoluit' apud Senecam De ira I 2 in lacuna quae est post § 3 fuisse Lipsius (cf. edit. Senecae, 1605, p. 2, 15 adn.) uidit (cf. Sen. ibid. 3, 2: diximus cupiditatem esse poenae exigendae), adiunxit Lactantius locum 'Aristotelis (de anima p. 403 a 30; rhet. p. 1378 a 31) — reponendi' ex Sen. ibid. 3, 3 petitum: cf. etiam Gertzium in edit. Senecae dialog. p. 53, 5 adn. — Posidonii definitio est Zenonis ap. Laert. Diog. VII 113 (cf. Cic. Tusc. IV 9, 21).

BP] 1 non quam] *codd. Cic.*, nonnumquam *B*, numquam *P* acerbissimum *codd. Cic.* 2 his *(*h *er. restituit m. 3) B* ac] *codd Cic.*, an *BP* inhumanissimus *codd. Cic.* 3 facinori⌞b.⌟ B^3 8 caedatur *m. 1*, c*edatut *m. 2*, *B* 9 natura⌜l⌝e B^2 10 adferuntur B^1, *corr.* B^2 enim—refrenatur *om. P* dilicta *(pr.* i *ex* e*)* B^3 11 *post* refrenatur *2 litt. er., quarum altera* i, *B* sapienterque *B* 12 istoici *B* esse—praui *in marg. inf. add.* B^3 13 *alt.* et *om.*, quia *m. 3 in 2 uel 3 litt. er., quarum prima* e, *B* medelam *P* 14 uoluerant P^{ac} eam] PB^3, enim B^1 excedere B^1, *corr.* B^2 15 temperandã *(˜ m. 2) B* 17 esse*t *(*n *er.) B* definitionibus *P* 18 qua⌜s⌝ P^2, quod *B* senecenume rabit *(quart.* e *fort. in eodem* e *m. 3)* B^1, seneca⌜e⌝nume rabit B^2 ira est — ulciscendae] *P*,

est inquit cupiditas ulciscendae iniuriae aut ut ait
Posidonius, cupiditas puniendi eius a quo te inique
putes laesum. quidam ita finierunt: ira est incitatio
animi ad nocendum ei qui aut nocuit aut nocere
uoluit. Aristotelis definitio non multum a nostra
abest. ait enim iram esse cupiditatem doloris repo-
nendi. haec est ira de qua superius diximus iniusta, quae 14
etiam mutis inest, in homine uero cohibenda est, ne ad ali-
quod maximum malum prosiliat per furorem. haec in deo
esse non potest, quia inlaesibilis est, in homine autem, quia
fragilis est, inuenitur. inurit enim laesio dolorem et dolor
facit ultionis cupiditatem. ubi est ergo ira illa iusta qua 15
mouentur aduersum delinquentes? quae utique non est cupi-
ditas ultionis, quia non praecedit iniuria. non dico de iis 16
qui aduersum leges peccant, quibus etsi iudex sine crimine
irasci potest, fingamus tamen eum sedato animo esse debere,
cum subicit poenae nocentem, quia legum sit minister, non
animi aut potestatis suae; sic enim uolunt, qui iram conantur
euellere. sed de iis potissimum dico qui sunt nostrae pote-

7 superius diximus] § 12.

(cf. locum Senecae de ira I 3, 2 diximus—exigendae *supra adlatum)* ira est in subbona quid alterius ulciscendae B^1. *(*in . . . quid *ex* inquit *ortum, praeterea aberrauit librarius ad p. 114, 11* est bono *[ad om.* B^1*]* alterius*)*, ira est in subeundo inquid alterius ulciscendae B^2 aut] *B*, alii *P* ⸢ut⸣ B^2 possidonius *(pr.* s *exp. B) BP* 3 lapsum B^1, *corr.* B^2 4 nocuit aut] *P*, hoc uitauit *B* 5 aristoteles P^1 finitio *cod. Ambros. Senecae* 6 abest *(*st *part. in ras. m. 2) P* reponendi] B^1 *cum cod. Ambros. Sen.*, repen⸢d⸣endi B^2, respondendi *(er. punctum ?) P* 7 qua—iniusta *s. l. add.* B^3 iniusta *del. Heumannus probante ut uid. Buenemanno, qui uerba* de qua superius—mutis inest *ad c. 7, 7 (*cum irascuntur*) refert, sed Lact. ad § 12* esse iram—iniustam *respicit* qua⸢e⸣ B^3 11 inurit enim] *P*, inrit⸢at⸣enim *B* 12 ira—mouentur] *B*, illa ira *P;* mouemur *Halmius, malim* quae mouetur *cum Heumanno* 13 aduersus *P* 14 iis] *edd.*, his *BP* 15 aduersus *P* etsi *(*si *m. 3 in 3 litt. er., quarum prima* n*)* iudex *(supra* etsi *et* iudex *er.* = *et* —, *quae add. m. 2) B* 17 poena *B* legem B^1, *corr.* B^2 animi non *B* 19 eicere *ut uid.* B^1, eue⸢r⸣t*ere B^2 iis] *edd.*, his *BP*

statis, ut serui, ut liberi, ut coniuges, ut discipuli: quos cum
17 delinquere uidemus, incitamur ad coercendum. necesse est
enim bono ac iusto displicere quae praua sunt, et cui malum
displicet, mouetur, cum id fieri uidet. ergo surgimus ad uin-
dictam non quia laesi sumus, sed ut disciplina seruetur,
18 mores corrigantur, licentia conprimatur. haec est ira iusta:
quae sicut in homine necessaria est ad prauitatis correctionem,
sic utique in deo, a quo ad hominem peruenit exemplum.
19 nam sicuti nos potestati nostrae subiectos coercere debemus,
ita etiam deus peccata uniuersorum debet coercere. quod ut
faciat, irascatur necesse est, quia naturale est bono ad alte-
20 rius peccatum moueri et incitari. ergo ita definire debuerunt:
ira est motus animi ad coercenda peccata insurgentis. nam
definitio Ciceronis *ira est libido ulciscendi* non multum
21 a superioribus distat. ira autem quam possumus uel furorem
uel iracundiam nominare, haec ne in homine quidem debet
esse, quia tota uitiosa est, ira uero quae ad correctionem
uitiorum pertinet, nec homini adimi debet nec deo potest,
quia et utilis est rebus humanis et necessaria.
1 18. 'Quid opus est' inquiunt 'ira, cum sine hoc adfectu
peccata corrigi possint?' atquin nullus est qui peccantem
possit uidere tranquille. possit fortasse qui legibus praesidet,
quia facinus non sub oculis eius admittitur, sed defertur

AVCTORES 14] Cic. Tusc. IV 19, 44 (cf. III 5, 11).

BP (—23)] 1 *alt.* ut] *B*, et *P* coniuṅges *(*n *exp. et del. m. 1 et 2) P* 3 bono *(*b *ex* n *? m. 2) B* quae—displicet *in marg. add.* P^2 4 *ante* mouetur *er.* et *P;* moueri *Egnatius*, moueri eum *Heumannus* 5 sermetur B^1, *corr.* B^3 7 correctionem *(*alt. c *in er.* p *? m. 3) B* 8 ⌜u⌝tique B^2 a quo—exemplum *in 12 fere litt. er., quarum extrema* p, B^3 9 potestate P^1 10 deus *post* debet *P* 11 ⌜ad⌝ B^3 12 ita *om. P* uenire B^1, de⌜fi⌝nire B^3 13 insurgentes B^1, *corr.* B^2 15 destat *(*e *ex* i*)* B^2 ira autem *om B* 16 homine* *(*m *er.) B* debet** *(*is *er.) B* 17 ueroq. B^1, -quae B^2 correctione⌜m⌝ B^3 18 homi⌜ni⌝ P^1*?* putet B^1, pote⌜s⌝t B^2 19 *alt.* ⌜et⌝ B^2 21 atquin] *P (sed* t *ex* d P^2*)*, ad B^1, at *in ras. corr.* B^2 23 *post* admitti *haec* tur sed defertur—iudex non *(115, 3) desunt, extrema parte uersus et tribus proximis uacuis. P*

alinnde tanquam dubium. nec umquam potest scelus esse
tam clarum ut defensioni locus non sit, et ideo potest iudex
non moueri aduersum eum qui potest innocens inueniri, cum
que detectum facinus in lucem uenerit, iam non sua, sed
legum sententia utitur. sed potest concedi ut sine ira faciat 2
quod facit, habet enim quod sequatur: nos certe, cum domi
peccatur a nostris, siue id cernimus siue sentimus, indignari
necesse est; ipse enim peccati aspectus indignus est. nam 3
qui non mouetur omnino, aut probat delicta, quod est turpius
et iniustius, aut molestiam castigandi fugit, quam sedatus
animus et quieta mens aspernatur ac renuit, nisi stimulauerit
ira et incitauerit, qui autem cum moueatur, tamen intempe-
stiua lenitate uel saepius quam necesse est uel etiam semper
ignoscit, is plane et illorum uitam perdit quorum audaciam
nutrit ad facinora maiora, et sibi ipse aeternam molestiarum
materiam subministrat. uitiosa est ergo in peccatis irae suae
cohibitio. laudatur Archytas Tarentinus, qui cum in agro 4
corrupta esse omnia conperisset uilici sui culpa, 'miserum te'
inquit 'quem iam uerberibus necassem, nisi iratus essem'.
unicum hoc exemplum temperantiae putant. sed auctoritate 5
ducti non uident quam inepta et locutus fuerit et fecerit. nam
si, ut ait Plato, nemo prudens punit, quia peccatum est.

AVCTORES § 4] Valerium Max. IV. I Ext. 1 potius sequitur Lact. quam Ciceronem Tusc. IV 36, 78. 22 s. Plato] ex Seneca de ira I 19. 7 (Plat. Legg. XI 934 A).

BP (3—19)] 1 saeculus B^1, s⌜c⌝ae∗∗lus B^2, a *del.* B^3 3 aduersus *P* ⌜eum⌝ B^2 4 lucemuenerit *(*muen *in 4 uel 5 litt. er. m. 3) B* 5 sed *om. P* 6 quod facit *om. P* *alt.* ⌜quod⌝ B^2 10 iustius *P* 11 quie⌜s⌝tamen- ⌜a⌝spernatur B^2 ⌜r⌝enn⌜u⌝it *sic* B^2 12 ira et incitauerit *om. P* cum moueatur] *Lengletius,* commoueatur *BP* 14 ∗is *(*h *er.) P* audaciã *(˜ m. 2) B*, audictiam P^{ac} 15 ipsi *(alt.* i *in er.* e *? m. 3) B* molestiarum *(*rum *in er.* rũ *? m. 2) B* 16 materiam *om. B* 17 arquitas B^1, arcytas B^3, archytast *P* tarumtinus B^1, taruntinus B^2, tarentinus B^3 18 uilici] *P*, ulciscendi *B* sua B^1, *corr.* B^3 culpam *P*, *unde* culpam redarguens *codd. rec.* 19 *post* miserum te in *haec* ⌊uit quem—leuiter ne uer *(116, 4) desunt, maiore parte uersus et decem proximis uacuis. P* essem *(*m *add. m. 2) B* 22 si⌜c⌝ut B^2 nemo ∗prudens *(*o *add. m. 2) B*

sed ne peccetur. apparet quam malum uir sapiens proposuerit
6 exemplum. si enim senserint serui dominum suum saeuire
cum non irascitur. tum parcere cum irascitur. non peccabunt
utique leuiter. ne uerberentur. sed quantum poterunt grauis-
sime. ut stomachum peruersi hominis incitent atque inpune
7 discedant. ego uero laudarem. si cum fuisset iratus, dedisset
irae suae spatium. ut residente per interuallum temporis animi
8 tumore haberet modum castigatio. non ergo propter irae
magnitudinem donanda erat poena, sed differenda. ne aut
peccanti maiorem iusto dolorem inureret aut castiganti furorem.
nunc uero quae tandem aequitas aut quae sapientia est ut
aliquis ob exiguum delictum puniatur, ob maximum non
9 puniatur? quod si naturam rerum causasque didicisset. num-
quam tam inportunam continentiam profiteretur. ut nequam
10 seruus iratum sibi fuisse dominum gratularetur. nam sicut
corpus humanum deus multis et uariis sensibus ad usum
uitae necessariis instruxit. sic et animo uarios attribuit ad-
fectus, quibus uitae ratio constaret: ut libidinem prodendae
subolis gratia dedit. sic iram cohibendorum causa delictorum.
11 uerum ii qui nesciunt fines bonorum ac malorum. sicut libi-

BP (4—15)] 2 sero *B*¹, seru⌜i⌝ *B*² suum *(s in er.* t *? m. 2) B* 3 ⌞non irascitur tum⌟ *B*³ parcere] *Parrhasius,* peccare *B*, pacari *ed. Roman. 1470* 4 ⌜ne⌝ *B*³ *a* berentur *denuo incipit P* 5 stomacum *B* peruersi hominis] *B*, in his *P* inponendiscaedant *B*¹, *corr. B*² *(pr.* a *er.)* 6 laudarē *(˜ m. 2) B* 7 residēte *(˜ m. 3) B*, residentem *(*m *exp. m. 2) P* 8 tumorem *(alt.* m *del. m. 3) B* iram *B*¹, *corr. B*² 10 maiora *B* dolore *(˜ er.) B* inueret *B* 11 qu⌜a⌝e *(*a *s. l. m. 1)* uero*** *(= et — m. 2.* que *er.) B* 12 ⌜ut⌝maximum *B*¹, ⌜ob⌝maximum *corr. B*² 13 numquam *(pr.* m *in er.* nc *? m. 2) B* 14 nequa⌜m⌝ *B*³ 15 ira⌜tu⌝m *B*³ *post* iratum *haec* sibi fuisse—ad nocendum *(117, 2) desunt. uersu paene toto et octo proximis uacuis. P* 18 prudendae *(pr.* d *statim ex* i *corr.) B*¹, prodendae *B*², *quod dubitanter recepi;* producendae *codd. rec.; malim* propagandae *(cf. Inst. VI 19, 6* data est... libido ad subolem propagandam*) uel* procreandae *(cf. Epit. 56, 6* libidinis adfectus ad procreandos liberos insitus*)* 19 gratiam *(*m *exp. m. 3)* subolis *(= et — m. 1 ?) B* 20 ii] *cdd.*, hii *B* libidinem *(*m *del. m. 3) B*

dine utuntur ad corruptelas et ad uoluptatem, sic irae adfectu ad nocendum, dum iis quos odio habent irascuntur. ergo etiam non peccantibus irascuntur, etiam paribus aut etiam superioribus. hinc cotidie ad inmania facinora prosilitur, hinc tragoediae saepe nascuntur. esset igitur laudandus Archytas, 12
si cum alicui ciui et pari facienti sibi iniuriam fuisset iratus, repressisset se tamen et patientia furoris impetum mitigasset. haec sui cohibitio gloriosa est, qua conpescitur aliquod inminens magnum malum. seruorum autem filiorumque peccata non coercere peccatum est: euadent enim ad maius malum per inpunitatem. hic non cohibenda ira, sed etiam, si iacet, excitanda est. quod autem de homine dicimus, idem etiam 13
de deo, qui hominem similem sui fecit. omitto de figura dei dicere, quia Stoici negent habere ullam formam deum, et ingens alia materia nascetur, si eos coarguere uelim: de animo tantum loquor. si deo subiacet cogitare sapere intellegere 14
prouidere praestare, ex omnibus autem animalibus homo solus haec habet, ergo ad dei similitudinem factus est. sed ideo procedit in uitium, quia de terrena fragilitate permixtus non potest id quod a deo sumpsit, incorruptum purumque seruare, nisi ab eodem deo iustitiae praeceptis inbuatur.

19. Sed quoniam conpactus est, ut diximus, e duobus, 1

22 ut diximus] c. 15, 3.

BP (om. 1 s. 14—16)] 1 corruptellas *B* uoluptates *edd., cf. Inst. VI 19, 10, sed cf. Epit. 56, 6* utuntur (*libidinis adfectu*) ad solam uoluptatem. irae adfectu] *Buenemannus*, iram (*m del. m. 3*) et adfectum *B* 2 *a* dum *denuo incipit P* iis] *edd.*, his *BP* 4 at *B* 5 tragediae *B*, tragoedia *P*[1] esset] *edd.*, est *BP* arcychiitas *B*[1], arcyitas *B*[3], architas *P* 6 si] *P*, qui *ex s ? et* i *B*[2] iniuria'm' *B*[3] 7 repressussedse *B*[1], repressius***est *B*[3] se' *P*[2] et patientia* (*m er.*) furoris *B*[1], *lineae postea crasae* impetumi tigasset *B*[1], impetumni tigauit *B*[3] 11 ira *B*[3] 12 id *P* 13 dei *om. B* *post* dei *haec* dicere—cogitare *(16) desunt, dimidio uersus et tribus proximis uacuis, P* 14 istoici *B* negant *edd. recte?* domini *B*[1], deum *B*[3] 15 coerguere *B*[2] 17 praestare *dubitanter Heusingerus, Emendat. p. 142* 'autem' *P*[2?] 18 ad dei] *P*, ad***** (*didit er.*) *B* *ante* factus *s. l. add.* si *B*[2] 21 praeceptis] *P*, caput *B* 22 est *om. P*

animo et corpore. in altero uirtutes. in altero uitia continentur
et inpugnant inuicem. animi enim bona, quae sunt in conti-
nendis libidinibus. contraria sunt corpori, et corporis bona.
quae sunt in omni genere uoluptatum. inimica sunt animo.
2 sed si uirtus animi repugnauerit cupiditatibus easque con-
presserit. erit uere deo similis. unde apparet animam hominis,
3 quae uirtutem diuinam capit. non esse mortalem. sed dis-
crimen illud est quod cum uirtus habeat amaritudinem et
sit dulcis inlecebra uoluptatis, uincuntur plurimi et abstra-
huntur ad suauitatem. hi uero quia se corpori rebusque terrenis
addixerunt. premuntur in terram nec adsequi possunt diuini
muneris gratiam. quia se uitiorum labibus inquinauerunt.
4 qui autem deum secuti eique parentes corporis desideria con-
tempserint et uirtutem praeferentes uoluptatibus innocentiam
iustitiamque seruauerint, hos deus ut sui similes recognoscit.
5 cum igitur sanctissimam legem posuerit uelitque uniuersos
innocentes ac beneficos esse, potestne non irasci, cum uidet
contemni legem suam, abici uirtutem, adpeti uoluptatem?
6 quod si est mundi administrator, sicut esse debet, non utique
contemnit id quod est in omni mundo uel maximum. si est
prouidus, ut oportet deum, consulit utique generi humano,
quo sit uita nostra et copiosior et melior et tutior. si est
pater ac dominus uniuersorum, certe et uirtutibus hominum
delectatur et uitiis commouetur. ergo et iustos diligit et in-
7 pios odit. 'odio' inquit 'opus non est: semel enim statuit

BP] 2 ⌜et⌝ B^3 *ante* inuicem *s. l.* se *er., quod add. m. 2.* *B* anima B^1, *corr.* B^3 sunt *om.* *B* 5 s. represserit *B*, *sed cf. Buenemannum* 6 erit *om., sed post* similis *habet* inuenitur *B* 7 diuina *P* 8 illud *in marg.* *P* 9 lucis *B* uoluptates *(e ex* i*)* B^2 10 suauitate⌜m⌝ B^3 hi* *(*i *er.)* *P* ii uero qui *edd.* corpore B^1, *corr.* B^3 11 terra *(*a *in 1 uel 2 litt. er. m. 1)* *B* 13 deum| *P*, domi ni *uel* dom ni *in* domn. ṅi *corr.* B^1 eique secuti *P* parentis B^1, *corr.* B^2 cor⌞is⌟ B^2 15 hoc P^1 17 potest*ne *(*i *? er.)* *P* 18 auici *ut uid.* B^1, *corr.* B^2 19 quasi B^1, qu⌜i⌝asi B^2 administratur B^{ac} 20 omni *(*i *in er.* e *? m. 3)* *B* 21 dominum *B* consul⌞i⌟t B^3 22 quo* *(*d *er.)* *P* cupiosior B^1, *corr.* B^3 23 deus *P* ⌜et⌝ B^3

bonis praemium et malis poenam'. quod si aliquis iuste inno-
centerque uiuat et idem deum nec colat nec curet omnino,
ut Aristides et Cimon et plerique philosophorum, cedetne
huic inpune quod cum dei legi obtemperauerit, ipsum tamen
spreuerit? est igitur aliquid propter quod deus possit irasci 8
tamquam fiducia integritatis aduersus eum rebellanti. si huic
potest irasci propter superbiam, cur non magis peccatori qui
legem cum ipso pariter latore contempserit? iudex peccatis 9
dare non potest ueniam, quia uoluntati seruit alienae. deus
autem potest, quia ipse est legis suae disceptator et iudex:
quam cum poneret, non utique ademit sibi omnem potestatem,
sed habet ignoscendi licentiam.

20. Si potest ignoscere, potest igitur et irasci. 'cur ergo' 1
inquiet aliquis 'et qui peccant, saepe felices sunt et qui pie
uiuunt, saepe miseri?' quia et fugitiui et abdicati libere
uiuunt et qui sub disciplina patris aut domini sunt, strictius
frugaliusque. uirtus enim per mala et probatur et constat, 2
uitia per uoluptatem. nec tamen ille qui peccat sperare debet
perpetuam inpunitatem, quia nulla est perpetua felicitas.

sed scilicet ultima semper
expectanda dies homini dicique beatus
ante obitum nemo supremaque funera debet.

ut ait poeta non insuauis. exitus est qui arguit felicitatem 3

AVCTORES 20—22] Ouid. Metam. III 135—137.

BP] 1 *ante* bonis *s. l. add.* et B^3 quidsi B^1, *corr.* B^3 uiuat innocenterque *B* 2 deum *om. P* 3 aristitides *(corr. m. 2, sic) P*, aristoteles *codd. rec., edd.* et chimon et plerique *B*, et ceterique *sic P;* Cimon] *Buenemannus coni. Inst. VI, 9, 8* 4 legi dei *P* 5 est] *B*. et *P* 6 repellente B^1, rebellante B^3 7 propter] *P*, aduersus *B* 8 latore* *(m er.) B* 9 ueniam—potest *(10) om. P* 13 ignoscere potest *om. P* ⌜et⌝ $P^{2?}$ 14 inquid *B* 15 uibunt B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2, item post* libere et *ante* fugitiui *om. B, recte ?* 17 frugaliusque] *B*, et frugalius *P* 21 dici*que *(t er.) B* beatus—nemo] *P codd. Ouid.*, ante homini⌜s⌝ *(s m. 2)* obitum beatus nemo *B* 22 suppremaque *B*, suprameque P^{ac}

et nemo iudicium dei potest nec uiuus effugere nec mortuus.
habet enim potestatem et uiuos praecipitare de summo et
4 mortuos aeternis adficere cruciatibus. 'immo' inquit 'si ira-
scitur deus, statim debuit uindicare et pro merito quemque
punire'. at enim si id faceret, nemo superesset. nullus est
enim qui nihil peccet et multa sunt quae ad peccandum in-
5 r̃itent, aetas uinolentia egestas occasio praemium. adeo
subiecta est peccato fragilitas carnis qua induti sumus, ut
nisi huic necessitati deus parceret, nimium fortasse pauci
uiuerent: propter hanc causam patientissimus est et iram
suam continet. nam quia perfecta est in eo uirtus, necesse
est patientiam quoque eius esse perfectam, quia et ipsa uirtus
6 est. quam multi ex peccatoribus iusti posterius effecti sunt,
ex malis boni, ex inprobis continentes! quam multi in prima
aetate turpes et omnium iudicio damnati postmodum tamen
laudabiles extiterunt! quod utique non fieret, si omne peccatum
7 poena sequeretur. leges publicae manifestos reos damnant.
sed plurimi sunt quorum peccata occultantur, plurimi qui
delatorem conprimunt aut precibus aut praemio, plurimi qui
8 iudicia eludunt per gratiam uel potentiam. quod si eos omnes
qui humanam poenam effugiunt, censura diuina damnaret, esset
9 homo aut rarus aut etiam nullus in terra. denique uel una
illa causa delendi generis humani iusta esse potuisset, quod
homines contempto deo uiuo terrenis fragilibusque figmentis
honorem diuinum tamquam caelestibus deferunt adorantes
10 opera humanis digitis laborata. cumque illos deus artifex
ore sublimi, statu recto figuratos ad contemplationem caeli

AVCTORES 7] cf. Terent. Ad. III 4, 24.

BP] 1 effugere nec uiuus *(ordinem uerborum restituit m. 1 ?)* *B* 5 ⌜id⌝ B^3 8 fragilitas peccato *B* ut] *P*, et *B* 12 quia] *B*, quae *P*, *recte ?* 13 est *om.* *P* quam permulti *(= et — m. 2 ?)* *B* 16 nisi *B* omnem *P* 18 occultuntur *P* 19 *alt.* aut *ex* as *uel* ad B^2 20 indiciæ *(ut uid.)* ludunt B^1, indicia ⌞e⌟ludunt B^2 *in* gratiam *et* potentiam *eras.* in *restituit* B^3 eos *om.* *B* 23 potuisse*t *(n er.)* *B* 26 laborata* *(d er.)* *B*, elaborata *Petr. Francius* 27 contemplatione⌜m⌝ B^3

et notitiam dei excitauerit, curuare se ad terram maluerunt et pecudum modo humi repere. humilis enim et curuus et 11 pronus est qui ab aspectu caeli deique patris auersus terram quam calcare debuerat, id est de terra ficta et formata ueneratur. in tanta igitur inpietate hominum tantisque peccatis 12 id adsequitur patientia dei, ut se ipsi homines [damnatis uitae prioris erroribus] corrigant. denique et boni sunt iustique multi et abiectis terrenis cultibus maiestatem dei singularis agnoscunt. sed cum maxima et utilissima sit dei patientia, 13 tamen quamuis sero noxios punit nec patitur longius procedere, cum eos inemendabiles esse peruiderit.

21. Superest una et extrema quaestio. nam dixerit fortasse 1 quispiam adeo non irasci deum, ut etiam in praeceptis hominem irasci uetet. possem dicere quod ira hominis refrenanda fuerit, quia iniuste saepe irascitur et praesentem habet 2 motum, quia temporalis est. itaque ne fierent ea quae faciunt 3 per iram et humiles et mediocres et magni reges, temperari debuit furor eius et conprimi, ne mentis inpos aliquod inexpiabile facinus admitteret. deus autem et non ad praesens irascitur, quia aeternus est perfectaeque uirtutis, et numquam nisi merito irascitur. sed tamen non ita se res habet. nam 4 si omnino prohiberet irasci, ipse quodammodo reprehensor opificii sui fuisset, quia in principio iram [iecur] homini in-

BP | 1 excitaueri*t *(n er.) P* 2 humi** *(an er.) B:* humi repere *om. P* 3 aspectu* *(i er.) B* a*uersus *(d er.) B* terram quam] *P*, terrenam B^1, terrena qu⌈ae⌉ B^2 8 cult*ibus *(or er.) B* singulares *P* 10 noxius B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* 13 irasci—praeceptis *in inf. marg. add.* B^3 14 di*cere *(s er.) B* 16 nec *B* ea] *P*, quia *B* 17 reges *(alt.* e *ex* i*) B* 18 mentis inpos *recepi*, mentis inpossibile *P codd. rec.*, post *(om.* mentis*) B; Ianus Gulelmius (Quaest. in Plauti Menaechm. cap. IV, Gruteri Lampad. uol. III part. II p. 406)* mentis impos a bile *uel* in bile, *quem edd. secuti sunt; an* mentis inpos ille*?* 19 admitteret *statim ex* admittitur *B* et *om. B. recte?* 20 quia] *B*, et quia *P (cf. part. I p. CXIII ad 171, 8)* 21 habent *B* 22 reprehensio *(quamquam antea* ipse *habet) B* 23 quia *a uel* qui a*)* in *(leuiter er.)* principio *P*, qui B^1, a principio iram *s. l. add.* B^3, *unde* qui a principio iram *Thomasius, fort. recte, cf. frg. V:*

didisset. siquidem creditur causa huius commotionis in umore
5 fellis contineri. non igitur in totum prohibet irasci, quia is
adfectus necessario datus est, sed prohibet in ira permanere.
ira enim mortalium debet esse mortalis: nam si maneat.
6 confirmantur inimicitiae ad perniciem sempiternam. deinde
rursum cum irasci quidem, sed tamen non peccare praecepit.
non utique euellit iram radicitus, sed temperauit, ut in omni
7 castigatione modum ac iustitiam teneremus. qui ergo nos
irasci iubet, ipse utique irascitur, qui placari celerius prae-
cipit. est utique ipse placabilis: ea enim praecipit quae sunt
8 iusta et rebus utilia communibus. sed quia dixeram non
esse iram dei temporalem sicut hominis, qui praesentanea
commotione feruescit nec facile regere se potest propter fra-
gilitatem, intellegere debemus, quia sit aeternus deus, iram
quoque eius in aeternum manere, sed rursum, quia uirtute
sit maxima praeditus, in potestate habere iram suam nec ab
ea regi, sed ipsum illam quemadmodum uelit moderari: quod
9 utique non repugnat superiori. nam si prorsus inmortalis
fuisset ira eius, non esset satisfactioni aut gratiae post de-
lictum locus, cum ipse homines reconciliari iubeat ante solis
occasum, sed ira diuina in aeternum manet aduersus eos qui
10 peccant in aeternum. itaque deus non ture, non hostia, non

11 dixeram] c. 17, 14.

AVCTORES 2 s. 6.| Ps. 4, 5. Ephes. 4, 26. 20] Ephes. 4, 26.

hi . . . adfectus a deo ab initio hominis existunt conditi; *ad* in principio *cf. de opif.* 5, 1 iecur *deleui;* iecur *(*iecori *m. 3)* hominis *(sed* s *del. m. 1) B*, iecoris homini *(sic) P;* felli hominis *secutus codicem recentissimum (Emmanuelensem, in edit. Cantabrigiensi a. 1685) Buenemannus conl. etiam Inst. VI 15, 4; de opif. 14, 4 ss.; adde Seru. Aen. VI 596. VIII 219; Schol. Pers. I 12* 1 humore *(*h *del. m. 3) B* 2 tantum *B* his *P* 3 sed| *B*, et *P* 4 maneant *P* 6 rursus *P* cum *in er.* qui *? B*[3] praecipet *B*[ac], praecipit *corr. m. 1 uel 2* 8 irasci nos *P* 10 praecepit *P* 12 homines *B*[1], *corr. B*[2] qui⌜a⌝ *B*[2] praesentan‧ea *(*a *er.) B* 13 fragilitatem *(*r *in er.* 1 *? m. 2 ?) P* 14 ⌜irā⌝ *P*[2?] 16 potestatem *(*m *del. m. 3) B* 17 ⌜illā⌝ *P*[2?] 18 ⌜re⌝pugnat *B*[3] nam *(*n *in er.* t *? m. 3) B* immortali⌜s⌝ *B*[2] 19 esse⌜t⌝ *B* post delictum locus] *P*, positus locus *B* 22 turae *B*

pretiosis muneribus, quae omnia sunt corruptibilia, sed morum
emendatione placatur et qui peccare desinit, iram dei mor-
talem facit. idcirco enim non ad praesens noxium quemque
punit, ut habeat homo resipiscendi et corrigendi sui facultatem.
22. Haec habui quae de ira <dei> dicerem, Donate caris- 1
sime, ut scires quemadmodum refelleres eos qui deum faciunt
inmobilem. restat ut more Ciceronis utamur epilogo ad 2
perorandum. sicut ille in Tusculanis de morte disserens fecit,
ita nos in hoc opere testimonia diuina quibus credi possit
adhibere debemus, ut illorum persuasionem reuincamus qui
sine ira deum esse credentes dissoluunt omnem religionem:
sine qua, ut ostendimus, aut inmanitate beluis aut stultitia
pecudibus adaequamur; in sola enim religione id est in dei
summi notione sapientia est. prophetae uniuersi diuino 3
spiritu repleti nihil aliud quam de gratia dei erga iustos et ira
eius aduersus inpios locuntur. quorum testimonia nobis quidem
satis sunt, uerum his quoniam non credunt isti qui sapien-
tiam capillis et habitu iactant, ratione quoque et argumentis
a nobis fuerant refellendi. sic enim praepostere agitur, ut 4
humana diuinis tribuant auctoritatem, cum potius humanis
diuina debuerint. quae nunc sane omittamus, ne et nihil apud
istos agamus et in infinitum materia procedat. ea igitur
quaeramus testimonia quibus illi possint aut credere aut
certe non repugnare. Sibyllas fuisse multas plurimi et 5

12 ut ostendimus] c. 12, 2 s.

AVCTORES 8] Tusc. I 47, 112 ss. § 5 s.] cf. Inst. I 6, 7 ss.

BP] 1 corruptilia *B* 3 quemque] *P*, aliquem *B* 4 et corrigendi *om. P* 5 ⌜que⌝ *P*² dei] *codd. rec.*, *om. BP* dicere⌞m⌟ *P*² carissimi *B*ᵃᶜ, *corr. m. 1 uel 2* 6 refellas *B* eos *om. B* deum] *P*, eam *B* 8 discernens *B* 10 persuasione *B* 11 sine ira] *P*, iram in *B* 12 ⌜ut⌝ *P*² 14 *post* notione *s. l.* ac *add. B*² est] *P*, est quam *(puncta add. m. 1 uel 2, postea er.) B* 15 *ante* ira *s. l.* de *add. B*² 17 ipsi *B* 19 fuerant a nobis *P* 21 et *om. P, recte?* 22 ⌜in⌝finitum *(in s. l. m. 1 uel 2) B* 24 nos *B* sibylla⌜s⌝ *P*² fuisse multas *om. P, sed cf. c. 23, 1* plures ut ostendi—traduntur

maximi auctores tradiderunt. Graecorum Aristonicus et Apollodorus Erythraeus, nostrorum Varro et Fenestella. hi omnes praecipuam et nobilem praeter ceteras Erythraeam fuisse
6 commemorant. Apollodorus quidem ut de ciui ac populari sua gloriatur, Fenestella uero etiam legatos Erythras a senatu esse missos refert, ut huius Sibyllae carmina Romam deportarentur et ea consules Curio et Octauius in Capitolio, quod tunc erat curante Quinto Catulo restitutum, ponenda curarent.
7 apud hanc de summo et conditore rerum deo huiusmodi uersus reperiuntur:

ἄφθαρτος κτίστης αἰώνιος αἰθέρα ναίων.
τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ μείζονα μισθόν.
τοῖς δὲ κακοῖς ἀδίκοις τε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων.

8 rursus alio loco enumerans quibus maxime facinoribus incitetur deus, haec intulit:

AVCTORES 11—13] Orac. Sibyll. frg. III 17—19 p. 236 Rzach (II 17—19 Friedlieb) ex Theophilo ad Autolyc. II 36 (p. 113 D).

BP] 1 Aristonicus] *P*, aristocus B^1, aristo⌜stoi⌝cus B^3; Aristo Chius *Egnatius* 2 hi] *edd.*, hii *BP* 4 ciue *Sparkius* 5 legatus *(u ex o)* B^2 erythrea *sic P* 6 missus B^1, *corr.* B^3 refertur *(ur exp. m. 3) B* romanis *B* 9 ⌜et⌝ *B* 11 *de locorum graecorum in cod. P dispositione cf. Proleg. part. I p. XXXIX; interuallis quae in describendis codicum B et P locis relicta sunt, uersiculi horum codd. significantur* ΑΦΘΑΡ-ΤΟCΚΗCΤΗCΑ⌜Γ⌝Ω ΝΙΟCΑΙΘΕΡΑΝΕΩΝ *B*, ΑΦΘΑΡΤΟC CΤΗCΑΙΩΙΩC ΑΙΘΗΡΑΝΑΙΩΝ *P* κτίστης] *(in B Lactantii leuiter corruptum) codd. Theophili* αἰθέρα] *cum codd. Theoph. Lactantius,* αἰθέρι *Sibyllista scripsisse uidetur, cum Chr. Wolfio recepit Rzachius, cuius cf. adnot.* 12 ΤΟΙCΑΓΑ ΘΟΝΙΤΡΟΦΕΡΟΝΗΟΛΥ ΜΙΖΟΝΑΜΕCΘΟΝ *B*, ΘΩΙCΑΤΑΘΙC ΑΘΑΘΩΝ-ΗΡΩ ΦΕΡΩΝΗΟΛΥ ΜΕΙΖΩΝΑΜΙ CΘΩΝ *P* τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν] *codd. Theoph.* μείζονα] πλείονα *codd. Theoph.* 13 ΤΟΙCΔΕ ΚΑΚΟΙCΑΜΙ-ΚΟΙCΤΕΧΩΛΟΝ ΚΑΙΘΥΜΟΝΕΓΙΡΟΝ *B*, ΘΩ$^{\text{ΙCΑΕ}}$ΛΕ *(ΛΕ linea del. et s. l. corr. m. 2)* ΚΑΚΩΙCΑΙ ΚΩΙCΤΕΧΟΛΟ̄ ΚΑΙ ΘΥΜΩΝ ΗΘΗΙΩΝ *P* ἀδίκοις] *codd. Theoph.* ἐγείρων] *codd. Theoph.,* ἀγείρων 'colligens' *Musurus interpretationem lat. in marg. add.* B^3, *in P est haec* incorruptibilis et conditor aeternus in ⌜a⌝ere habitans bonis bonum proferens et multo maiorem mercedem iniustis autem et malis iram et furorem excitans. *de his uerss. cf. Struuium, Opusc. I 98* 14 rursum *P*

φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους, τῷ ζῶντι λάτρευε·
μοιχείας τε φύλαξαι καὶ ἄρσενος ἄκριτον εὐνήν·
τὴν δ' ἰδίαν γένναν παίδων τρέφε μηδὲ φόνευε.
ταῦτα γὰρ ἀθάνατος κεχολώσεται ὅς κεν ἁμάρτῃ.

indignatur ergo aduersus peccatores.

23. Verum quia plures, ut ostendi, Sibyllae a doctissimis 1 auctoribus fuisse traduntur, unius testimonium satis non sit ad confirmandam sicut intendimus ueritatem. Cymaeae qui- 2 dem uolumina quibus Romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur, ceterarum tamen fere omnium libelli quominus in usu sint omnibus, non uetantur. ex quibus alia 3 denuntians uniuersis gentibus iram dei ob inpietatem hominum hoc modo exorsa est:

6 ut ostendi] c. 22, 5

AVCTORES 1—4] III 763—766 Rz. (762—765 Fr.).

BP 1 ΦΕΥΓΕΔΕΛΑΤΡΙΑCΑΝΟΜΟΥ CΤΟΖΟΝΤΙΛΑΤΡΕΥΕ *B*, ΦΕΥΘΗΛΕΛΑΘΡΙΑC ΑΝΩΜΩΥCΘΩ ΖΩΘΩΝΤΙΛΑΘΡΕΥΕ *(ΘΩ exp. m. 2) P* φεῦγε δὲ] φεύγετε *codd. Sibyll.*, φεῦγε τε *edd. Lact.* λατρείας] *codd. Sibyll.* ἀνόμους] ἀδίκους *codd. Sibyll.* τῷ] *codd. Sibyll., consentit* ΤΟ *B*, θεῷ *edd. Lact. (cum* ΘΩ *P)* λατρεύετε *codd. Sibyll.* 2 ΜΟΙΧΙ ΑCΘΕΦΥΛΑΞΕΚΕΑΡCΕΝΟ CΑΚΡΙΤΟΝΕΥΝΗΝ *B*, ΜΩΙΧΙΑCΘΕΦΥ ΛΑΞΑΙΚΕΙΑΡCΕΝΑCΑΚΡΙΘΩΝ ΕΥΝΗΝ *P* μοιχείαν *codd. Sibyll.* τε] *edd. ex* ΘΕ *BP*; *an* δὲ ? *Rzachius, Krit. Stud. z. d. Sibyll. Orak., Vindob. 1890, p. 40* τε φύλαξαι *(cf. P)*] πεφύλαξο *codd. Sibyll.* καὶ] ἰδ' *coni. Rzachius ibid.* ἀκρίτου ἄρσενος *codd. Sibyll.* 3 ΤΕΝΑΙ ΑΙΑΝΓΕΝΝΑΝΠΕΔΟΝΤΡΕΦΗΜΕΔΕΦΟΝΕΥΕ *B*, ΘΗΝΑΙ ΔΙΑΝΘΗΝΝΑΝ ΠΑΙΔΩΝΘΡΗΦΗ ΜΗΔΗΦΩΝΝΕΥΕ *P* τὴν δ' ἰδίαν *et* τρέφε] *(in BP leuiter corrupta) codd. Sibyll.* ἰδίην *Rzachius* γενεὰν *edd. Lact.*, γενεὴν *coni. Rzachius* φονεύσῃς *codd. Sibyll.* 4 ΤΑΥΤΑΓ ΑΡΑΘΑΝΑΤΟCΚΑΙΧΟΛΟCΕΤ ΔΙΟCΚΑΙΑΜΑΡΤΝ *B*, ΘΑΥΘΑΘΡΑΛΝΑ *(tert.* Α *ex* Λ *m. 2)* ΘΩCΚΕΧΩΛΩCΕ ΘΙΩCΚΗΝΑΜΑΡΘΗ *P* ταῦτα] τοῖσδε *codd. Sibyll.* κεχολώσεται *et* κεν *(uel* κἂν*)* ἁμάρτῃ] *codd. Sibyll.* interpretationem lat. in marg. add. *B*[3], *in P est haec* fuge sceleratas relegiones *(alt.* e *ex* i *m. 2)* et uiuo dō serui ab adulterio te abstine. et masculi permixtione praua. propriam generationem crea. et ne occidas. his enim dš immortalis irascitur qui haec agunt. *cf. Struuium p. 99; Rzachium, Krit. Stud. p. 39 s.* 6 ŏsŏstendi *(os exp. m. 3) B* ⌜a⌝ *B*[3] 8 quimeae *B*[1], cymeae *B*[3], cymeę *(̨ m. 2) P* 9 facta *B* 10 arcan*is *(i er.) B* li͵belli *(li extra uersum add. m. 2) B* 12 genti⌜b⌝us *B*

ἐρχομένης ὀργῆς μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ
ἔσχατον εἰς αἰῶνα θεοῦ μηνίματα φαίνω,
πᾶσι προφητεύσασα κατὰ πτόλιν ἀνθρώποισιν.

alia quoque per indignationem dei aduersus iniustos cataclysmum priore saeculo factum esse dixit, ut malitia generis humani extingueretur:

ἐξ οὗ μηνίσαντος ἐπουρανίοιο θεοῖο
αὐταῖσιν πολίεσσι καὶ ἀνθρώποισιν ἅπασιν
γῆν ἐκάλυψε θάλασσα κατακλυσμοῖο ῥαγέντος.

AVCTORES 1—3] VIII 1—3. 7—9] IV 51—53.

BP] 1 ΕΡΧΟΜΕΝΕϹΟΡΓΕϹΜΕ ΓΑΠϹΕΠΙΚΟϹΜΟΝΑΠΕΙ Θ *B*, ΕΡΧΩΜΗΝΗΓϹ *(Η s. l. m. 2)* ΩΡΘΗϹΜΗΘΑ ΑΠϹΕΠΙΚΩϹ ΜΩΝΑΠΕΙΘΗ *P* μεγάλης ὀργῆς *codd. Sibyll.* 2 ΕϹΚΑΤΟΝΕϹΔΙΟΝΑΘΕΟΥ ΜΕΝΥΜΑΤΑΦΑΙΝΩ *B*, ΗϹΧΑΝΩΘΗΝΕΙϹ ΑΙΩΝΑΘΥΜΕ ΝΙΜΑΓΑΦΑΙ ΝΩ *P* ἔσχατον] *Lact. cum codd. quibusd. Sibyll.,* ὕστατον *alii* μηνίματα *quod meliores codd. Sibyll. habent, P secutus recepi, quamquam eius interpretatio lat.* pronuntiationes enarrans *uidetur reddere* μηνύματα. *quod B (nisi quod* με-*) habet cum deterrimis codd. Sibyll.; ad* μηνίματα *cf. etiam* denuntians . . iram dei *p. 125, 12 et* μηνίσαντος *7* 3 ΦΑϹΙ ΠΡΟΦΗΤΕΥϹΑϹΑΚΑΤΑΠΟ ΔΙΝΑΝΘΡΟΠΟΙϹΙΝ *B*, ΠΑϹΙΠΡΩ ΦΗΘΥϹΑϹΑ ΚΑΘΑΠΩΑΓΕΙϹΙΝ *(lineam / in Α add. uel restituit et Ε s. l. add. m. 2) P* προφητεύουσα *codd. Sibyll.* πτόλιν] *plerique codd. Sibyll.,* πόλιν *fort. Lact. scripserat* *interpretationem lat. in marg. add. B*[3], *in P est haec* uenientis irae magnae super mundum dī *(*dī *add. m. 2)* pronuntiationes enarrans omnibus hominibus *(*hominibus *add. m. 2)* in urbibus profetans *cf. Struuium p. 101* 4 dei aduersus] *P,* dumaduersos *m. 1,* dī *(add. m. 3)* dumaduersus *(*us *ex* os *m. 2) B* 5 priore* *(*m *er.) B* facta *B* 7 *in B omnia recte nisi quod* ΕΠΙΟΥΡΑΝΙΟΙΟ ΘΕΟΙ *habet,* ΕΞΩΥΜΕΝΙϹΑΝ ΘΩϹΕ$\overset{\text{Τ}}{\underset{\cdot}{\text{Ϲ}}}$ΙΥΡΑΝΙΩΙΩ *(*Ϲ *exp. et linea del. et* Τ *add. m. 2)* ΘΕΩΙΩϹ *P* θεοῖο] *codd. Sibyll.* 8 ΑΥΤΑΙϹΙΝΠΟΛΕΙΕϹϹΕΙΚΑΙΑΝΘΡΟΠΟΙϹΙΝ ΑΙΤΑϹΙΝ *B*, ΑΙΤΑΙϹΙΝ ΠΩΛ *(*Λ *ras. ex* Λ*)* ΙΕϹΙΚΑΙΑΝ ΘΡΩΠΩΙϹΙΝΑΠΑ ϹΙΝ *P* αὐταῖσιν] *Lact. cum codd. quibusd. Sibyll., ceteri* αὐτῇσιν *uel* αὐταῖς σὺν πόλεσι *uel* πόλεσίν τε *codd. Sibyll. ad* πολίεσσι καὶ *cf. Rzachium, Metr. Stud. z. d. Sibyll. Or. (1892) p. 32* 9 ΓΕΝΑΙΚΑΛΥΨΕ, *cetera recte, B*, ΘΗΝΗΚΑΤΑΥΨΕ ΘΑΛΑϹϹΑΚΑ⌊Τ⌋ΑΚΥϹ *(*Τ *in ras. m. 2, supra* ΚΥ *er.* Λ, *quod add. m. 1 uel 2)* ΜΩΙΩΡΑΘΩϹ *P* γῆν ἐκάλυψε] *codd. Sibyll.* *interpretationem lat. in marg. add. B*[3], *in P est haec* ex quo irascente caelesti deo ipsas ciuitates cum omnibus hominibus terram mare cooperuit diluuio ruptio *(legendum* rupto*)* *cf. Struuium p. 102*

simili modo deflagrationem postea futuram uaticinata est, 5
qua rursus inpietas hominum deleatur:

καὶ τότε γινώσκειν θεὸν οὐκέτι πραῢν ἐόντα,
ἀλλὰ χόλῳ βρίθοντα καὶ ἐξολέκοντά τε γένναν
ἀνθρώπων ἅμα πᾶσαν ὑπ' ἐμπρησμοῦ μεγάλοιο

unde apud Nasonem de Ioue ita dicitur: 6

esse quoque in fatis reminiscitur adfore tempus
quo mare, quo tellus correptaque regia caeli
ardeat et mundi moles operosa laboret.

quod tum fiat necesse est, cum honor et cultus dei summi 7
apud homines interierit. eadem tamen placari eum paenitentià factorum et sui emendatione contestans haec addidit:

ἆ μέλεοι, μετάθεσθε, βροτοί, τότε μηδὲ πρὸς ὀργὴν
παντοίην ἀγάγητε θεὸν μέγαν

AVCTORES 3—5| IV 159—161 Rz. (158—160 Fr.) 7—9| Ouid. Metam. I 256—258. 13 s.| IV 162 s. Rz. (161 s. Fr.)

BP] 1 defraglationem *B* 3 KETOTET *(tert.* T *statim ex* C *corr.)* INΩPEIN-ΘEO NOYKITITIPAYNONTA *B*, KAIIΩ̣TḤṬIINΩ *(utrumque* T *in ras. m. 2, prius ex* Θ *?)* CKINΘẸNOYKEΘ(T)I *(*E *exp. m. 1,* Θ *linea del. et* T *add. m. 2)* IIPAYNΘIINIA *P* καὶ τότε γινώσκειν] *codd. Sibyll.* πραῢν *(uel* πρηῢν *uel* αἰὲν*)* ἐόντα] *codd. Sibyll.* 4 AA AAΞAΩBPIΘΩNΘA-KAIE ΞOAONTATETENNAN *B*, M AAXΩAΩBPIΘΩN ΘAKAIEΞOAE-KΩN *P* ἀλλὰ χόλῳ] *(uel* χρόνῳ*) codd. Sibyll.* βρίθοντα] βρύχοντα *uel* κραίνοντα *codd. Sibyll.* τε γένναν] γενέθλην *uel* γενεάν *codd. Sibyll.* 5 OPOIIONAMAIΓACANYIIEM IIPECMOY *sic B*, ΘΩIIΩNNAMA IIACANY-IIEMΘPIIC MOYMΘAAΩIC *P* ἀνθρώπων] *codd. Sibyll.* ἅμα] *(uel* μάλα*) codd. Sibyll.* μεγάλοιο] *codd. Sibyll.* *interpretationem lat. in marg. add.* B^3 *hanc* et tunc gnoscere deum iam non placatum sed irascentem nimis et perdentem generationem hominum totam simul incendustione *ut uid. i. e.* incendii ustione*; deest interpretatio in P cf. Struuium p. 102* 7 *post* fatis *add.* ita B^3 8 *alt.* quo] *P*, quoque B^1, qūoquo B^3 corruptaque *P* 9 oper⌜o⌝sa B^3 11 tamen] *P*, ⌜au⌝tem B^2 13 *in B prior pars uersus recte, pro* τότε—ὀργὴν *haec* TEMEΔEII *(*II *statim ex* P *corr.)* POCOP TIIN, *in P haec* AMEAΩIMIIΘA ΘIICΘBPΘEI ΘΩΘIIMΔIIPIPΩC ΩPΓIIN τότε *scripturae codicis P (et B* TE*) subesse uideri monuit Rzachius.* τάδε *codd. Sibyll.* 14 IIANTOIENAΓAΓII ΘEONMEΓAN *B*, IIANΘΩI IINAΘATIIΘII MIIΘAN *P* ἀγάγητε] *codd. Sibyll.* *interpretationem lat. in marg. add.* B^3, *in P haec* omnes ergo homines transferte uos neque ad iram ducite dn̄m magnum *cf. Struuium p. 140*

item paulo post:

οὐδ' ὀλέσει, παύσει δὲ πάλιν χόλον, ἤν ἄρα πάντες
εὐσεβίην περίτιμον ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.

8 deinde alia Sibylla caelestium terrenorumque genitorem diligi oportere denuntiat, ne ad perdendos homines indignatio eius insurgat:

μήποτε θυμωθεὶς θεὸς ἄφθιτος ἐξαπολέσσῃ
πᾶν γένος ἀνθρώπων βιότου καὶ φῦλον ἀναιδές,
δεῖ στέργειν γενετῆρα θεὸν σοφὸν ἀέναόν τε.

9 ex his apparet uanas esse rationes philosophorum, qui deum putant ἀ-

AVCTORES 2 s.| IV 169 s. Rz. (168 s. Fr.) 7—9] V 358—360.

BP] 2 ΟΥΔΟΛΕCΗΠΑΥCΙΔΕΠΑ ΛΙΝΧΟΛΟΝΕΝΑΡΑΠΟΝ ΤΕC *B*, ΟΥΔΩΛΕCΕΙ ΠΑΥCΗΔΕ ΠΗΙΝΧΩΛΩΝ ΗΝΑΡΑΠΑΝ ΘΗC *P* χόλον πάλιν *codd. Sibyll.* ἤν περ ἅπαντες *codd. Sibyll.* 3 ΕΥCΕΒΙΕΝΠΕΡΙΤΩΟΝΕΝΙΦΡΕCΙΝΑCΧΕCΑΙ ΙΤΔΙ *B*, ΗΥCΕΒΙΗ ΠΝΡΗΡΙΘΙΜΩ (*corr. m. 1*) ΗΝΗΦΡΗCΙΝ ΑCΚΗCΗΘΗ *P* περίτιμον] (*uel* ἐρίτιμον [*sic etiam edd. Lact.*] *uel alia*) *codd. Sibyll.* ἀσκήσητε] (*uel* ἀσκήσαντες) *codd. Sibyll.* *interpretationem lat. in marg. add. B*[3], *in P est haec* neque perdet irae autem parcet cum omnes pietatem insignem ex mente percipiatis *cf. Struuium p. 105; Rzachium. Krit. Stud. p. 44* 4 alia *om. B* terrenorum *P* 7 ΚΑΙΠΟΤΕΘΥΜΟΘΕΙCΘΕΟ CΑΦΘΙΤΟCΕΞΕΟΛΕCΑΙ *B*, ΜΗΠΩΘΗΤΥΜΩ ΘΗCΘCΑΦΘΙ ΘΩCΗΖΑΠΩΛΕC *P* μήποτε] (*cf. P*) *codd. Sibyll.* ἐξαπολέσσῃ] *edd. Lact. et Sibyll.*, ἐξαπολέσῃ *uel* ἐξαπολέσει *uel* ἐξαπολέσῃς *codd. Sibyll.*, *uix* ἐξαπολέσσαι *scripsit Lact.* (*cf. B*) *in codd. Sibyll. hic et proximus uersus ordine inuerso* 8 ΠΑΝΤΕΝΟCΑΝΘΡΟΠΟΝ ΒΙΟΤΟΝΚΑΙΦΥΛΟCΑΝΑΙ ΔΕC *B*, ΑΝΘΡΩΠΩΝ ΒΙΩΤΩΝΚΑΙΦΥ ΛΩΝΑΝΑΙΔΕC. *P* πᾶν] μὴ *codd. Sibyll.* γένος] *codd. Sibyll.* βιότου] *Alexander et Rzachius. recepi. cf. interpret. lat. in P* uita, βίοτον (*cf. BP*) *codd. Sibyll.* φῦλον ἀναιδές] πάντας ὀλέσσῃ *codd. Sibyll.* 9 ΔΕΙCΤΕΡΓΕΙΝΤΕΝ ΕΤΕΡΑΘΕΟΝCΟΦΟΝΕΝΕ ΑΝΤΕ *B*, ΔΕΙCΘΗΡΘΕΙΝΘΕΝΗΘΗΡΘΝ CΟΦΩΝΑΕΝΑΩΝΕΕ *P* γενετῆρα] *codd. Sibyll.* ἀέναόν τε *in P* (*et B*) *potius quam* αἰὲν ἐόντα, *quod est in codd. Sibyll., subesse uidit Rzachius* *interpretationem lat. in marg. add. B*[3], *in P est haec* ne forte iratus incorruptibilis deus omne genus hominum perdat uita tribum improbam oportet enim genitorem deum amare (*corr. m. 2*) qui plenus est et sapiens *cf. Struuium p. 105; Rzachium. Krit. Stud. p. 61* 10 quia (*a exp. m. 3*) *B* dominum *B* ἀόργητον] *Halmius*, ΑΡΓΗΟΜ *B*[1], *in marg.* sine iracundia *B*[3], sine ira *P* (sine ira esse *Heumannus*), *haud scio an recte* (*cf. c. 22. 2* sine ira deum esse credentes), *etiam part. I p. 296, 6 in B graecum ab interpolatore additum est*

ὀργητον et inter ceteras laudes eius id ponunt quod est
inutilissimum, detrahentes ei quod est rebus humanis
maxime salutare, per quod constat ipsa maiestas. regnum 10
hoc imperiumque terrenum nisi metus custodiat, soluitur.
aufer iram regi, non modo nemo parebit, sed etiam de fastigio
praecipitabitur. immo uero cuilibet humili eripe hunc adfectum, quis eum non spoliabit? quis non deridebit? quis
non adficiet iniuria? ita nec indumenta nec sedem nec 11
uictum poterit habere aliis quidquid habuerit diripientibus,
nedum putemus caelestis imperii maiestatem sine ira et metu
posse consistere. Apollo Milesius de Iudaeorum religione 12
consultus responso haec introducit:

ἐς δὲ θεὸν βασιλῆα καὶ ἐς γενετῆρα πρὸ πάντων,
ὃν τρομέει καὶ γαῖα καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα
ταρτάρεοί τε μυχοί, καὶ δαίμονες ἐρρίγασιν.

AVCTORES 13—15] cf. Porphyrii De philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae ed. Wolff (1856) p. 142.

BP] 2 inutilissimum—per quod *om. P* 4 costodiat B^1, *corr.* B^2 5 regni *P* 6 praecip*itabitur *(a er.) B* 7 spoliauit B^1, *corr.* B^2 quis] ***P***, quis eum ***B*** 10 necdum ***B*** caelestis imperii] ***P***, caelestē *(ē **in** er.* i *? **m.** 2)* timeri ***B*** maiestatis ***m.** 1*, maiestates⌜i⌝, ***m.** 2* es *ex* is, *m. 3* i *s. l., B* 11 posse⌜t⌝ B^2 12 indidit *P; an* intulit *? cf. c. 22, 8; Inst. VII 13, 3* 13 ΕΤΑΕΘΕΟΝΒΑCΙΛΕΑ ΚΑΙCΕΤΕΝΤΕΡΑ ΠΡΟΠΑΝ ΤΟΝ *B*, ΕCΔΕΘΝΒΑCΙΛΗΑ ΚΑΙΕCΤΕΝΕΤΡΑ ΠΡΟΙΤΑΝΤΩΝ *P* *cum* ἐς δὲ *(P) consentit interpretatio Augustini* in deum; ἠδὲ *edd.*, οὐδὲ *Struuius* *alt.* ἐς *defenditur interpretatione Augustini* in regem, *om. edd.* γενετῆρα *scripsi*, γεννητῆρα *edd.*; βασιλῆ καὶ γεννητῆρα *coni. A. Nauckius, Diurn. antiqu Marburg. 1855 p. 120* 14 ΟΝΡΕΜΙΚΑΙΓΑΙΑΚΑΙΟΥΡΑΝΟCΗΙΑΕΘΑΛΑCCΑ *B*, ΟΝΤΡΕΜΕΙΚΑΙΓΑΤΑ ΚΑΙΟΥΡΑΝΩCΗ ΔΕΘΑΛΑCCΑ ***P*** τρομέει] *Nauckius p. 119*, τρέμει *uix Lactantius scripserat*, τρέμεται ***edd.*** γαῖα] ***edd.*** ἠδὲ] ***edd.*** *ap. Ge. Cedrenum, Histor. compend. p. 41 C (I p. 74, 4 Bekker) ex eodem oraculo haec* ὃν τρέμει πᾶν, οὐρανὸς γαῖά τε καὶ θάλασσα 15 ΤΑΡΤΑΡΕΟΙΤΕΜΟΙΧΟΙΚΕ Δ *(minus certum, fort.* Α *est)* ΕΜΟΙΟΝΕCΕΡΡΙΤΑCΙΝ *B*, ΤΑΡΘΑΡΕΟΙΤΕΜΥΧΟΙ ΚΑΙ ΑΑΙΜΟΝΕC ΕΡΡΙΤΑCΙΝ *P* ἐρρίγασιν] *Halmius ex BP*, ἐκφρίττουσιν *edd.* ταρτάριοι βύθιοί τε *(τε* βυθοὶ καὶ *coni. Wolffius)* δαίμονες ἐρρίγησαν *Cedrenus* *interpretationem lat. in marg. add.* B^3, *in P est haec* regem autem et genitorem ante omnia quem terra contremescit caelumque et mare et latebrae tartareae et demones abhorrescunt; *ap. Augustin. De ciu.*

13 si tam lenis est quam philosophi uolunt. quomodo ad nutum eius non modo daemones et ministri tantae potestatis, sed etiam caelum et terra et rerum natura omnis contremescit? si enim nullus alteri seruit nisi coactus. omne igitur imperium metu constat, metus autem per iram. nam si non moueatur quis aduersus parere nolentem, nec cogi poterit ad
14 obsequium. consulat unus quisque adfectus suos. iam intelleget neminem posse sine ira et castigatione imperio subiugari. ubi ergo ira non fuerit, imperium quoque non erit. deus autem habet imperium. ergo et iram. qua constat imperium, habeat necesse est.

1 (15) 24. Quapropter nemo uaniloquentia philosophorum inductus ad contemptum se dei erudiat. quod est maximum nefas.
2 (16) debemus hunc omnes et amare, quod pater est, et uereri. quod dominus, et honorificare, quod beneficus, et metuere.
3 (17) quod seuerus: utraque in eo persona uenerabilis. quis salua pietate non diligat animae suae parentem? aut quis inpune contemnat eum qui rerum dominator habeat in omnes ueram
4 (18) et aeternam potestatem? si patrem consideres, ortum nobis ad lucem qua fruimur subministrat. per illum uiuimus, per
5 (19) illum in hospitium mundi huius intrauimus. si dominum cogites, ille nos innumerabilibus copiis alit, ille sustentat, in huius domo habitamus, huius familia sumus et si minus obsequens quam decebat, minusque officiosa quam domini et

dei XIX 23 (II 394, 12 Dombart[2]*) haec* in deum uero, inquit, generatorem et in regem ante omnia, quem tremit et caelum et terra atque mare et infernorum abdita et ipsa numina perhorrescunt *praeter Nauckium et Wolffium cf. Struuium p. 106; Diltheyum. Mus. rhen. XXVII (1872) p. 417; Dieterichium. Ann. philol. supplem. XVI (1888) p. 776 BP]* 1 philosi *P* 6 pare⌜re⌝ B^2P^2 nollentem B^1P^1, *pr.* l *del.* B^3, *exp.* P^2 cogere *Gemollius p. 19,* cogi ⟨is⟩ *malim* 8 ⌜s⌝ine ira* *(*m *er.) B* 10 ⌜et⌝ B^2 irã *(˜ m. 2) B* que B^1, *corr.* B^2, quam *P* 12 uaniloquentia˴ *(*m *er.) B* inductum B^1. *corr.* B^3 13 se* *(*d *er.) B* 16 uenerabiles B^{ac}, *corr. m. 1 uel 2* qui *B* saluaṭ *(*t *exp. m. 2) P* 19 ortum | *P*, ostium *ras. ex* ostuum *B* 20 quaṃ *(*m *exp. m. 3) B* 21 dm̃ *P* 22 inrumerabiles P^1 alit *(*t *in er.* s *? m. 2) B* 23 habitauimus B^1, habitabimus B^2 cuius B^1, *corr.* B^3 24 docebat P^1 quam officiosa *P*

parentis immortalia merita poscebant, tamen plurimum proficit
ad ueniam consequendam, si cultum eius notionemque tenea-
mus, si abiectis humilibus terrenisque tam rebus quam bonis
caelestia et diuina et sempiterna meditemur. quod ut facere 20 6
possimus, deus nobis sequendus est, deus adorandus et dili-
gendus, quoniam in eo est materia rerum et ratio uirtutum
et fons bonorum. quid enim deo aut potentia maius est aut
ratione perfectius aut claritate luculentius? qui quoniam 21 7
nos ad sapientiam genuit, ad iustitiam procreauit, non est
fas hominem relicto deo sensus ac uitae datore terrenis fra-
gilibusque famulari aut quaerendis temporalibus bonis inhae-
rentem ab innocentia et pietate desciscere. non faciunt 22 8
beatum uitiosae ac mortiferae uoluptates, non opulentia libi-
dinum inritatrix, non inanis ambitio, non caduci honores
quibus inlaqueatus animus humanus et corpori mancipatus
aeterna morte damnatur, sed sola innocentia, sola iustitia:
cuius legitima et digna merces est inmortalitas, quam statuit 23 9
a principio deus sanctis et incorruptis mentibus quae se a
uitiis et ab omni labe terrena integras inuiolatasque conser-
uant. cuius praemii caelestis ac sempiterni participes esse 24 10
non possunt qui fraudibus rapinis circumscriptionibus con-
scientiam suam polluerunt quique iniuriis abominandis
nefariisque commissis ineluibiles sibi maculas inusserunt.

BP] 1 parentes B^{rc}, *corr. m. 1 uel 2* 3 terrenisque *m. 3 in 9—11 litt. er., quarum 3 primae* qua, *extremae* is, *fort.* quam bonis *fuerat, B* tam—bonis *s. l. add.* B^3 tam rebus *bis, pr. er., P* 4 caelestiæt *(alt.* t *add. m. 2, fort. etiam* æ *ex* a *m. 2) B* diuinae B^1, diuinae⌜t⌝ B^2 diuina *(om.* et*) P* 5 et] *codd. rec.*, est B^1, ds̄ B^2, et diligendus *om. P* 7 potentiam ius P^1 aut *ex* ait B^2 9 ad iustitiam] *P*, et iustitia *B* 10 sensu⌜u⌝m B^2 dator et B^1, datorem B^2 12 innocentia÷ *(m er.) B* et inpietate *B* discere B^1, dis⌜cis⌝cere B^2, discedere *P* 13 beatae P^1 uoluptates] P^2, uoluntates *B*, uoluptatis P^1 pollentia B^1, *corr.* B^3 libidinum *(*u *ex alia litt.) B* 14 in‿itatrix *P* 16 etterra B^1, ⌞a⌟eter⌞n⌟a B^2 iustitia sola *P* 17 mercis P^1 inmortali⌜ta⌝s B^2 19 inuiolatusque *(alt.* u *in er.* e *uel eodem* u *m. 1) B* 20 huius *P, fort. recte* 21 faucibus *m. 1,* faci⌜n⌝o⌜r⌝ibus *ead. m. ?, B* 22 abominandis *scripsi (cf. Inst. VI 23, 11)*, hominum *BP edd.* 23 nefariis *P* commissisi ineluiuiles *m. 1, alt.* u *in* b *corr. m. 2,* i *post* commissis *del. m. 3, B*

11 (25) proinde uniuersos oportet qui sapientes, qui homines merito
dici uolunt, fragilia contemnere, terrena calcare, humilia de-
spicere, ut possint cum deo beatissima necessitudine copulari.
12 (26) auferatur inpietas, discordiae dissensionesque turbulentae atque
pestiferae sopiantur, quibus humanae societatis et publici
foederis diuina coniunctio inrumpitur dirimitur dissipatur:
quantum possumus, boni ac benefici esse meditemur: si quid
nobis opum, si quid suppetit copiarum, non uoluptati unius,
13 (27) sed multorum saluti inpertiatur. uoluptas enim tam mortalis
est quam corpus cui exhibet ministerium, iustitia uero et
beneficentia tam inmortales quam mens et anima, quae bonis
14 (28) operibus similitudinem dei adsequitur. sit nobis deus non
in templis, sed in corde nostro consecratus: destructilia sunt
omnia quae manu fiunt. mundemus hoc templum, quod non
fumo, non puluere, sed malis cogitationibus sordidatur, quod
non ceris ardentibus, sed dei claritate ac luce sapientiae in-
15 (29) luminatur. in quo si semper deum crediderimus esse prae-
sentem, cuius diuinitati secreta mentis patent, ita uiuemus,
ut et propitium semper habeamus et numquam uereamur
iratum.

AVCTORES 13] cf. Minuc. Fel. 32. 2.

BP | 1 proideo *m. 1*, proi⌜n⌝de* *eadem m. ?*, *B* 2 dispicere *P* 3 dō (˜ *m. 2*) *P* 4 ac *P* 5 societates *P* publici* (*s er.*) *B* 6 foederes B^1, *corr.* B^2 coniu⌜n⌝ctio P^2 8 uolumptati *B* 10 ex⌜h⌝ibet B^2 11 inmortalis *B* 13 *pr.* ⌜in⌝ *P* dest⌜r⌝uctilia *P* 15 se⌜d⌝ B^2 males B^1, *corr.* B^2 16 cẹris (. *m. 2*) *P*; cereis *edd., sed cf. Inst. VI 2, 5* cerarum lumen dei *om. P, fort. recte* 17 domini B^1, dominĩ* B^2 18 diuinitati—ita] *B*, diuinitatis patentia P^1, *s. l.* ita *add.* P^2 19 ⌞uer⌟eamu⌞r⌟ (*ex* habeamus ?) B^3 DE IRA DIVINA EXP. LIB. VIII. INC. DE OPI.FICIO DIVINO LIB. VIIII. *B*; CAECILI FIRMIANI DE IRA DIVINA LIB VIII EXPLIC INCIPIT DE OPIFICIO DI LIBER NONVS *P*

LACTANTI
QVAE FERVNTVR
CARMINA.

LACTANTI
CARMEN
DE AVE PHOENICE.

Est locus in primo felix oriente remotus,
Qua patet aeterni maxima porta poli,
Nec tamen aestiuos hiemisue propinquus ad ortus,
Sed qua sol uerno fundit ab axe diem.
Illic planities tractūs diffundit apertos,
Nec tumulus crescit nec caua uallis hiat,
Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,
Per bis sex ulnas eminet ille locus.

A: codex Parisinus 13048 saec. VIII—IX, continet u. 1—110.
B: codex Veronensis 163 saec. IX.
C: codex Leidensis Vossianus Q. 33 saec. X.
codd. rec.: codices quidam recentes.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES Gregor. Tur. De cursu stellarum c. 12 (Gregor. Tur. ed. Arndt et Krusch II p. 861): Tertium (miraculum) est quod de Phinice Lactantius refert. 'magna est' ait 'corpore' *eqs.;* cf. Birtius, Mus. rhen. XXXIV 9; Baehrensius, Poet. lat. min. III 250 ss.; Fr. Schoellius, *Vom Vogel Phoenix* (1890) p. 45 s. — Alcuin. De sanct. Euboric. eccl. 1552: 'Quid Fortunatus uel quid Lactantius edunt' ad Phoenicem recte referre uidetur Manitius, *Gesch. der chr.-lat. Poesie* (1891) p. 45. 1 s.] cf. Theodulf. carm. L 1 s. (Poet. lat. aeui Carol. rec. Duemmler I p. 550) 2] Ennius ap. Lactant. Inst. I 18, 11; Obitus Baebiani 124 s. (ed. Guil. Brandes, Stud. Vindobon. XII. 1890, p. 280 ss.): patet ecce sereni Porta poli merito; ibid. 72: aetherii secreta poli; Venant. Fortun. carm. III 9, 2: et maiore poli lumine porta patet (cf. II 7, 1). 7] gramm. d. dub. nom., Gr. Lat. V 581, 12 Keil. 7 s.] Gregor. Tur. p. 861, 4 s.

ABC] Lactancius de phoenice *m. rec. in A.* IT̃. LACTATII *(sic)* DE EADEM AVE *(antecedit post alia Claudiani carmina Phoenix eius inscriptus* EIUSDEM. DE FOENICE AVE*) B,* VERSVS LACTANTII DE AVE FOENICE *C* 2 patit *A* poli] *AB,* caeli *C* 3 hiemesue *B,* hiemisu*e *(a er.) C* hortus *A;* aestiuas . . oras *Leyserus* 4 uerbo *A* axe *(e ex o) C* 5 defundit *B* 6 *pr.* Nec *A* 7 sed trimontes *codd. gramm. d. dub. nom. p. 581, 12* 8 sex] mille *(M. scriptum pro* VI. *lectum) Maehlyus. Satura, Basil. 1886. p. 26* imminet *AB* ille *A*

Hic Solis nemus est et consitus arbore multa
  Lucus, perpetuae frondis honore uirens.
Cum Phaethonteis flagrasset ab ignibus axis,
  Ille locus flammis inuiolatus erat,
Et cum diluuium mersisset fluctibus orbem,
  Deucalioneas exsuperauit aquas.
Non huc exsangues morbi, non aegra senectus,
  Nec mors crudelis nec metus asper adest,
Nec scelus infandum nec opum uesana cupido
  Aut ira aut ardens caedis amore furor:
Luctus acerbus abest et egestas obsita pannis
  Et curae insomnes et uiolenta fames.
Non ibi tempestas nec uis furit horrida uenti
  Nec gelido terram rore pruina tegit,
Nulla super campos tendit sua uellera nubes,
  Nec cadit ex alto turbidus umor aquae.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 10] Ouid. Met. I 565; Gregor. Tur. p. 861, 5 s. 15 ss.] cf. Verg. Aen. VI 273 ss.: Ps.-Cyprian. De resurrect. mort. 246 s.: Iraeque insidiaeque absunt et dira cupido, Exclususque metus pulsaeque a limine curae; de Phoenice cf. ibid. 133 s. 16] gramm. d. dub. nom. p. 583, 32. 23] idem p. 593, 26. 24] idem p. 580, 23.

ABC] 9 solus nemos *A* 11 factontaeis *A*, phactonteis *B*, foetonteis *(sic)* *C* 14 Deocalioneas *A*, diocallioneas *B*, Deucaloneas *C* exuperauit *A*, ex*uperauit *(s er.)* *B* 15 ex*angues *(s er.)* *B*, exsanguis *AC* morbus *C* egra *C* senetus *C* 16 a⌜s⌝per *C* adit *C*, adhesit *gramm. d. dub. nom. p. 583, 32* 17 uaesana *AB* 18 ira *Baehrensius, quod recepi conl. Ps.-Cyprian. De resurrect. mort. 246 (cf. supra)*, mętus *A*, metus *BC*, Mars *edd.*, Venus *Oudendorpius (ap. Burmannum)*, Pauor *Goetzius, Act. soc. philol. Lips. V p. 327*, Letum *Riesius*, uitium *Schoellius*; Huc meat aut ardens *Birtius, Ad histor. hexam. lat. p. 12 adn. 2;* Ambitus aut ardens *Klappius, Quaest. de Anthol. lat. carmin. nonnull., Vandsbeck. 1875. p. XV* cedis *A*, cedit *B*, adit *C* amorę *A* 19 aceruus *AB* abē** *(in ? er.)* *C* aegestas *A*, *egestas *(a er.)* *B*, ⌜e⌝gestas *C* 20 insomnis *A* et] *BC*, nec *A* 21 tempes *(om. tas)* *A* furet *C* 22 gelida *A* proina *B* 23 tend⌞i⌟t *A*, tendet *codd. gramm. d. dub. nom. p. 593, 26* uellerė *A* 24 Nec cadit] necauit *codd. gramm. d. dub. nom. p. 580, 23* unur B^1, *corr.* B^2, humor *AC* aq̃; *C*

Sed fons in medio ‹est›, quem uiuum nomine dicunt
  Perspicuus, lenis, dulcibus uber aquis,
Qui semel erumpens per singula tempora mensum
  Duodecies undis inrigat omne nemus.
Hic genus arboreum procero stipite surgens
  Non lapsura solo mitia poma gerit.
Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica Phoenix,
  Unica, sed uiuit morte refecta sua.
Paret et obsequitur Phoebo memoranda satelles:
  Hoc natura parens munus habere dedit.
Lutea cum primum surgens Aurora rubescit,
  Cum primum rosea sidera luce fugat,
Ter quater illa pias inmergit corpus in undas,
  Ter quater e uiuo gurgite libat aquam.
Tollitur ac summo considit in arboris altae
  Vertice, quae totum despicit una nemus,
Et conuersa nouos Phoebi nascentis ad ortus
  Expectat radios et iubar exoriens.
Atque ubi Sol pepulit fulgentis limina portae
  Et primi emicuit luminis aura leuis,

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 25] Gregor. Tur. p. 861, 6 s. 26] cf. Ps.-Cyprian. De pascha 27 s. 31] cf. Ouid. Amor. II 6, 54. 34] cf. Lact. Inst. II 8, 21 ss. (cf. § 57): natura—quam deum. 37 s.] Gregor. Tur. p. 861, 11 s. 39] cf. ibid. p. 861, 12. 39 s] ibid. p. 861, 7 s. 41 s.] ibid. p. 861, 13.

ABC] 25 Sed] Est *Baehrensius* ‹est› *codd. rec. edd., om. ABC* uinũ *C*ac, *s. l. corr. m. 1* 27 per—mensum] *BC*, per singulis nubes *A* 28 inrigat *(r s. l. m. 2) B*, irrigat *C* 29 arborem *A*, arbor̃e *ex* arbor̃ *(sic) C* ⌜de⌝ stipite *B*2 31 locus *B*1, *s. l. corr. B*2 fenix *AC*, foenix *B* 32 Unica sed *(distinctione omissa) Riesius* sed] si *('i. e. siquidem') Baehrensius. Annal. phil. CV 51 et in edit.*, quae *Francius (ap. Burmannum)* 33 Paret] *sic B*, Parit *AC* foebo *AC* ueneranda *Baehrensius ibid.*, miranda *dubitanter Riesius* satellis *B*1, *corr. B*2 *(sic)* 34 mu**nus *C* 35 ⌞surge⌟ns *A* 36 s⌞i⌟dera *B*2 37 pia *A* inundañs *C* 38 surgite *(sic) B*1, *corr. B*2 39 considit] *codd. rec.*, consedit *ABC* arborę *A* 40 dispicit *A* 41 foebi *C* 42 Ex pectus *A* 43 At quae *A* ibi *P*ac, *pr.* i *in* u *corr. m. 1* pepullit *A* 44 laeuis *A*

Incipit illa sacri modulamina fundere cantus
Et mira lucem uoce ciere nouam,
Quam nec aedoniae uoces nec tibia possit
Musica Cirrhaeis adsimulare modis,
Sed neque olor moriens imitari posse putetur
Nec Cylleneae fila canora lyrae.
Postquam Phoebus equos in aperta effudit Olympi
Atque orbem totum protulit usque means,
Illa ter alarum repetito uerbere plaudit
Igniferumque caput ter uenerata silet.
Atque eadem celeres etiam discriminat horas
Innarrabilibus nocte dieque sonis,
Antistes luci nemorumque uerenda sacerdos
Et sola arcanis conscia, Phoebe, tuis.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 45] Gregor. Tur. p. 861, 10 s. 46] cf. Euphorb. de Siren. (Anthol. lat. 637 R.) 2. 50] gramm. d. dub. nom. p. 578, 26.

ABC] 45 sagri *B* modolamina *AB* 46 luce *C* ciere] *A*, uerere *B*, referre *C* noua *C* 47 nęc *A* ędoneae *A*, iduoneae *B*, aidoneae *C* uocis *A*, fauces *Baehrensius* 48 cerreis *A*, cirrheis *B*, cirreis *C* adsimolarę *A*, assimilare *BC* 49 Et *Baehrensius* holor *A* *moriens *(o er.) C* imitare *A* posse] se *post lacunam fere 3 litterarum A* putatur *B* 50 cillineę *A*, cilleneae *B*, cyllineae *C* luere *A*, lirae *C* 51 phoeuus *A*, foebus *C* diffudit *B*, diffundit *C* 52 At quę *A* orbem] ortum *uel* aurum *coni. Baehrensius, Annal. phil. CVII 63*, orbem *'sc. solis, caput dei quasi cingentem' Riesius* pertulit *codd. rec.* usquę *A* medos *B* protulit Oceano *Heinsius* Atque axem totum protulit osque micans *Goetzius, Mus. rh. XXXI 477*, Atque orbem in totum propulit usque means *Machlyus p. 26; quamquam Baehrensius l. c. inprobat, haud scio an poeta locum sic* postquam totum terrae orbem ostendit *intellegi uoluerit* 53 a'Tarum *B* 54 Igniferum quae *A*, Igneferumque *(sic) B* *55. 56 eicit Leyserus* 55 At quae *A* celeris *A* 56 Inennarrabilibus *B* noctae dię quae *A* 57 Antistis *A*, Antistịtes *(pr. i ex e) C* nemoř *C* ueneranda *BC* 58 archanis *C* phoebae *A*, foebe *C* *post hunc u. Baehrensius (Ann. phil. CVII p. 64) uu. 123—150 ponendos esse putat*

Quae postquam uitae iam mille peregerit annos
  Ac se reddiderint tempora longa grauem,
Ut reparet lapsum spatiis uergentibus aeuum,
  Adsuetum nemoris dulce cubile fugit.
Cumque renascendi studio loca sancta reliquit,
  Tunc petit hunc orbem, mors ubi regna tenet.
Dirigit in Syriam celeres longaeua uolatus,
  Phoenices nomen cui dedit ipsa uetus,
Secretosque petit deserta per auia lucos,
  Sicubi per saltus silua remota latet.
Tum legit aerio sublimem uertice palmam,
  Quae Graium phoenix ex aue nomen habet,
In quam nulla nocens animans prorepere possit,
  Lubricus aut serpens aut auis ulla rapax.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 59| cf. Auson. Epist. 20, 9; Gregor. Tur. p. 861, 4. 63 s.| cf. Lact. Epit. 22 [27], 4 s.: eiecit—hominem mors. 69| Gregor. Tur. p. 861, 7 s.

ABC] 59 mile *A*, millae *C* pergerit *B* 60 se] *BC*, si *A*, sibi *cum Hoeufftio (Peric. crit. p. 160) Baehrensius ('ipsa sibi auis propter senium molesta fit'):* Et sic *Barthius;* Hanc *(sc.* uitam*)* et reddiderint *Maehlyus p. 26* reddideri⌜n⌝t *C*, redditerent *A*, reddiderunt *B; cf. Claudian. Phoen. 27:* Namque ubi mille uias longinqua retorserit aestas; *Gregor. Tur. p. 861, 4:* Haec postquam mille transierit annos 61 repararet *B* fatis *C* 62 Assuetum *C* cubicule *C* 63 Cum quę *A* reliquid *AB*, relinquit *C* 64 Tum *C* mors] *cod. Vindob. 717. edd.*, mox *ABC codd. rec.* 65 Derigit *Baehrensius* ce⌜le⌝res *B* longeua *AC* 66 Phoenices] *edd.*, Phoenicis *A*, fenicis *C*, foenice *(sic) B*, Phoenicem *codd. rec.*, Phoenicen *Baehrensius* uetus] *codd. rec.*, uaetus *A*, uetustas *BC*, Venus *Heinsius* 67 securosque *Baehrensius, Annal. phil. CVII 63 et in edit.* lucus *B* 68 Hic ubi *codd. rec. (Vitebergens. Leyseri, Vindobon. 717) edd.* sastus *(uel* sartus*)* *B*ac, *s. l. corr. m. 1* silua] illa *Heinsius*, sola *Oudendorpius* 69 Cum *A* aereo *(sic) B* uerticae *A*, uerticē *B* 70 graium *A*, *coniecerat etiam Heinsius*, gratum *BC* foenix *B*, fenix *C* auae *A* habuit *A* 71 In quam] *C*, Id quam *A*, It qua *B*, Et qua *Goetzius, Act. soc. philol. Lips. V 329* noce⌜n⌝s anima⌜n⌝s *C* proripere *B*, prorumpere *C*

Tum uentos claudit pendentibus Aeolus antris.
Ne uiolent flabris aera purpureum
Neu concreta noto nubes per inania caeli
Submoueat radios solis et obsit aui.
Construit inde sibi seu nidum siue sepulchrum:
Nam perit, ut uiuat, se tamen ipsa creat.
Colligit hinc sucos et odores diuite silua,
Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs,
Quos aut Pygmeae gentes aut India carpit
Aut molli generat terra Sabaea sinu.
Cinnamon hinc auramque procul spirantis amomi
Congerit et mixto balsama cum folio:
Non casiae mitis nec olentis uimen acanthi
Nec turis lacrimae guttaque pinguis abest.
His addit teneras nardi pubentis aristas
Et sociam myrrae uim, panacea, tuam.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 73] cf. Ouid. Met. XIII 810 s. 77] cf. Ouid. Met. XV 397; Claudian. Phoen. 44. 77. 79—92] Gregor. Tur. p. 861, 8—10. 78] cf. Anthol. lat. 389, 32 R. 83] cento anonymi u. 55 (Cod. Sangall. 870 [olim D. n. 476] saec. IX; cf. Iuuenalis commentarii uetusti ed. Cramer. 1823, p. 17). 83 s.] cf. Ps.-Cyprian. De resurrect. mortuor. 216 s. 85] Verg. Georg. IV 123. 86] Ouid. Met. XV 394. 87] cf. Ouid. Met. XV 398.

ABC] 73 uentus *A* claudent pandentib; *B* eulos *A*, eolus *C* 74 fabris *B* pũporeum *A*, purpereum *B* 75 congreta *B* notus *B*, nothus *C*, notis *Heinsius* 76 redios *A*, radius *C* obsit aui] *codd. rec.*, bosi taui *A*, ussit aui *BC* 77 sepulchum *A* 78 sed *BC* 79 huic *Baehrensius*, huc *dubitanter Riesius* odoris *A*, odore⌜s⌝ *C* 80 opolentus *B* araps *ABC* 81 pigmeę *A*, pigmaee *(sic) B*, pigm⌜e⌝ae *C*, Panchaeae *Heinsius cum codd. rec.* 82 mollit *A* terras ab ea *A* sabea *C* 83 Cinnamomum *B*, Cynnamoum *C* hinc] *codd. rec.* *(cf. u. 79)*, hic *ABC cento Sangall.*, huc *dubitanter Riesius* auram quae *A*, auraque *cento Sangall.* spumantis *C* 85 caseae *A* mites *A*, mittis *C* acha⌜ti⌝ *(sic) B*, ⌜a⌝chanti *C* 86 lagrimae *B* gutta quae *A* 88 sociam] *B*, sociat *A*, socia *C* uini *C* panacea] *codd. rec.*, panachee *A*, panachea *BC*, Panachaea *('pro Panchaea') cum codd. rec. Baehrensius*, Nabathaea *Leyserus* tuam] *codd. rec.*, tuę *A*, turis *B*, ture *C*

Protinus instructo corpus mutabile nido
Vitalique toro membra uieta locat.
Ore dehinc sucos membris circumque supraque
Inicit exsequiis inmoritura suis.
Tunc inter uarios animam commendat odores,
Depositi tanti nec timet illa fidem.
Interea corpus genitali morte peremptum
Aestuat et flammam parturit ipse calor.
Aetherioque procul de lumine concipit ignem:
Flagrat et ambustum soluitur in cineres.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 93 s.] Luc. 23, 46 ap. Ambros. De spir. sancto II, VII, 56; De incarn. V 42 (II 645 A; 713 B Maur.) et Hilar. Pict. In Ps. 53, 141 (I 138, 802 Zingerle) et in Vulg.: in manus tuas commendo spiritum meum; ap. Tertull. Adu. Prax. 25: in tuis manibus depono spiritum meum; Lact. Inst. IV 19, 2 (Epit. 41 [45], 10): (Iesus) spiritum posuit; Claudian. Phoen. 94: iam flammae commendat opus. 96] gramm. d. dub. nom. p. 577, 14. 97] Gregor. Tur. p. 861, 13. 98] cf. Ps.-Cyprian. De Sodoma 138: soluitur in cinerem, ubi Peiperus (Cyprian. Gall.) adfert Arator. II 1176: soluitur in cinerem (*cineres* edd. Aratoris).

ABC] 89 Protinus] *AC*, His protinus *B* instructo] *Heinsius et Francius (cf. Baehrensium, Mus. rh. XXX 309): an* in structo ? instructos *A*, structis *B*, instractis *C*; Protinus huic tradit *Klappius p. XVI*, Protinus in stragis *Birtius*, *Mus. rh. XXXIV 9* mobile *C* 90 Vitali quae *A*, Nidaliq; *C* uieta] *Heinsius*, quiete *AB*, quieta *C edd.* 91 sucus *A* circum quae supra quae *A*, circũ quaq; sup⌜r⌝a *C* 92 exequiis *AC* *post hunc u. conplura disticha intercidisse existimat Birtius p. 8 locum Gregorii Tur. p. 861, 10 adhibens, consentit Riesius, sed Gregorius argumentum carminis liberius reddidisse uidetur; cf. etiam Schoellium l. c.* 93 Tunc] Huic *Klappius p. XVI, uersib. 93. 94 post 90 positis* inter] *BC*, in *A* odoris] *A*, -es *in B minute scriptum euanidumque, fort.* -is *est* inter . . . odores *pro datiuo positum interpretatur Birtius p. 9* 94 *uersum in marg. add. m. 1 C* Depositam *A*, Depositā *C* tibet *A* *95 et 96 eicit Leyserus* 95 Interimit *A* mortae *A* 96 protulit *codd. rec.* 97 concepit *A* 98 soluitus *(sic) A* cineres *Ritschelius, Opusc. III 808*, cinerem *ABC (cf. supra Ps.-Cyprian. Sodom. 138 et Arator. II 1176)*

Quos uelut in massam cineres natura coactos
   Conflat, et effectum seminis instar habet.
Hinc animal primum sine membris fertur oriri,
   Sed fertur uermi lacteus esse color.
Crescit, at emenso sopitur tempore certo
   Seque oui teretis colligit in speciem.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 99 s.] Gregor. Tur. p. 861, 14 s. 103] non conferendum esse Ouid. Fast. V 537 'creuerat immensum' recte monet Riesius; cf. etiam Ps.-Cyprian. De pascha 16 'creuit in immensum', fort. ex corrupta scriptura Phoenicis per imitationem factum 104] Gregor. Tur. p. 861, 15.

ABC] 99 cineris *B*, natura *Ritschelius; tenues coniciebam (cf. Venant. Fortun. I 15, 51 s.:* Post cineres consumpta suos tenuesque fauillas Sic solet et Phoenix se renouare senex*)* natura] *Buechelerus ap. Riesium, Anthol. lat. 731 (adde Claudian. Phoen. 62 s.:* Parturiente rogo curis natura laborat Aeternam ne perdat auem*). ad* conflat *suppleuerat* natura *iam Gryphiander*, in more *ABC*, in morte *codd. rec.*, sine more *Heinsius*, umore *Ritschelius;* Quos deus *(pro* uelut, *quod cum AC etiam B habet)* in massam cineres umore coactos *Klappius p. XVII*, Quos lux in massam nocturno umore coactos *Baehrensius, Annal. Bursiani I 222,* Quos uelut in massam cineres anima orbe coactos *Birtius p. 9,* Quos uelut in massam Cinyras umore coactos *Froehnerus, Mus. rh. XXXXVII 303* coactus *AC* 100 affectu *(sic) A*; effictum *Froehnerus ibid.* habent *cum codd. rec. Ritschelius* 102 Sed] Sic *Leyserus*, Et *Maehlyus p. 26* uerni *A*, uermis *C* lactibus *A* 103 Crescit, at emenso sopitur *scripsi,* Creuerit in mensum subitus *(sic Laubmannus Baehrensius ego legimus, subitur in appar. Riesii) A*, Creuerit inmensum subitur *(sic Riesius et Haberda, subitus Ieepius et Baehrensius) B*, Creuerit inmensum subito *C;* Creuerit *(uel* Creuit *uel* Crescit*)* in *(uel om. uel* et*)* immensum subito *codd. rec.*, Creuerit *(uel* Crescit in *uel* Creuit in*)* immensum subito cum *edd.*, Creuit ubi, mensum sopitur *Klappius p. XVI, at uermi XL dies dari solent, cf. Schoellium p. 9. 43;* Creuerit in mensum *(i. e. in iustam mensuram)*: sopitur *Riesius*, Crescit in immensum, sopitus *Maehlyus p. 26*, It tener in densum duratus *Baehrensius (cf. Annal. phil. CV 361)*, Corruit is mensum sopitus *Ribbeckius, Mus. rh. XLV 315;* crescit et immensum subito cum corpore curto *Fritzschius* *ad* Crescit *cf. Artemidor. IV 47 (p. 229, 14 Hercher)* καυθείσης δὲ τῆς πυρᾶς μετὰ χρόνον ἐκ τῆς σποδοῦ σκώληκα λέγουσι γεννᾶσθαι, ὅντινα μεταβάλλειν αὐξανόμενον καὶ γίνεσθαι πάλιν φοίνικα; *imitator Anglosaxo 234 (Grein)* crescit in umbra *(sc.* uermis; *cf. de hoc loco Prolegom.)* 104 teritis *C* collegit *B* *107. 108 post 104 posuerunt Leyserus et Klappius, post 102 Baehrensius*

107 Ac uelut agrestes, cum filo ad saxa tenentur,
108 Mutari tineae papilione solent,
105 Inde reformatur qualis fuit ante figura,
Et Phoenix ruptis pullulat exuuiis.
109 Non illi cibus est nostro concessus in orbe
110 Nec cuiquam inplumem pascere cura subest.
Ambrosios libat caelesti nectare rores,
Stellifero tenues qui cecidere polo.
Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
Donec maturam proferat effigiem.
115 Ast ubi primaeua coepit florere iuuenta,
Euolat ad patrias iam reditura domus.
Ante tamen proprio quidquid de corpore restat
Ossaque uel cineres exuuiasque suas
Unguine balsameo myrraque et ture soluto
120 Condit et in formam conglobat ore pio.
Quam pedibus gestans contendit Solis ad urbem
Inque ara residens promit in aede sacra.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 107 s.] Ouid. Met. XV 372—374. 110 s.] Gregor. Tur. p. 861, 16 s.

A—110, BC] 107 uelud *C* solo *C* taxa *Thomasius (edit. Lact. adn. 242)* 108 Mutare *A*, Motare *C* tineae] *Didacus Couaruuias episcopus Segobiensis ap. Thomasium conl. Ouid. Met. XV 372 ss.*, pinnae *AB*, pennae *C* papilione] *codd. rec.*, papiliones *AB*, papilionis *C* 105 quali *Heinsius* 106 foenix *B*, fenix *C* rupti⌜s⌝ *C* pululat *B* exubiis *AC*, exuuis *B* 107 tene⌜n⌝tur *B* 109 illic ibus *A* est *om. C* consuetus *Baehrensius, Annal. phil. CV 361 et in edit.* orbę *A* 110 Nęc *A* cuique *B* implumem *B* *in* cura subest *desinit A sine subscriptione* 111 Ambrosius B^1, *s. l. corr.* B^2 112 teneri *codd. rec.* 113 dolorib; *B* 115 Has ub⌜i⌝ *C* coeperit *C* iuuentus *C* 116 domos *C* 117 patrio *uel* prisco *Wernsdorfius* qui⌜d⌝quid *B*, quicquid *C* 118 Ossa quae *C* 119 mu⌜r⌝raq; *C* solo B^1, sabeo B^2, sabaeo *cum codd. rec. Goetzius p. 330* 121 genstans *C* urbem] *Gryphiander*, ortus *BC codd. rec.*, arces *Leyserus* 122 ar ma *C* ponit *edd., recte ?* aęde *C* sagra B^1, *s. l. corr.* B^2 *(sic)*

Mirandam sese praestat praebetque uerendam:
Tantus aui decor est, tantus abundat honor.
Principio color est, quali est sub sidere Cancri
Mitia quod corium punica grana tegit,
Qualis inest foliis quae fert agreste papauer,
Cum pandit uestes Flora rubente solo.
Hoc humeri pectusque decens uelamine fulget,
Hoc caput, hoc ceruix summaque terga nitent.
Caudaque porrigitur fuluo distincta metallo,
In cuius maculis purpura mixta rubet.
Alarum pennas insignit desuper iris,
Pingere ceu nubem desuper acta solet.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 125] cf. Vergil. Ecl. X 68. 125 s.] cf. Ouid. Met. X 736 s.; Fast. IV 607 s. 127] gramm. d. dub. nom. p. 586, 23. 133 s.] cf. Auson. Mos. 110 s. 134] cf. Verg. Aen. X 38.

BC] 123 Mirandum *C* prestat *C* prebetque *B* uerendam] *Baehrensius ibid.*, uehentes *B*, uehementes *C*, uidenti *edd.* *de 123—150 cf. ad 58* 124 aui] *Heinsius*, ubi *B*, ibi *C* habundat *BC* 125 Principio] *BC*, *'i. e.* primum' *Schoellius*, Puniceus *Heinsius*, Purpureus *Burmannus* Praecipuus *Baehrensius Annal. phil. CV 361 et in edit.* quali est *scripsi*, qualis *BC* quali sunt *Baehrensius* siderę *C* Cancri] *Baehrensius ibid. (conl. Verg. Ecl. X 68). Klappius p. XVII (conl. Colum. X 413)*, caeli *BC edd.* sub cortice *(uel* uellere*)* laeui *Heinsius* 126 Mittia *C* quod *scripsi*, quae *B*, qui *C*, quem *Heinsius* corium *scripsi Goetzium* (corio) *secutus*, cruceo B^1, croceo B^2C *edd.*, croceum *Heinsius* pumica *C* tegit] *Leyserus*, legunt *BC*, tegunt *Heinsius* qualis sub sidere caeli Mitia qui croceo punica grana tegit *Leyserus*: qualis sub sidere Cancri Cortice cum croceo Punica grana tegit *Riesius*: quali sub sidere caeli Mitia quae corio Punica grana tegunt *Goetzius*; *alia M. Schmidtius, Mus. rh. VI 319, Maehlyus p. 27* 128 Flora] *Heinsius*, flore *BC (sic)* solo] *Heinsius*, caelo B^1C, polo B^2 *edd.*; rubente peplo *uel* tepente solo *Riesius*, tepente polo *Maehlyus p. 27*, ruente gelo *Baehrensius, Mus. rh. XXIX 201, idem in edit.*: uestes *('puto* uestem: *intellege calathum')* flore *('ipsius scil. papaueris')* nouo 129 humeros *Oudendorpius* pectusq; *(q; postea inseruit m. 1) C* 131 porregitur B^1, *corr.* B^2 distincta] *codd. rec.*, distenta *BC (cf. 141)* 133 Alarum] *Ritschelius p. 810*, Harum *BC* insignit desuper iris] *Schoellius*, insigne desuper iris alis *B*, insigne superaris *C*; insigne desuper *ex 134 s. inlata esse existimat Ritschelius (poetam fort.* fulgor conluminat *uel sim. scripsisse), rectius fort. de* d

Albicat insignis mixto uiridante zmaragdo
  Et puro cornu gemmea cuspis hiat.
Ingentes oculi, credas geminos hyacinthos,
  Quorum de medio lucida flamma micat.
Aptata est rutilo capiti radiata corona
  Phoebei referens uerticis alta decus.
Crura tegunt squamae fuluo distincta metallo,
  Ast ungues roseo tinguit honore color.
Effigies inter pauonis mixta figuram
  Cernitur et pictam Phasidis inter auem.
Magnitiem terris Arabum quae gignitur ales
  Vix aequare potest, seu fera seu sit auis.
Non tamen est tarda ut uolucres quae corpore magno
  Incessus pigros per graue pondus habent,
Sed leuis ac uelox, regali plena decore:
  Talis in aspectu se tenet usque hominum.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 135—147 Gregor. Tur. p. 861, 1 s. 137] gramm. d. dub. nom. p. 580, 29.

super *quam de* insign. *(de uerbis a poeta repetitis cf. Riesium ad hunc u.), unde* insignit lux nitida, iris *coniciebam;* Alarum pennas lux pingit discolor, Iris *Baehrensius,* Alarum pennas tingit nitor, Iridis atram *Maehlyus p. 27* 134 Pinguere *B* acta] *Heinsius, Baehrensius (Mus. rh. XXIX 201) contulit Verg. Aen. X 38,* aura *BC Maehlyus,* alta *codd. rec., edd.* 135 insigne *B* mixtis *C* smaragdo *B* 137 oculos *gramm. d. dub. nom. p. 580, 29, codd. rec.;* oculos credas *Baehrensius* iyachintos *(sic) B,* hiacincthos *C* 138 lucidā *C* migat *(sic) B* 139 Aptata est] *Ritschelius p. 811,* Aequataque *B,* Aequat aq: *C,* Aptatur *Oudendorpius, coni. etiam Ritschelius,* Arquata est *Baehrensius, Annal. phil. CV 361 et in edit.,* Arquatur *Klappius p. XVII* rutilo] *Baehrensius ibid. conl. Claudian. Phoen. 18,* noto *B,* notho *C,* toto *edd.,* croceo *Klappius,* summo *uel* nitido *Ritschelius* 140 Foebei *B,* Foeboe̥ *(inter o et e̥ punctum) C* 141 Grura *B* squame *C* flauo *B* distinctā *C* fuluo distincta metallo *Ritschelio (p. 810) ex u. 131 inlata uidentur* 142 roseus *(sic) B* 143 pauones *B* mixtaque *B* figuram] *codd. rec.,* figura *BC* 144 fasidis *BC* 145 Magna etiam *Heinsius* arabum que *B,* arabumq: *C* alis *B* 146 potes *C* auis sit *B* 147 tarda] *uel* pigra *codd. rec.,* parua *BC* uolocres *B* 149 decora *C* 150 aspectus se *C*

Huc uenit Aegyptus tanti ad miracula uisus
Et raram uolucrem turba salutat ouans.
Protinus exculpunt sacrato in marmore formam
Et titulo signant remque diemque nouo.
Contrahit in coetum sese genus omne uolantum
Nec praedae memor est ulla nec ulla metus.
Alituum stipata choro uolat illa per altum
Turbaque prosequitur munere laeta pio.
Sed postquam puri peruenit ad aetheris auras,
Mox redit: illa suis conditur inde locis.
At fortunatae sortis finisque uolucrem,
Cui de se nasci praestitit ipse deus!
Femina <seu sexu> seu mas est siue neütrum,
Felix, quae Veneris foedera nulla colit.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 163] Gregor. Tur. p. 861, 3 s. 163 s.] cf. Ouid. Met. IV 378 s. 163—169] cf. Zeno Veronensis, Tractat. lib. I, XVI, IX (p. 125 ed. Giuliari): ipsa (sc. Phoenix) est sibi uterque sexus, ipsa omnis affectus. ipsa genus, ipsa finis, ipsa principium. non ex coitu nascitur nec officio alieno nutritur . . . , sepulcrum nidus est illi, fauillae nutrices . . . , mors natalicius dies. denique post momentum festo exsultat in tumulo, . . . non imago, sed Phoenix, non alia, sed quamuis melior alia, tamen prior ipsa. 164 s.] Gregor. Tur. p. 861, 2 s. 164—167] cf. Ambrosius, Exposit. in Ps. 118, Cap. 19, 13 (I 1212 F Maur.): Phoenix coitus corporeos ignorat, libidinis nescit illecebras, sed de suo resurgit rogo sibi auis superstes, ipsa et sui heres corporis et cineris sui factus; Obitus Baebiani 57 ss.: O felix, cui adhuc corporeo datum Aeterni speciem cernere saeculi, In quo conubiis nulla necessitas, Sexus perpetuis corporibus perit.

BC] 151 Huc] *codd. rec.*, Hic *BC*, hinc *Baehrensius*; Conuenit *codd. rec.* *ante* aegyptus *er.* in *C* 152 uolocrem B^1, *s. l. corr.* B^2 resultat *C* 153 sculpunt sagrato B^1, *corr.* B^2 *ante* marmore *er.* cor (*uix* cori) *C* 155 coetus *C* omnē *C* 156 predę (, *m. 2*) *B*, predae *C* ullus metus *C* 157 Alitū *C* 158 murere B^{ac}, *corr. m. 1*, murmure *Heinsius* 160 *post* redit *distinxit Riesius*, *post* illa *priores* unde *B* 161 At] *C*, Ad *B*, A *Is. Vossius*, Ah *Leyserus*, O *Gallaeus*, *quod malim conl. Verg. Georg. II 458*, Sat *Baehrensius* fortunate *C* finisque uolucrem] *Is. Vossius (recte?)*, filisque uolucrum *BC*, felixque uolucrum *codd. rec.*, fatique uolucrem *edd. uet. Leyserus (conl. Verg.*

Mors illi Venus est, sola est in morte uoluptas:
Ut possit nasci, appetit ante mori.
Ipsa sibi proles, suus est pater et suus heres,
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.
Ipsa quidem, sed non ⟨eadem est,⟩ eademque nec ipsa est,
Aeternam uitam mortis adepta bono.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 167] cf. Claudian. Phoen. 24. 101. 169] cf. Ouid. Met. XV 170 s.; Tertull. De resurr. carn. 13: semet ipsum . . . reuocat . . , iterum Phoenix ubi iam nemo, iterum ipse qui non iam, alius idem; Auson. Mos. 169.

Aen. X 501 fati sortisque), filique uolucrem *Heinsius*, prolisque uolucrem *Schoellius* 162 dš *ex* deus *B*[2] 163 Femina—neutrum *scripsi*, Femina seu masculus est seu neutrum felix *B*, Femina, *(punctum, ut uid., er.)* seu masculus . ē . seu neutrum *C*, Femina uel mas haec seu neutrum seu sit utrumque *Heinsius*, Femina seu, seu masculus est, seu denique neutrum *Riesius Anthol. lat. 731*, Femina seu mas est seu neutrum: belua felix *Baehrensius, Annal. phil. CVII 64 et in edit.*, Masculus incertum seu femina siue neutrum *Birtius p. 8; cf. Gregor. Tur. p. 861, 3 s.* nam et nescire homines manifestum est cuius sit generis, masculus an femina siue neutrum; *in archetypo codicum* masculus *ex* mas *fort. effectum est interueniente memoria locutionis* masculus et femina *Gen. 1, 27. 7, 2. Marc. 10, 6 (Vulg.), eadem de causa ordo uerborum ap. Gregor. Tur. inuersus* 164 coit *Baehrensius ibid.* 167 prolis *C* hęres *(*, *m. 2) B* 169 qdē (i supra) *(*qde *partim in ras.) C* sed non—eademque] *Baehrensius, Mus. rh. XXIX 201 et in edit.*, sed non eadem *(*eadā *B)* que *BC*, sed non eadem, quia et ipsa nec ipsa est *codd. rec., edd.* 170 aeter·(nī supra) *C* ade⌈m⌉pta *C* *subscriptiones non sunt in BC*

[LACTANTI]
CARMEN
DE PASSIONE DOMINI.

Quisquis ades mediique subis in limina templi,
Siste parum insontemque tuo pro crimine passum
Respice me, me conde animo, me pectore serua.
Ille ego qui casus hominum miseratus acerbos,
Huc ueni pacis promissae interpres et ampla
Communis culpae uenia: hic clarissima ab alto
Reddita lux terris, hic alma salutis imago,
Hic tibi sum requies, uia recta, redemptio uera,
Vexillumque dei signum et memorabile fati.
Te propter uitamque tuam sum uirginis aluum
Ingressus, sum factus homo atque horrentia passus
Funera, nec requiem terrarum in finibus usquam

X: editio s. l. et a.
Ald.: Poetae christiani ueteres, uol. II, Venet. ap. Aldum 1502.
P^1P^2: editiones Ascensii Parisinae aa. 1505. 1509.
$B^1B^2B^3$: editiones Basileenses aa. 1509. 1513. 1515.
V: editio Vindobonensis a. 1511.
L: editio Lipsiensis a. 1511.
Egn.: Egnatius in Lactantii editione Aldina a. 1515.

LOCI AVCTORVM SIMILESVE 1] Venant. Fortunat. carm. I 2, 1; X 5, 1. 1 s.] Philomusus, Epitaph. Christi 1 s. (cf. Prolegom.) 4] Philomusus 27 s. — qui . . . acerbos] Prudent. Psychom. 1. 9 uexillum] Prudent. Apoth. 448; Paulin. Petricord. Vit. Mart. II 238. 248. IV 599. V 154.

Lactantij Firmiani carmina de Passione Domini *X;* Lactantii firmiani carmina de passione domini *Ald.;* Lactātii Firmiani de passiōe domini carmē heroicū *V;* LACTANTII FIRMIANI CARMEN De passione Domini *Egn.;* L. Celii Lactātii Firmiani pia Nenia ṽbis crucifixi P^1; L. Celij (Coelij *L)* Lactantij Firmiani pia Nenia uerbis Christi domini crucifixi beneficia sua in nos commemorantis P^2. *eadem inscriptio in* B^1 *(quae tamen* Lanctantij *habet)* B^2B^3L. *nisi quod* beneficia *post* commemorantis *ponunt; de inscriptionibus carminis quales sunt in titulis editionum X Ald. V* P^1 *cf. Prolegom.* 2 parum] gradum *conl. Verg. Aen. I 465 Heumannus. Poecile III 228, sed cf. locum Philomusi (in Prolegom.)* 3 pectore] *X,* in pectore *Ald. et cett.* 6 culpa P^1 7 rerris *(sic) Ald.* 9 fari *Egn., probat Barthius, Aduers. p. 1466, qui etiam* Phari *coniecit*

Iuueni, sed ubique minas et ubique labores.
Horrida prima mihi in terris magalia Iudae
Hospitia in partu sociaeque fuere parenti:
Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum
Arida in angustis praesepibus herba cubile.
In Phariis primos uixi regionibus annos
Herodis regno profugus reliquosque reuersus
Iudaeam, semper ieiunia, semper et ipsam
Pauperiem extremam et rerum inferiora secutus,
Semper agens monitis humana salubribus almae
Ingenia ad studium probitatis, aperta salubri
Plurima doctrinae iniungens miracula. quare
Impia Hierusalem, rabidis exercita curis
Inuidiae saeuisque odiis et caeca furore
Insonti est poenis letalibus ausa cruentam
In cruce terribili mortem mihi quaerere. quae si
Latius ipse uelim distinguere sique per omnes
Ire iuuet gemitus mecum et sentire dolores,
Collige consilia insidiasue meique nefandum
Sanguinis innocui pretium et simulata clientis
Oscula et insultus et saeuae iurgia turbae.
Verbera praeterea et promptas ad crimina linguas
Fige animo et testes et caeci infanda Pilati
Iudicia ingentemque humeros et fessa prementem
Terga crucem atque graues horrenda ad funera gressus.
Nunc me, nunc uero desertum extrema secutum
Supplicia et dulci procul a genetrice leuatum

LOCI AVCTORVM SIMILESVE 25 Impia Hierusalem] Elegia in Hierusalem (cf. Prolegom.) 9. 13. 17. 21. 47. 53. 55. 61. 62. — exercita curis] Verg. Aen. V 779. 26 et caeca furore] Verg. Aen. II 244; Philomusus 33.

13 et *add. Ascensius* ($P^1P^2B^1B^2B^3L$), sed *Egn., om. X Ald. V* 17 augustis *V* 21 sequutus *Ald. V* 22 agens] *Ascensius* ($P^2B^1B^2B^3L$), egens *X Ald. Ascensius* (P^1) *V Egn.* 24 doctrinae iniungens] *X Ald. V Egn.*, doctrina iniungens *Ascensius* (P^1), doctrinae iungens *Ascensius* ($P^2B^1B^2B^3L$) 25 rabulis *V* 27 letabilibus P^2, loetabilibus B^1L 29 uelis *Fabricius* distinguete *(sic) Ald.* sicque B^3 31 insidiasue] *X Ald. V Egn.*, insidisue *(sic)* P^1, insidijsue $P^2B^1B^2B^3L$, insidiasque *Fabricius* 34 et promptas] & promptas & *Ald.* *(alt. & fort. ex 36)* lingua *Ald. exempl. Monacense*, s *casu non est expressum, est in exemplari Gottingensi* 35 Fige] *X Ald. V Egn.*, Finge *Ascensius* ($P^1P^2B^1B^2B^3L$), *fort. recte* 36 et *om. Ald.* primentem *V* 37 gres *Ald. exempl. Monacense*, sus *casu non est expressum, est in exemplari Gottingensi* 38 *an* uere *?* sequutum *X Ald.*, sequuntū *(sic) V* 39 leuatam *V*

Vertice ad usque pedes me lustra: en aspice crines
Sanguine concretos et sanguinolenta sub ipsis
Colla comis spinisque caput crudelibus haustum,
Undique diua pluens uiuum super ora cruorem.
Compressos speculare oculos et luce carentes
Afflictasque genas, arentem suspice linguam
Felle uenenatam et pallentes funere uultus.
Cerne manus clauis fixas tractosque lacertos
Atque ingens lateris uulnus, cerne inde fluorem
Sanguineum fossosque pedes artusque cruentos.
Flecte genu lignumque crucis uenerabile adora
Flebilis, innocuo terramque cruore madentem
Ore petens humili lacrimis suffunde subortis
Et me nonnumquam deuoto in corde meosque
Fer monitus. sectare meae uestigia uitae
Ipsaque supplicia inspiciens mortemque seueram,
Corporis innumeros memorans animique dolores.
Disce aduersa pati et propriae inuigilare saluti.
Haec monumenta tibi si quando in mente iuuabit
Voluere, si qua fides animo tibi forte meorum,
Debita si pietas et gratia digna laborum
Surget, erunt uerae stimuli uirtutis eruntque
Hostis in insidias clipei, quibus acer in omni
Tutus eris uictorque feres certamine palmam.
Haec monumenta tuos si labilis orbis amicos
Auertent sensus fugiente decoris ab umbra
Mundani, efficient ne spe captatus inani
Mobilis occiduis fortunae fidere rebus
Auseris aut uitae sperare fugacibus annis.

LOCI AVCTORVM SIMILESVE 40 s. crines s. concretos] Verg. Aen. II 277. 40. 42 s.] Cantalicius, Contemplat. (I) ad crucifixum 7 s. (cf. Prolegom.) 44] Zavenzonius, De passione Christi 33 s. (cf. Prolegom.) — luce carentes] Philomusus 17. 50] Cantalicius, Excusat. ad uirg. Mariam in die passionis Christi 7 (cf. Prolegom.). — lignum . . . uenerabile] 'Orientius' De trinit. 49. 59 si qua fides animo] Verg. Aen. III 434. 66 spe . . inani] Verg. Aen. XI 49.

40 en] an P^2 accipe *V* 45 suscipe *L* 46 funere] *X Ald.* P^1 *V Egn.*, funera $P^2B^1B^2B^3L$ 48 lateris] *L et e coniect. ut uid. Fabricius*, lateri *cett. ante Fabricium* 50 s. lignumque—Flebilis *eicit Fabricius* 52 perfunde *Fabricius* 53 numquam non *Barthius. Aduers. p. 1467* 57 inuigilate P^2 58 monimenta *Egn.* Iubebit *Riuinus* 59 forte] *Riuinus*, ferre *priores* 64 monimenta *Egn.* amicus *V* 66 Nundani P^2B^1L captatas *X*, capratus P^2 67 sidere *X* 68 Ausis *Betuleius* fugacius *V*

Sed te nimirum sic ista caduca uidentem
Saecula et exutum patriae melioris amore
Orbis opes rerumque usus et nota priorum
Moribus extollent sacris uitaeque beatae
Spe duras inter poenas te rore fouebunt
Caelesti pactique boni dulcedine pascent,
Purpuream donec post ultima fata relicto
Corpore sublimes animam reuocabit ad auras
Gratia magna dei. tunc omnem exuta laborem,
Angelicos tunc laeta choros aciesque beatas
Sanctorum inspiciens aeternae pacis amoena
Perpetuo felix mecum regnabit in aula.

LOCI AVCTORVM SIMILESVE 74 dulcedine pascent] Sedul. carm. pasch. I 150. 75 s. Purpuream . . . animam] Verg. Aen. IX 349. 78—80] Philomusus 49 s. 80 regnabit in aula] Verg. Georg. IV 90.

70 exutam *V* 71 uisus *X* 72 extollent] *Barthius*, extollens *priores*, expolient *Heumannus p. 234* 74 pratique *Barthius conl. Ps. XXIII (XXII) 2 et Prudent. Cathem. VIII 41* 77 dei] *Riuinus*, tibi *priores (puncto post* auras *76 posito)* nunc $B^1B^2B^3L$

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

LIBRORVM PERDITORVM FRAGMENTA

ET

VETERA DE EO TESTIMONIA.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

LIBRORVM PERDITORVM FRAGMENTA.

EX EPISTVLIS AD PROBVM.

I.

Hieronymus, Comment. in epist. ad Galat. l. II praefat. (VII 425 Vall.): Quod in primo Commentariorum ad Galatas libro cum de gentium proprietatibus disputarem, intactum reliqueram, nunc in secundo reddendum uidetur, qui sint Galatae uel quo et unde transierint ... Lactantii nostri quae in tertio ad Probum uolumine de hac gente opinatus sit uerba ponemus. G a l l i i n q u i t a n t i q u i t u s a c a n d o r e c o r p o r i s G a l a t a e n u n c u p a b a n t u r e t S i b y l l a s i c e o s a p p e l l a t. q u o d s i g n i f i c a r e u o l u i t p o e t a, c u m a i t: 'tum lactea colla Auro innectuntur', c u m p o s s e t d i c e r e 'candida'. h i n c u t i q u e G a l a t i a p r o u i n c i a, i n q u a m G a l l i a l i q u a n d o u e n i e n t e s c u m G r a e c i s s e m i s c u e r u n t, u n d e p r i m u m e a r e g i o G a l l o g r a e c i a, p o s t G a l a t i a n o m i n a t a e s t. nec mirum si hoc ille de Galatis dixerit et occidentales populos tantis in medio terrarum spatiis praetermissis in Orientis plaga consedisse memorarit, cum constet Orientis contra et Graeciae examina ad Occidentis ultima peruenisse.

de epistulis ad Probum cf. Ueber die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lact... p. 125 s. 8 Sibylla] *cf. Orac. Sibyll. III 485. 509. 599. V 340* 9 poeta] *Verg. Aen. VIII 660 s. loco Lactantii (uel potius Hieronymi) usus est Isidorus, Orig. IX 2, 68:* Galatae ... Graecis admixti primum Gallograeci, nunc ex antiquo Gallorum nomine Galatae nuncupantur *(idem XIV 3, 40); § 104:* Galli a candore corporis nuncupati sunt: γάλα enim graece lac dicitur. unde et Vergilius (Sibylla *codd. quidam)* sic eos appellat, cum ait de iis: 'tum lactea colla Auro innectuntur'.

II.

Rufinus, Comment. in metra Terent., GL. VI 564, 7—565, 2 K.: Firmianus ad Probum de metris comoediarum sic dicit: nam quod de metris comoediarum requisisti, et ego scio plurimos existimare Terentianas uel maxime fabulas metrum non habere comoediae Graecae, id est Menandri Philemonos Diphili et ceterorum, quae trimetris uersibus constat. nostri enim ueteris comoediae scriptores in modulandis fabulis sequi maluerunt, Eupolin Cratinum Aristophanem. prologos igitur et primarum scaenarum actiones trimetris conprehenderunt, deinde longissimos id est tetrametros subdiderunt, qui appellantur quadrati, in consequentibus deinceps uariauerunt: modo enim trimetros, modo addito quadrante uel semisse posuerunt, id est uel semipede adiecto uel integro pede iambo uel sesquipede. haec per medios actus uarie, rursus in exitu fabularum quadratos, quales diximus in secunda scaena. sed idem quadrati cum sedecim syllabis constare debeant, tamen plerumque fiunt uiginti aut amplius syllabarum. hinc putantur metro carere nec lege ulla contineri. — Mensuram esse in fabulis Terentii et Plauti et ceterorum comicorum et tragicorum dicunt Cicero Scaurus Firmianus *eqs.*

*de hoc Lactantii loco, quo etiam Marius Victorinus, Art. gramm. II 3 (cf. Gr. Lat. VI 78, 19. 556, 22 K.; Keilius p. XXVI) usus est cf. Osannus, Beitr. z. griech. u. röm. Litteraturgesch. II (1839) p. 366 s.; Hensius, Act. societ. phil. Lips. IV (1875) p. 139 adn. **; Leo, Hermes XXIV (1889) p. 293 adn. 1; dedi ex recensione Keilii, cuius cf. appar. crit.*

EX EPISTVLIS AD DEMETRIANVM.

III.

Hieronymus, Comment. in epist. ad Galat. l. II c. IV (VII 450 D): ... multi per inperitiam Scripturarum, quod

et Firmianus in octauo ad Demetrianum epistularum libro facit. adserunt spiritum sanctum saepe patrem, saepe filium nominari.

1 octauo] altero *coni. Vallarsus coll. Hieron. de uir. inl. LXXX, cf. tamen Ueb. d. Entstehungsverh. p. 123*

IV.

Hieronymus, Epist. LXXXIV 7 (I 524 E): Et apostolus praecipit: omnia legentes, quae bona sunt retinentes. Lactantius in libris suis et maxime in epistulis ad Demetrianum spiritus sancti omnino (omnino *om. Martianaeus*) negat substantiam et errore Iudaico dicit eum uel ad patrem referri uel filium et sanctificationem utriusque personae sub eius nomine demonstrari. quis mihi interdicere potest ne legam Institutionum eius libros, quibus contra gentes scripsit fortissime, quia superior sententia detestanda est?

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA.

V.

Fragmentum codicis excerptorum ecclesiasticorum Ambrosiani (olim Bobiensis) F. 60 Sup. (saec. VIII—IX), fol. 26ᵛ in marg. lactantius de motibus animi *inscriptum:* Spes> timor. amor odium. laetitia tristitia. libido cupiditas. ira miseratio. zelus admiratio. hi motus <animi> uel adfectus a deo ab initio hominis existunt conditi et naturae humanae utiliter et salubriter sunt insiti, ut per eos ordinate et rationabiliter

fragmentum (aut epistularum aut librorum ad Asclepiadem) primus edidit Muratorius, Antiquitat. Ital. III (1740) p. 849, accuratius Reifferscheidius, Biblioth. Patr. Lat. Ital. II p. 36; cf. editoris disputationes Ueber das in dem patristischen Excerptencodex F. 60. Sup. der Ambrosiana enthaltene Fragment des Lactantius De motibus animi. Heidelb. 1891. et Ueb. d. Entstehungsverh. p. 126 s. 19 Spes *addidi* 20 hodiũ *cod.* letitia *cod.* cupiditas *scripsi*, concupiscentia *cod.* misseratio *cod.* 21 zelus admiratio *in marg. cod.* hii *cod.* animi *add. Muratorius* affectus *cod.* ad *cod.* deo *scripsi*, domino *cod.* 23 insiti *scripsi*, inserti *cod.*

regendos homo uirtutes bonas uiriliter agendo exercere posset: per quas a deo perpetuam accipere uitam iuste meruisset. hi namque animi motus intra fines proprios coartati, hoc est in bona parte positi, in praesenti uirtutes bonas et in futuro aeterna praemiá parant. extra metas uero suas afluentes, hoc est in malam partem declinantes, uitia et iniquitates existunt et aeternas poenas pariunt.

2 deo *scripsi*, domino *cod.* accipe *cod.*, *corr. Muratorius* 3 hii *cod.* coortati *cod.*, *corr. Muratorius* 4 possiti *cod.* *malim* futurum 5 eт̃na *cod.* afluentes *scripsi*, affluentes *cod.*

VI.

Victorinus, De metris et de hexametro, GL. VI 209, 11 K.: Nostra quoque memoria Lactantius de metris pentameter inquit et tetrameter.

fort. ex epistulis ad Probum, cf. frg. II

VII.

Codex Floriacensis plenioris 'Seruii' ad Verg. Aen. VII 543 (II p. 166, 4 Thilo): et caeli conuexa (*sc.* Allecto) per auras] ... dicit etiam Firmianus commentator (*cod.* -tur) non 'conuexa', sed 'conuecta' legendum, ut sit ipsa conuecta: quod difficile in exemplaribus inuenitur.

codd. Seruiani: dicit etiam quidam commentarius (Firmiani *add. Thilo Floriacensem secutus*) conuecta legendum ut sit *eqs.* *cf. de hoc frg. Ueb. d. Entstehungsverh. p. 127*

(VIII spurium.)

Anonymus, In oracula Sibyllina praefat., Orac. Sibyll. ed. Rzach p. 6, 64—7, 90: Φιρμιανὸς τοίνυν, οὐκ ἀθαύμαστος φιλόσοφος καὶ ἱερεὺς τοῦ προλεχθέντος Καπιτωλίου γενόμενος, πρὸς τὸ αἰώνιον ἡμῶν φῶς τὸν Χριστὸν βλέψας ἐν ἰδίοις πονήμασι

extat praefatio anonymi in codd. Sibyll. Vindobonensi hist. gr. XCVI 6 et Scorialensi II. Σ 7, *inde a p. 159, 19 etiam in Monacensi 351. sed etiam cod. Mutinensis III. D. 7 miscellaneus* Φιρμιανοῦ λακταντίου τοῦ ῥωμαίου περὶ σιβυλλῶν *continet. cf. Dindorfius. edit. Clem. Alex. I p. VII; Otto, Corp. Apolog. III*[3] *p. XXXI; de aetate huius prologi cf. Alexander, edit*

τὰ εἰρημένα ταῖς Σιβύλλαις περὶ τῆς ἀρρήτου δόξης παρέθηκα καὶ τὴν ἀλογίαν τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης δυνατῶς ἀπήλεγξα. καὶ ἡ μὲν αὐτοῦ ἔντονος ἐξήγησις τῇ Αὐσονίᾳ γλώττῃ, οἱ δὲ Σιβυλλιακοὶ στίχοι Ἑλλάδι φωνῇ ἐξηνέχθησαν. ἵνα δὲ τοῦτο μὴ ἄπιστον φαίνηται, μαρτυρίαν τοῦ προμνημονευθέντος ἀνδρὸς παρέξομεν ἔχουσαν τόνδε τὸν τρόπον· ἐπεὶ οὖν τὰ παρ' ἡμῖν εὑρισκόμενα Σιβυλλιακὰ οὐ μόνον ὡς εὐπόριστα τοῖς νοσοῦσι τῶν Ἑλλήνων εὐκαταφρόνητά ἐστι — τὰ γὰρ σπάνια τίμια δοκεῖ —, ἀλλὰ καὶ ὡς πάντων τῶν στίχων μὴ σῳζόντων τὴν ἀκρίβειαν τοῦ μέτρου ἀργοτέραν ἔχει τὴν πίστιν· αἰτία δὲ αὕτη τῶν ταχυγράφων οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου ἢ ἀπαιδεύτων γενομένων, οὐ τῆς προφητίδος· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη. πρὸς ἃ καὶ ὁ Πλάτων βλέψας ἔφη, ὅτι κατορθώσουσι πολλὰ καὶ μεγάλα πράγματα μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσιν. ἡμεῖς οὖν ἐκ τῶν κομισθέντων ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τῶν πρέσβεων ὅσα δυνατὸν παραθήσομαι· ἐξηγήσατο τοίνυν περὶ τοῦ ἀνάρχου θεοῦ τάδε·

εἷς θεός, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης ἀγένητος.
ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
οὐρανὸν ἠέλιόν τε καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην
καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.
ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτιστὴς ἀκράτητος ὑπάρχων,
αὐτὸς δ'ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε —
αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων, γενέτης βιότοιο.

Orac. Sibyll. II p. 421 ss; Tycho Mommsenus, Dionysius der Perieget, Progr. Francof. a. M. 1879 p. 85 adn. 6; C. J. Neumannus apud Bureschium, Klaros, 1889. p. 90 p. 158, 20—159, 15] '*nihil eiusmodi apud Lactantium, uidetur anonymus neglegenter hoc loco posuisse, quae alibi afferre in animo habuerit: fons enim huius partis est 'Iustinus' cohort. ad gentil. 37 = uol. II p. 122 Otto*[3]: ἔφασκον — μηδὲν εἰδότες ὧν λέγουσι' *Rzachius (secutus Alexandrum II p. 430 ss) ad p. 6, 71—78* 2 τὴν ἀλογίαν *Castalio*, τῆς ἀλογίας *codd.* 7 νοοῦσι *Rzachius* 16—22] *ex. Lact. Inst. I 6, 14 s. (19 = frg. Sibyll. I 7 Rz., 20—22 = frg. III 3—5)* 23—25] *ex Lact. Inst. II 11, 18 (frg. V 1—3, u. 24 etiam Sibyll. III 27)* 24 δ'ἐστήριξε—μορφῆς *cum Lact. Rzachius*, στήριξε μορφῆς τε τύπον *uel alia (cf. Rzachium ad Sibyll. III 27) codd. Sibyll.* 25 αὐτὸς ἔμιξε *cum Lact. Rzachius.* αὐγὰς μῖξε *codd. Sibyll.* γενέτης *Stadtmuellerus*

ὅπερ εἴρηκεν ἢ καθὸ συνερχόμενοι εἰς σάρκα μίαν προσγίνονται ἢ καθὸ ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐναντίων ὄντων ἀλλήλοις καὶ τὸν ὑπουράνιον κόσμον καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐδημιούργησεν.

in Lactantio, γενεῆς *codd. Lact. et Sibyll.* 1—3] *dubium utrum ut sua an ut Lactantiana anonymus dederit* προσγίνονται] *Alexander,* πρ̄ς *(i. e.* πατρὸς*)* γίνονται *codd.,* προγίνονται *Rzachius,* πατρὸς ‹ἑνὸς› γίνονται *Hartelius*

VETERA DE LACTANTIO TESTIMONIA

(exceptis locis qui in apparatu commemorantur)[1].

I.

Hieronymus, De uir. inl. LXXX: Firmianus qui et Lactantius Arnobii discipulus sub Diocletiano principe accitus cum Flauio grammatico, cuius De medicinalibus uersu conpositi extant libri, Nicomediae rhetoricam docuit ac penuria discipulorum ob Graecam uidelicet ciuitatem ad scribendum se contulit. habemus eius Symposium, quod adulescentulus scripsit Africae et hodoeporicum Africa usque Nicomediam hexametris scriptum uersibus et alium librum qui inscribitur Grammaticus et pulcherrimum De ira dei et Institutionum Diuinarum aduersus gentes libros septem et ἐπιτομήν eiusdem operis, librum unum ἀκέφαλον, et Ad Asclepiadem libros duos, De persecutione librum unum, Ad Probum epistularum libros

de hoc cap. cf. Ueb. das Leben des Lact. passim et Ueb. d. Entstehungsverh. p. 123 ss. 1 Firmianus rethor qui *cod. Paris. Nouv. acquis. lat. 1460 saec. IX* 3 flauio *cod. (Casinensis 294 (saec. X),* fauio *Reginensis 2077 (saec. VIII—IX),* fabio *Vercellensis 183 (saec. VIII) Veronensis XXII 20 (saec VIII)* 6 habemus *quid significet demonstratum est Ueb. d. Entstehungsverh. p. 90* 7 odaepori. cum *Reg.*, odyporicum *in ras. m. 1 Verc.*, odyporicum de *Cas.*, hodoeporicū de *Par.* et — Africa *om. Veron.* 10 EIIITOMIN *Cas.*, EIIITOMUN *Par.* ENIAAΓI *Verc.*, ENIMΓN *Veron.* librum unum] in libro uno *Par.* ANAKEΦXΩ *Cas.*, AΠOKEΦAΛΩ *Par.*, acefalum *Reg.*, MEΦATΩ *Verc. Veron.* 12 *ad epistulas Lactantii cf. Hadrianus Iunius, Batavia (1588) p. 311:* (Egmondano coenobio longe uetustissimo, Benedictin generis monachis) ubi bibliotheca celebris omnis generis scriptis codicibus et praesertim membranaceis, quos diligenter magna cura cum Priores alii, tum Gerardus ex Poelgeestana stirpe Abbas undecunque conquisiuerant, raros auctores ostendit, e quibus dolet mihi interiisse intra quindecim proximos annos, magno literariae Reipub. detrimento, Lactantii Firmiani epistolarum libros duos, quorum meminit nominatim D. Hieronymus: quos dum ad me cogitat editioni destinandos mittere

[1] De his cf. Indicem Expilatorum et Testium.

quattuor. Ad Seuerum epistularum libros duos. Ad Demetrianum auditorem suum epistularum libros duos. ad eundem De opificio dei uel formatione hominis librum unum. hic extrema senectute magister Caesaris Crispi filii Constantini in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

Antonius Houaeus illic religioni operatus, uir doctus, qui postea Abbam Absternacensem prospera fama egit, repperit a bibliotapho quopiam librorum plagiario sublatos: atque ita disperiit ille thesaurus, ab haeredibus sacrifici, in quem cadebat suspicio, in cucullos et piperis inuolucra concisus. 1 s. Ad Seuerum—suum epistularum libros duos *cum codd. deterior. om. Herdingius, sed cf. Ueb. d. Entstehungsverh. p. 123 adn. 1; de Seuero cf. testim. VIII*

II.

Hieronymus, Chronic. ad a. Abr. 2333: Crispus et Constantinus filii Constantini et Licinius adulescens Licini Augusti filius Constantini ex sorore nepos Caesares appellantur. quorum Crispum Lactantius Latinis litteris erudiuit uir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac uita pauper, ut plerumque etiam necessariis indiguerit.

Prosper Tiro (Aquitanus), Epitoma Chronicon c. 1001 (ad a. post pass. Domini CCLXXXIX. Sabino et Rufino coss.), Chron. min. saec. IV. V. VI. VII. ed. Mommsen, uol. I fasc. 2 (1892) p. 449: Crispus et Constantinus filii Constantini et Licinius adulescens Licinii Augusti filius ex sorore Constantini Caesares appellantur. quorum Crispum Lactantius erudiuit uir omnium suo tempore eloquentissimus, sed adeo in hac uita pauper, ut plerumque etiam necessariis indiguerit.

18 quorum—indiguerit *(20) om. cod. Vaticanus saec VI*

III.

Hieronymus, Epist. LXX 5 (I 427 D): Septem libros Aduersus gentes Arnobius edidit totidemque discipulus eius Lactantius, qui De ira quoque et opificio dei duo uolumina condidit: quos si legere uolueris, dialogorum Ciceronis in eis ἐπιτομήν reperies.

IV.

Hieronymus, Comment. in Ezech. XI, XXXVI (V 432 D): Neque enim iuxta Iudaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam et auream de caelo expectamus Ierusalem . . . quod et multi nostrorum et praecipue Tertulliani liber qui inscribitur De spe fidelium et Lactantii Institutionum uolumen septimum pollicetur.

ad Inst. VII 24, 6 addendum

V.

Hieronymus, Comment. in Isaiam XVIII praef. (IV 767): Non dico de mysterio trinitatis, cuius recta confessio est ignoratio scientiae, sed de aliis ecclesiasticis dogmatibus de resurrectione scilicet et de animarum et humanae carnis statu, de repromissionibus futurorum, quomodo debeant accipi et qua ratione intellegenda sit Apocalypsis Ioannis: quam si iuxta litteram accipimus, iudaizandum est, si spiritualiter ut scripta est disserimus, multorum ueterum uidebimur opinionibus contraire, Latinorum Tertulliani Victorini Lactantii

ad Inst. VII 24, 6 addendum

VI.

Hieronymus, Comment. in epist. ad Ephes. l. II c. IV (VII 628 E): Firmianus noster librum De ira dei docto pariter et eloquenti sermone conscripsit, quem qui legerit, puto ei ad irae intellectum satis abundeque posse sufficere.

VII.

Damasus, Epist. ad Hieronymum, Hieronymi Epist. XXXV 1 (I 157 B): Fateor quippe tibi, eos quos mihi iam pridem Lactantii dederas libros ideo non libenter lego, quia et plurimae epistulae eius usque ad mille spatia uersuum tenduntur et raro de nostro dogmate disputant, quo fit ut et legenti fastidium generet longitudo et si qua breuia sunt,

scholasticis magis sint apta quam nobis, de metris et regionum situ et philosophis disputantia.

epistulas ad Probum Damasus spectare uid., cf. Ueb. d. Entstehungsverh. p. 125 s. 2 '*non pauci codd.* disputandis, *alii* disputantibus' *Vallarsius*

VIII.

Hieronymus, De uir. inl. CXI: Acilius Seuerus in Hispania, de genere illius Seueri ad quem Lactantii duo epistularum scribuntur libri, conposuit uolumen . . .

de his Seueris cf. de Rossi, Bullettino di archeologia cristiana, ser. IV, Rom. 1888—89, p. 47 s. 16 in Hispania *om. antiquissimus Hieronymi codex Parisinus 12161 saec. VII; cf. edit. Herdingii p. XL*

IX.

Hieronymus, Epist. LVIII 10 (I 324 B): Lactantius, quasi quidam fluuius eloquentiae Tullianae, utinam tam nostra adfirmare potuisset quam facile aliena destruxit!

X.

Hieronymus, Comment. in Isaiam l. VIII praefat. (IV 28 s.): Certe nos studiosis scribimus et sanctam scripturam scire cupientibus, non fastidiosis et ad singula nauseantibus, qui si flumen eloquentiae et concinnas declamationes desiderant, legant Tullium Quintilianum Gallionem Gabinianum, et ut ad nostros ueniam, Tertullianum Cyprianum Minucium Arnobium Lactantium Hilarium.

XI.

Hieronymus, Epist. XLVIII 13 (I 220 B; in defensione librorum contra Iouinianum suorum): . . . didicimus plura esse uidelicet genera dicendi et inter cetera aliud esse γυμναστικῶς scribere, aliud δογματικῶς: in priori uagam esse disputationem et aduersario respondentem nunc haec nunc illa proponere, argumentari ut libet, aliud loqui, aliud agere . . . in sequenti autem aperta frons et ut ita dicam ingenuitas necessaria est . . .

(*p. 221 A*) taceo de Latinis scriptoribus Tertulliano Cypriano Minucio Victorino Lactantio Hilario, ne non tam me defendisse quam alios uidear accusare.

XII.

Hieronymus, Comment. in epist. ad Ephes. praefat. (VII 538 s.): Numquid aut Tertullianus beatum martyrem Cyprianum aut Cyprianus Lactantium aut Lactantius Hilarium deterruit a scribendo?

XIII.

*Hieronymus, De uir. inl. LVIII (*Minucius Felix*)*: Meminit huius Minucii et Lactantius in libris suis.

cf. Inst. I 11, 55. V 1 22

XIV.

Hieronymus, Epist. LX 10 (I 336 E): . . . eruditionis gloriam declinando eruditissimus habebatur (*sc.* Nepotianus), illud, aiebat, Tertulliani, istud Cypriani, hoc Lactantii, illud Hilarii est.

XV.

Augustinus, De doctr. christ. II 61 (III 1 p. 42 F Maur.): Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? nonne aspicimus quanto auro et argento et ueste suffarcinatus exierit de Aegypto (*cf. Exod. 11, 2. 12, 35*) Cyprianus doctor suauissimus et martyr beatissimus, quanto Lactantius, quanto Victorinus Optatus Hilarius, ut de uiuis taceam, quanto innumerabiles Graeci?

cf. de hoc loco Ueb. d. Leb. d. Lact. p. 15

Cassiodorius, Instit. diuin. litt. c. 28 (II 554 Garet): Multi iterum patres nostri talibus litteris eruditi et in lege domini permanentes ad ueram sapientiam peruenerunt, sicut beatus Augustinus in libro De doctrina christiana meminit dicens: non aspicimus quanto auro et argento et ueste

suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus et doctor suauissimus et martyr beatissimus. quanto Lactantius. quanto Victorinus Optatus Hilarius? nos addimus Ambrosium ipsumque Augustinum atque Hieronymum multosque alios innumerabiles Graecos.

XVI.

Eucherius. Epist. ad Valerian. p. 300 s. Brassican.: Possem etiam. nisi longum esset. multos ex innumeris nominatim retexere. quanti in saeculo inlustrium uirorum hanc artiorem diuini cultus obseruantiam uitamque sectati sunt: quorum tamen exempla ne cuncta penitus omittam, cursim pauca subnectam . . . *(p. 301)* . . . Hilarius nuper et in Italia nunc antistes Petronius. ambo ex illa plenissima ut aiunt mundanae potestatis sede. unus in religionis. alius in sacerdotii nomen ascendit. et quando clarissimos facundia Firmianum Minucium Cyprianum Hilarium Ioannem Ambrosium ex illo uolumine numerositatis euoluam? dixerant credo et hi sibi quod quidam nostrorum ait. cum se a saeculo in hanc beatiorem uitam hoc uelut stimulo concitaret. dixerant credo: quid hoc est? surgunt indocti et caelum rapiunt. et nos cum doctrinis nostris ecce ubi in carne uolutamur et sanguine! dixerant istud et idcirco ipsi postea uim intulerunt regno *(cf. Luc. 16, 16)*.

XVII.

Apollinaris Sidonius, Epist. IV 3, 7 (p. 55, 25 Luetjohann): Iam si ad sacrosanctos patres pro comparatione ueniatur. instruit *(sc.* Mamerti Claudiani De statu animae liber*)* ut Hieronymus. destruit ut Lactantius. adstruit ut Augustinus.

*cf. testim. IX (*destruxit*)*

XVIII.

Gennadius. De uir. inl. XV: Tertullianum et Lactantium et Papiam auctores secutus *(sc.* Commodianus*)* moralem

sane doctrinam et maxime uoluntariae paupertatis amorem prosecutus studentibus inculcauit.

cf. de hoc loco Dombartium, edit. Commod. praef. p. II, Ebertum, Geschichte der Liter. des Abendlandes, I^2 p. 90 adn. 3

XIX.

Gelasius papa. Epist. 42 seu Decretalis de recipiendis et non recipiendis libris, qui scriptus est a Gelasio papa cum LXX uiris eruditissimis episcopis in sede apostolica urbis Romae. cap. IV. Notitia librorum apocryphorum, qui non recipiuntur. § 8 (Epistolae Romanorum pontificum genuinae ed. Thiel. I p. 467; Credner, Zur Geschichte des Kanons p. 221):

Opuscula Lactantii apocrypha.
Opuscula Africani apocrypha.

lactantii siue (siue *om. codex quidam*) africani firmiani apocrypha. *omisso proximo de Africano uersu, codd. deteriores, unde quidam* Lactantii siue Africani siue Firmiani *fecerunt; cf. Ueber das Leben des Lact. p. 10 s.*

Hormisdas papa. Epist. 125 seu Decretale in urbe Roma ab Hormisda papa editum de scripturis diuinis, quid uniuersaliter catholica recipiat Ecclesia uel quid post haec uitari debeat, cap. V 11 (Thiel p. 937):

Opuscula Lactantii apocrypha.
Opuscula Africani apocrypha.

de origine decretalium Gelasii et Hormisdae cf. praeter alios Friedrichium, Ueber die Unechtheit der Decretale de recipiendis et non recipiendis libris des P. Gelasius I., in Relationibus Acad. Monac., classis philos.-philol., 1888 p. 54 ss.

Luigi von Kunits.

CORPVS

SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXVII

FASCICVLVS II

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI OPERA OMNIA

ACCEDVNT

CARMINA EIVS QVAE FERVNTVR ET L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY. LIPSIAE G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVII.

Luigi von Kunits.

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

OPERA OMNIA

ACCEDVNT

CARMINA EIVS QVAE FERVNTVR

ET

L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

PARTIS II FASCICVLVS II

L. CAECILII QVI INSCRIPTVS EST DE MORTIBVS PERSECVTORVM LIBER VVLGO LACTANTIO TRIBVTVS

RECENSVERVNT

SAMVEL BRANDT ET GEORGIVS LAVBMANN

INDICES

CONFECIT

SAMVEL BRANDT

PRAGAE
F. TEMPSKY.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY.

LIPSIAE
G. FREYTAG.

MDCCCLXXXXVII

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.

FRIDERICO SCHOELL

PER TOTAM HANC EDITIONEM LACTANTII

COMITI BENIGNISSIMO PRVDENTISSIMOQVE

EDITORES

PROLEGOMENA.

I. DE CODICE PARISINO LIBRI DE MORTIBVS PERSECVTORVM ET DE HAC EIVS LIBRI EDITIONE.

Lucii Caecilii liber ad Donatum confessorem De mortibus persecutorum qui est inscriptus, uno codice[1] traditus est nunc bibliothecae Parisinae Nationalis n. 2627, olim Abbatiae Moissiacensis (*Moissac, Département Tarn-et-Garonne*), postea bibliothecae Colbertinae (unde nobis est C) n. 1297, ex qua C
in bibliothecam Regiam Parisinam peruenit. Hic liber De mortibus persecutorum, qui quam singulari auctoritate sit ad

[1] A. Septier, *Manuscrits de la bibliothèque d'Orléans* (Aurelianis 1820 p. 173, quem sequitur Haenel, Catalog. libr. manuscr. p. 278, scribit esse in codice Aurelianensi n. 302 opus cui titulus sit 'Lactantii Firmiani abbreviatio, alphabetum incipit'; esse indicem quendam *(une table alphabétique et raisonnée)* libri Lactantii De mortibus persecutorum, saeculo undecimo diligentissime exaratum. Sed quod iam a. 1883 I. Loiseleur, qui tum bibliothecae Aurelianensi praeerat, nobis scripsit, libellum illum esse saeculi septimi decimi, id confirmat Ch. Cuissard, *Catalogue général des Manuscrits des Départements* uol. XII (1889) p. 193 n. 353, ubi legitur 'Lactantii Firmiani abreviatio per alphabetum incipit. *XVII siècle.*' Videtur haec epitome rerum quae in libro Mortium narrantur, secundum litterarum ordinem disposita paulo post inuentionem libri confecta esse. — Etiam quod Montefalconius, Bibliotheca biblioth. p. 599 B, scribit, extare in bibliotheca Gothana codicem 'Lactantii de mortibus persequutorum', errore ortum est. Suspicamur Montefalconium usum esse Ern. Sal. Cypriani Catalogo codicum manuscr. bibliothecae Gothanae (Lips. 1714), in quo p. 9 n. L codex ille Gothanus Lactantii, quem uol. I p. LII et II fasc. 1 p. XIV commemorauimus, sic inducitur: 'Lactantius cum praefixo indice copiosissimo, qui *tabula super libros institutionum Lactantii* uocatur. Libellus de persecutorum mortibus, epitome institutionum & carmen de phoenice desunt', neglexisse autem illum uel potius amanuensem eius extremam uocem 'desunt'.

aetatem Diocletiani atque Constantini et ad res Christianas illorum temporum accuratius cognoscendas omnes sciunt, quemadmodum a. 1678 inuentus esset, is uir eximius, cuius potissimum cura prudentiaque in lucem reuocatus est et seruatus fortasse ab interitu, Stephanus Baluzius, in praefatione Notarum ad editionem principem quam ipse confecit scriptarum (Stephani Baluzii Miscellaneorum Liber secundus, Paris. 1679, p. 347) breuissime significauit his uerbis: *Inter multos ac varios codices manuscriptos quos vir literarum ac literatorum amantissimus & in omni genere laudis excellentissimus IOANNES BAPTISTA COLBERTVS in publicam studiorum utilitatem ex omni Europa, Asia, Africa comparavit, repertus est unus auro contra aestimandus, in quo continetur Lucii Caecilii Firmiani Lactantii liber de persecutione sive de mortibus persecutorum, quo hactenus caruerat Ecclesia.* Accuratam de libri inuentione notitiam triginta fere annis post Nicolaus Le Nourry congregationis Maurinae monachus praebuit: qui quae in editione sua (Paris. 1710, Praefat.) tradit inscripta 'De varia hujus libri forma', operae fortasse pretium est hic repetere. *Non vulgaris* inquit *profecto fuit hujus de mortibus persecutorum libri fortuna, vixque alium reperire est, qui post densiores longioresque tenebras majore cum applausu publicam in lucem denuo prodierit. Ab ipsa enimvero aetate Hieronymi, si quam tamen illius mentionem umquam fecit, ad nostrum usque tempus, id est, per duodecim circiter saecula in quarumdam bibliothecarum angulis sepultus iacuit. In his autem latebris luctabatur cum blattis & tineis, donec illustrissimus vir Ioannes Baptista Colbertus, litterariae reipublicae, totiusque Gallici regni bono natus, praeceperit manuscriptos codices, undique conquisitos, suam in bibliothecam asportari. Ejus siquidem jussu clarissimus vir D. Foucault, tum in Aquitania regius Quaestor, nunc vero Comes Consistorianus, omnes perlustravit hujus provinciae sibi commissae bibliothecas, ac tandem Moissiacum anno 1678. mense Aprili se contulit. Situm vero ibi est antiquissimum Ordinis sancti Benedicti Monasterium, quod olim vocabatur Abbatia mille monachorum, jamque & ab*

superiori saeculo a Canonicis, uti aiunt, saecularibus incolitur. Ab his itaque eximius vir, nec minus fori, quam litterarum laboribus addictus, postquam eo, quo par erat, honore exceptus fuisset, in quemdam deductus est locum, cuilibet coeli intemperiei, aërisque inclementiae expositum. Plures autem ibi invenit manuscriptorum codicum acervos sine ullo discrimine congestos, qui situ ac putredine exesi, foedissime corrupti, peneque consumpti erant. Ex his tamen indigestis codicum cumulis ducentos & quinquaginta, caeteris omnibus vetustiores & saniores, ac cum in primis, de quo agimus, magno plane laudandoque delectu sejungi curavit. Tum dehinc obtenta ab illustrissimo D. Destrades Moissiacensi tunc Abbate & Canonicis venia, omnes illos codices transmisit Lutetiam Parisiorum, atque ab eo tempore in bibliotheca Colbertina diligentissime adservantur. Ad haec cum nihil noui addidisset Daniel Maichelius, Introductio ad Historiam Literariam de praecipuis bibliothecis Parisiensibus, edit. Lipsiens. (1721) p. 51 s., qui iis tantum usus est quae Le Nourry dederat, Leopoldus Delisle, *Le Cabinet des Manuscrits de la Bibliothèque Impériale* I 456 ss. (1868), ostendit Baluzii consilio operaque factum esse, ut Colbertus codices Moissiacenses emeret, edidítque mandata ad hanc rem spectantia perscripta a Baluzio, quae Colbertus ad Foucaultium illum miserat.

Liber De mortibus persecutorum codicis Colbertini, qui est miscellaneus, altus 24 cm., latus 16, 5 cm., paene duos quaterniones complet, scilicet folia 1—16[a] exarata saeculo undecimo, minime nono, ut quidam putauerunt. Henricus Omont scripturam etiam exeuntis potius quam medii saeculi undecimi esse censet. Paginae tricenorum quaternorum uersuum esse solent, sunt etiam quae tricenos quinos uel ternos uel binos habent. Primae paginae primi uersus et alii loci quidam detriti et situ ac madore, fortasse etiam 'iniecto quodam glutine', ut Le Nourryo uidebatur (edit. p. 1 adn. b) corrupti sunt adeo, ut pleraque difficillime nunc legantur, uno autem loco nihil iam appareat.[2] Praeterea in folio 1 cum marginis

[2] De quibusdam horum locorum cf. infra adnot. 4.

dextrae parte etiam particulae scripturae abscissae sunt, idem factum est in marginibus superioribus foliorum 10 et 12. Codex utrum totus ab uno librario scriptus sit an a uersu 5 folii 6^b (a cap. 19, 1 *constituta proceditur*) usque ad finem folii 14^b (usque ad cap. 48. 9 *Christianis id est corpori*) ab altero, quem rursus prior exceperit extremam partem libri absoluens, hoc non plane certum est, fortasse idem librarius etiam alteram partem, sed celerius scribens et alia penna alioque atramento usus confecit. Idem est etiam per totum librum genus orthographiae idemque usus frequentissimus eorundem compendiorum scripturae.

De fide codicis si uniuersum fit iudicium, longe plurima multorum quae insunt uitiorum librarii imperitia errore neglegentia nata sunt atque talia, ut facile corrigi possint, alii loci grauius corrupti sunt, quidam etiam ualde perturbati implicatique. Saepe singula uel etiam plura uerba omissa aut sunt aut uidentur esse. Perraro deprehendis quae licentiae librarii tribuas (uelut addita uerba, c. 40, 6 *inquit*; 50, 6 *suum*; 52, 1 *non*), sed haec fortasse iam ex eo codice recepta sunt ex quo Colbertinus descriptus est. Cuius originis illud esse conicimus quod exstat in Colbertino c. 45, 2 *hieme quam*· (*cum* superscr.) *maxime seuiente* (add. *cum* m. 1): existimamus antiquiorem illum codicem habuisse *cum maxime*, ad hanc autem locutionem minus usitatam glossema *quam* adscriptum esse, deinde librarium codicis C rem inuertisse, ita ut uitium illud ortum sit. In eodem illo codice uidentur etiam fuisse correctiones marginibus inscriptae, postea a librario Colbertini falsa in loca translatae: quod iam Baluzius ad c. 22, 2. 3 (p. 198, 2. 5 edit. nostrae) obseruauit.[3] Codex ille ex quo Colbertinus fluxit, fortasse iam litteris minusculis, non uncialibus scriptus erat: quod quidem c. 37, 6 (p. 217, 2) in C *dementium* est pro *clementium*, is error ex priore illo genere

[3] Idem nos coniecimus ad c. 27, 1 (p. 203, 10 cf. 7) ⟨*sus*⟩*ceptis inimicitiis*; 28, 4. 29, 1 (p. 205, 21. 23) *est*; conferri potest etiam c. 29, 1 (p. 205, 24) [*et*] . . *disputaret*. Uno loco, c. 26, 11 (p. 203, 4) *ab hoc capite*

scripturae potius quam ex altero repetendus uidetur. — Saepe in C uerba falso uel discerpta uel coniuncta esse, cum ea res uulgo in codicibus illius aetatis occurrat, uix opus est commemorare.

Correctiones non multae in C sunt eaeque omnes manu ipsius librarii factae.

Iam ut breuiter ostendamus quae fuerit adhuc notitia quique usus lectionum Colbertini, is qui primus edidit librum Mortium, Baluzius, in Notis ipsas eius lectiones perraro attulit, longe plurimos locos qui emendationem ei postulare uidebantur, tacite mutauit. Diligentissimam autem curam scripturae codicis recte legendae tribuit, ita ut etiam in locis illis euanidis primae paginae, de quibus supra diximus, multa optime perspexerit.[4] Etiam Le Nourry in editione sua paucas

suos persequi, nostra quidem sententia (cf. ad hunc locum) etiam nota marginalis mutilata in uerba scriptoris inlata est, et extat in Colbertino ipso eiusmodi nota a manu librarii in margine ad c. 30, 5 (p. 208, 1) adiecta. — De aliis generibus uitiorum quae sunt in Colbertino, cf. infra adnot. 6.

[4] Quibusdam locis huius paginae Baluzium quid scriptum esset in C, non satis uidisse negari non potest: c. 1, 3 (p. 172, 6) scribit *transacti* pro *tristissimi*; 1, 4 (p. 172, 7) *tantae* pro *atrae*; 1, 6 (p. 172, 17) *mortem digna ultione superbis et impiis* pro *iudicem digna uid elicet supplicia impiis*; 1, 7 (p. 173, 7) *auctores* pro *persecutores*. Etiam nonnulla alia per totum codicem Baluzium fugerunt. Sed locos modo adlatos propterea proposuimus, ut cur illum loco quodam eiusdem illius paginae non potuerimus sequi, etiam magis appareat. Est autem hic locus in ipso initio libri, a Baluzio sic scriptus: *Audiuit dominus orationes tuas, Donate carissime, quas in conspectu eius per omnes horas t o t a d i e f u n d i s, c e t e r o r u m q u e fratrum nostrorum, qui gloriosa confessione sempiternam sibi coronam pro fidei meritis quaesierunt.* De uerbis *tota die fundis ceterorumque* neque Le Nourry — nam quas hic paucissimas litteras exhibet ut a se lectas, eae falso lectae sunt — neque Andr. Laubmann neque Henr. Omont, quorum de conlationibus codicis mox supra dicetur, neque S. Brandt quicquam agnoscere potuerunt. Itaque credibile non est Baluzium uerba illa uidisse recteque legisse, neque magis credibile est post Baluzium hoc ipso loco scripturam denuo detritam uel obscuratam esse. Maxime autem hoc loco uerba *tota die fundis* suspicionem mouent: nam neque uerba *tota die*, si significant *per totum diem*, post

lectiones quae momenti cuiusdam esse ei uidebantur, singulis paginis subiecit: quibus tamen in notis errores quidam sunt. Addidit Le Nourry etiam 'Specimen Manuscripti Colbertini' arte chalcographica factum, maiorem partem primae paginae continens, quo genus quidem scripturae quale in codice est, satis accurate redditur, sed in locis illis in quibus scriptura uel incerta est uel extincta, multae falsae litterae positae sunt neque ambitus lacunarum recte sunt definiti. Hoc specimen Le Nourry ipse, Apparat. ad Bibliothec. maxim. ueter. Patrum uol. II (1715) p. 1641, Lenglet et Buenemann in editionibus suis repetierunt. — Deinde ea quae Baluzius et Le Nourry ex codice proposuerant, uir doctus anonymus in annalibus qui inscripti sunt Miscellaneae obseruationes in auctores ueteres et recentiores, uol. IV (Amstelaedami 1734) p. 31—69, tam diligenter auxit compleuitque, ut ea conlatio, cum perpauca eaque leuiora uel omissa uel non recte indicata sint, paene nostrae aetatis rationibus satisfacere sit dicenda. Hae tamen copiae a posterioribus uiris doctis, siue praesto iis non erant siue parum fidei habere uidebantur, multo minus quam par erat in usum uocatae sunt. Proximus qui codicem ipsum inspexit, Nicolaus Lenglet, notis editionis suae Lactantii (Paris. 1748, uol. II) multas illius lectiones inmiscuit, sed nimis saepe falsa tradidit ex hac editione deinde in posteriores propagata: hoc iam monuit Carolus Halm, *Zu Lactantius de mor-*

uerba *per omnes horas* necessaria aut etiam apta sunt, neque, si quis putat *tota die* significare *cotidie*, is usus numeri singularis adiectiui *totus* initio quarti p. Chr. n. saeculi attribui potest. Accedit quod non *fundis*, sed *fundebas* postulatur. Itaque Baluzium ut in locis supra adlatis, ita hoc quoque in loco scribendo coniecturam potius suam quam scripturam codicis, quam omnino non conspexisse uidetur, secutum esse arbitramur. Quae ille hoc in loco posuit, quoniam sententia eorum aptissima est, ad explendam lacunam recepimus, sed ita mutata, ut pro uerbis *tota die fundis* scriberemus *cotidie fundebas*; uocem *ceterorumque*, quae nihil offensionis in se habet, retinuimus. Haec, quamquam nos existimamus fortasse plane alia in codice scripta fuisse, speramus admissuros esse etiam si qui credibilius esse putabunt illo in loco apparuisse Baluzio uestigia quaedam litterarum.

tibus persecutorum, Sitzungsberichte d. K. Akad. d. Wissensch. in Wien, Phil.-hist. Cl., uol. L (1865) p. 162 ss. 167. Nostro saeculo Fridericus Duebner (Paris. 1863. 1879) uitia quaedam priorum editionum ex codice correxit. Nobis copia codicis facta est apographo quod † Andreas Laubmann, qui quam bene conferendis etiam aliis codicibus de hoc corpore Lactantiano meritus sit in prioribus partibus huius editionis dictum est, mandato ab Academia Vindobonensi accepto a. 1864 singulari cura diligentiaque confecit. Quo ex apographo quantum utilitatis redundaturum esset ad nouam editionem Mortium, paulo post Car. Halm l. c. nonnullis exemplis ostendit. A. 1891 etiam S. Brandt codicem maxime locorum quorundam causa de quibus dubitatio suborta erat, perlustrauit et impensis Academiae Vindobonensis duarum primarum eius paginarum imagines photographicas faciendas curauit, quibus cum alia tum spatia particularum aut euanidarum aut abscissarum, de quibus iam saepius diximus, maxima cum fide indicabantur. His enim de locis ac maxime de obscuratis illis et de litterarum uestigiis A. Laubmann pauciora certa quam plura incerta dare maluerat, neque tamen audebamus acquiescere in iis, quae Baluzius aut Le Nourry ipsa saepe nonnihil inter se discrepantia exhibuerant. Sed cum in locis illis obscuris haereremus, quorum de scriptura iam uix umbrae dispiciuntur, optatissimam nobis lucem Henricus Omont attulit. Hic uir optimus nobisque amicus, cuius quanta sit in rebus palaeographicis peritia auctoritasque notissimum est, neque labori neque otio suo parcens apographum nobis confecit primae codicis paginae, quo quae Baluzius et Le Nourry ediderant, aut confirmantur aut corriguntur, adeo ut etiam loci quidam de quibus illi uel incredibilia prodiderant uel desperauerant, iam plani et sani sint, atque per totam illam paginam quae sit scriptura codicis, prorsus nunc constet, excepto uno loco, quo illud saltem constat, nullo modo iam quicquam agnosci posse (cf. p. XI adn. 4). Huic igitur uiro una nobiscum etiam omnes qui hac editione utentur, maximas gratias habebunt.

Ex his quae modo exposuimus, apparet nostra editione illud certe praestari, ut quae sit memoria codicis Colbertini, nunc primum recte et plene proponatur, neque ulla iam de iis scripturis de quibus priores inter se dissentiunt, esse possit dubitatio. Ne tamen apparatus criticus rebus orthographicis scripturisque uulgaribus saeculi undecimi oneraretur, ea tantum orthographica quae aliquam ob causam commemoranda uidebantur, recepimus, cetera autem quae exclusimus, generatim hic indicare placuit.

ae (ę) scriptum est pro **e**: p. 174, 2 *compraehen*(*sionis*) (c̃p̃*hens*-). item 188, 15. 189, 12. 231, 11. 232, 13. 233, 7. 236, 8. — 185, 19 *rep̃hendendum*. 224, 17 *dep̃hendit*. 174, 4 *interp̃tatus*. 178, 22 *illae*. 179, 14 *uęsanus*. 180, 11 *pęnę*. 180, 21 p̃*tiis*; 231, 14 p̃*cii*. item 232, 17. — 216, 13 p̃*tiosis*. 183, 15 *obp̃ssit*. 191, 7 p̃*mi*, item 234, 2; 224, 14 p̃*ssus* 184, 7 *ięcoribus*. 185. 10 *hiemę̃*. 186, 22 *ęcclesia*. 187, 1 *acię*. 187, 4 *posttridię* (sic). 187, 9. *ędictum*. 188, 13 *coęgit*. 189, 2 *eadę̃*. 189, 10 *seuiębant*. 190, 13 *laquęus*. 191, 5 *ueębatur* (i. e. *ueheb.*). 199, 11 *pęcuniae*. 200, 9 *sepę*. 207, 9 p̃*cibus*, item 209. 21. 24. 221, 15. 226, 23. 227, 9 bis. 20. 237, 14. — 234, 19 *dep̃cans*. item 238, 1. — 215, 8 *publicę*. 226, 10 *cępisset*.

ae pro **oe**: p. 189, 13 *pęnarum*, item 199, 10. — 189, 23 p̃*liis*, item 190, 16. 223, 18. 226. 9. 28. 227, 25. 228, 5. — 200, 2 *cęp*(*it*), item 201. 2. 203, 7. — 204, 6 *męnia*.

b pro **p**: p. 179, 14 *praecebs*. 201, 7 *obtabat*, item 202, 14. — 208. 5 *turbi*.

c pro **cc**: p. 186. 4 *acommodaret*.

c pro **g**: p. 225, 6 *acmine*.

c pro **t** saepe, uelut: p. 174, 1 *tercio*. 174. 17 *iusticiam*. item 175. 4. 177, 19. al. 175, 17 *pronuncient*, item 195, 3. — 201, 3 *nunciatur*. item 206, 20. al. 202, 7 *nuncio*. 179, 25 *dio clecianus* (sic discerptum) paene constanter. 180, 17 *insaciabili*. 185, 17 *sentenciam*, item 186, 2. 24. — 185. 17 *malicie*. 188, 6 *paciebantur*. 188, 14 *palacium*. 188. 15 *probacione*. 189, 5 *constancius*, item 195, 21. 200, 3. — 189, 20 *persecucionem*. 191. 11 *mesticia*. 193, 27 *clemencior*. 195. 20 *tocius*, item 223. 2. — 196, 2 *milicia*. 196, 17 *seruicium*.

cc pro **c**: p. 184, 7 *peccudes*. 195. 14 *peccoribus*, item 204. 22. — 231, 14 *peccunia*. 234, 15 *occuli*.

cc pro **ct**: p. 180, 7 *indiccionum*, item 208, 10. — 214. 2 *occies*.

ch pro **h**: p. 190, 8 *nichil* (ante *aduersus*), item 199, 19. 200. 8. 9. 201. 8. al.

d pro **t**: p 193, 24 *inquid*. 215, 8 *aud*, item 216, 2 (post *nisi*). 3.

218, 13. 14. 225, 14. 236, 13. 237, 1. — 224, 4 *uelud*, item 234, 13. — 234, 4 *capud*

e pro **ae** saepissime, uelut p. 171, 1 *Cecilii*. 171, 5 *quesierunt*. 172, 7 *letificet*. 172, 7 *atre*. 172, 10 *celesti*, item 172, 13. 173, 8 al. 172, 10 *merentium*. 173, 9 *cesaris*, sic constanter. 173, 10 *iudeis*. 174, 4 *que*, sic saepissime. 174, 4 *obscure atque inuolute*. 174, 6 *doctrine sue*. 174, 10 *iude*. 174, 14 *ecclesie*. saepe *hec*.

e pro **oe**: p. 175, 17 *ceperit*, item 178, 4. 180, 6. 183, 20. 25. — 179, 1 *penam*, item 179, 16. — 214, 18 *fedus*. 220, 11 *tragedia*.

f pro **ff**: p. 183, 14 *dificiliter*.

h additum in initio uocis: p. 196, 6 *hac*, item 237, 10 (ante *postmodum*). 211, 6 *haberat*.

h additum in media uoce: p. 216, 14 *thironibus*.

h omissum in initio uocis: p. 178, 8 *onorari*. 179, 2 *aberet*, item 180, 4. 187, 9. 199, 4. 204, 18. 205, 15. 218, 3. 223, 4. 193, 21 *abitu*. — 181, 7 *ostibus*, item 184, 24. 187, 18. 190, 12. 206, 24 *ostiliter*. — 181, 17 *irculius*. 182, 3 *ispania*. 183, 4 *orrendam*, item 198, 18. 211, 15. — 184, 13 *ostiae*. 185, 10 *omines*, item 199, 22. — 189, 18 *omicidam*. 189, 18 *ieroclem*. 211, 3 *umane*. 231, 11 *anteac*. 184, 20 *actenus*, item 233, 7. — 233, 17 *ortatus*. 234, 6 *ausit*. 234, 13 *austam*. 237, 1 *istoriam*.

h omissum in media uoce: p. 179, 20 *traciae*. 180, 16 *exribendos*, item 181, 2. 185, 6. 209, 1. 213, 9. 233, 4. — 183, 8 *iniabat*. 191, 5 *uecbatur*. 192, 8 *inabilem*.

i pro **y** paene ubique: p. 172, 4 *tirannorum*, item 175, 3. 8. 176, 5. 177, 12. 179, 22. 190, 7. al., sic constanter. — 193, 6 *illiricum*, item 202, 17. — 175, 11 *sibilla*. — 214, 19 *siria*, item 221, 8. — 214, 19 *egipto*. 221, 5 *misterium*. 225, 5 *bithiniam*, item 228, 10. — 225, 10 *bizanti*.

m pro **mm**: p. 185, 1 *inflamatus*, item 187, 23. — 197, 13 *flama*. 194, 14 *comiti* (i. e. *committi*).

n pro **nn**: p. 218, 16 *uicenalium*.

nn pro **n**: p. 208, 13 *ennarrare*.

o pro **u**: p. 172, 7 *iocunda*, item 190, 1. — 189, 8 *incolome*. 191, 1 *consolatus*.

oe pro **ae**: p. 185, 5 *poene*, item 201, 11.

p pro **pp**: p. 201, 23 *apellari*. 221, 2 *suplicium*.

pp pro **p**: p. 232, 8 *opportebit*.

p insertum: p. 180, 13 *condēpnationes*. 188, 16 *dāpnati*, item 219, 21. — 233, 1 *indēpnitatem*. 183, 26 *contēpnere*. 190, 24 *sollēpnibus*.

t pro **c**: p. 173, 6 *printipio*. 174, 16 *fatiebat*, item 181, 22. — 178, 16 *datiam*, item 183, 2. 199, 10. — 179, 23 *audatius*, item 209, 20. — 180, 9 *prouintie*, item 181, 8. 182, 2. — 181, 15 *edifitium*. 182, 5 *in-*

ditiis. 183, 14 *sartinis*. 184, 2 *sotiis*. 184, 19 *sacrifitia*, item 188, 22. — 193, 16 *pernitiose*. 210, 1 *contumatia*. 212, 3 *matie*. 224, 1 *aties*, item 227, 7. 20. — 226, 12 *otius*. 229, 17 *conditionibus*. item 236, 11. 236, 4 *iuditio*.

t pro **d**: p. 172, 15 *set* (*s;*), sic plerumque, uelut 175, 1. 177, 13. 20. 178, 16. 179, 11. 17. 23. 180, 13. 15. 18. — 193, 16 *quicquid*. 193, 25 *quit*.

t pro **tt**: p. 185, 11 *admiteretur*. 194, 14 *comiti* (i. e. *committi*). 223, 18 *commiteret*. 195, 13 *dimititur*. 200, 7 *remiteret*.

u pro **b**: p. 189, 10 *aceruissime*, item 224, 15.

Ceterum quam maxime fieri poterat orthographiam codicis retinuimus, aequalitatem autem scripturae in adsimilandis consonantibus finalibus praepositionum hactenus tantum admisimus, ut eiusdem uocis scriberemus eandem ubique formam, qualis maiore parte locorum constaret, uelut secundum formam *inpune* p. 175, 6. 207, 9. 218, 10 etiam p. 227, 22, ubi in codice *impune* est, *inpune* scripsimus et p. 202, 7 *adlato* (cod. *allato*) secundum locos p. 201, 10. 26. 224, 20. Neque tamen in diuersis uocibus eandem praepositionem ante eandem consonantem mutauimus, ita ut scriptum sit *adfi*(*gere*) p. 175, 5. 221, 5. sed *affli*(*gere*) p. 172, 10. 190, 14. 208, 10 et alia eiusmodi. Ubi hoc modo a codicis scripturis discessimus, eae ipsae in uaria lectione indicatae sunt. — Compendia scripturae in apparatu iis tantum in uocibus descripsimus, in quibus sciri illa lectionum ipsarum causa fortasse interesset.

Iam de rationibus criticis nostrae editionis, ad quas ipse progressus huius praefationis nos deduxit, pauca dicenda sunt. Quamquam codici Colbertino maxima merito tribuitur auctoritas, tamen qui apparatum nostrum peragrauerit animaduerteritque quot menda cuiusque generis in codice sint quotque loci uiris doctis emendatione indigere sint uisi, is facile concedet etiam suspicioni locum esse debere minime exiguum. Idque eo magis concedendum est, quod tota libri Mortium memoria constat in uno codice ac perpauci praeter duo Eusebii capita (ad c. 34. 48) sunt loci uel Lactantii uel aliorum scriptorum quibus ad uerba libri examinanda atque emendanda utamur: de duobus autem illis Eusebii capitibus maxime id

quod caput 48 Mortium Graece continet, suspicionem illam ualde debet augere. Accedit quod scriptor Mortium non solum uniuersa peritia sermonis Latini, sed etiam arte scribendi multiplici uariaque et ad omnia genera rerum se applicante excellit, cui laudi eo non multum detrahitur, quod interdum paulo neglegentior uidetur esse aut in describendis rebus aut in elocutione conformanda. His de causis non potuimus a nobis impetrare, ut etiam ea illi ascriberemus codice tradita quae uariis artificiis aliqua fortasse ratione excusari posse uiderentur, sed in locis eiusmodi coniecturas priorum atque etiam nostras, ubi illae sufficere non uidebantur, in usum uocandas esse existimauimus. Atque ut nihil nobis magis optandum esse potest quam si uiri docti non nimis nos in constituendo textu libri a recta uia aberrasse censuerint, ita speramus, cum iam in promptu omnibus quasi sit codex atque pateat, illos ipsos quoque remedia adlaturos esse iis locis quorum uera forma nondum reperta est. Plures enim sine dubio nostra aetate curas criticas Mortibus tribuissent quam tribuerunt, si qualis textus codice Colbertino traditus esset quantumque curas illas desideraret, satis fuisset notum.

Subiecimus textui nonnullos 'locos auctorum expilatorum similes' eiusmodi potissimum qui illum adfinitate ipsorum uerborum quadam attingunt. Paucorum uerborum coniunctiones breuesque locutiones adferre noluimus, has Buenemannus largiter praebet. Prioris illius generis locos et editores Mortium et alii uiri docti inuenerunt [5]), ipsi perpaucos addidimus.

[5]) Nomina recentiorum quorundam eruditorum, quorum copiis in illa re usi sumus, in Indice expilatorum s. u. 'Constantini oratio ad sanctorum coetum' adiecta sunt; cf. etiam Indicem auctorum s. u. 'Panegyrici'. Addendus hic est Chr. Antoniades, qui in libro *Kaiser Licinius* inscripto (Monac. 1884) p. 6 ss. Eusebium in Histor. eccles. ex libro Mortium sumpsisse quaedam quae aut nondum aut parum obseruata erant, ostendit. De Anonymo Valesii qui appellatur cf. Hunziker, *Zur Regierung und Christenverfolgung des Kaisers Diocletianus* (Lips. 1868) p. 212 adn. 1, et Seeck, *Geschichte des Unterganges der antiken Welt*, I Append.

Ex coniecturis hominum doctorum eas omnes descripsimus quarum ratio aliqua habenda esse uideretur, iis autem quae parum probabiles essent, cuius generis multas Bauldri maxime in editionem suam congessit, locum non concessimus. Indicauimus tamen ubi inueniri possent.

Quaestionem iam paulo post inuentionem codicis motam ac ne nunc quidem satis expeditam, liber Mortium utrum a Lactantio, cui Baluzius tribuerat, an ab alio scriptore, cuius sententiae primus auctor Le Nourry extitit, esset compositus, non esse huius loci tractare nobis uisum est.[6])

(Berol. 1895) p. 434 (ad p. 44, 17), quo loco etiam Aurelii Victoris Caesares et Epitomen (de hac etiam p. 432 ad p. 38, 9), praeterea Zosimum commemorat. Horum scriptorum tamen locos ut aliorum iam Baluzius attulerat.

[6]) Ut hoc loco pauca pro me ipse dicam, eos qui librum Mortium non esse a Lactantio conscriptum existimabant secutus defendebam hanc sententiam confirmabamque in disputatione inscripta *Ueber die Entstehungsverhältnisse der Prosaschriften des Lactantius und des Buches De mortibus persecutorum, Sitzungsberichte d. K. Akad. d. Wissensch. in Wien, Phil.-hist. Cl.*, uol. CXXV fasc. VI (1891) p. 22 ss., et in altera maxime contra Belserum (*Ueber den Verfasser des Buches de mortibus persecutorum, Theol. Quartalschrift* 1892 p. 246 ss. 439 ss.) scripta *Ueber den Verfasser des Buches De mortibus persecutorum, Jahrbb. f. class. Philol.* uol. 147 (1893) p. 121 ss. 203 ss.; hac in disputatione (p. 121) etiam nominaui eos uiros doctos qui rationes meas in priore illa prolatas aut probauerant aut improbauerant. Postea, quantum scio, mihi assensi sunt O. Bardenhewer, *Patrologie* (Friburgi 1894) p. 212, et Aug. Mancini in censura disputationis Belserianae, *Studi storici* uol. II (1893) p. 105 ss., et in censura libri a Seeckio compositi qui mox nominabitur, ibid. uol. V (1896) p. 266 ss., aduersati autem G. Krüger, *Geschichte der altchristl. Litteratur i. d. ersten drei Jahrh.* (Friburgi et Lipsiae 1895) p. 197, O. Seeck, *Geschichte des Unterganges der antiken Welt*, uol. I (Berol. 1895) Appendic. p. 426 ss., M. Schanz, *Geschichte der röm. Litteratur*, uol. III (1896) p. 378 ss.; alii quidam rem in medio relinquunt. Concedo quod uere concedere possum, quaedam ex argumentis a me propositis parum certa esse: nihilo minus ipsa origo et libri et coniunctionis iam Hieronymi aetate inter illum et nomen Lactantii factae etiamnunc obscuritate quadam mihi inuoluta uidetur atque etiamnunc existimo aliquem e Lactantii disciplina uel ut ita dicam ex eius domo esse auctorem. Ut ceterae res, ita rationes litterarum librorumque aetatis illius saepe-

II. DE EDITIONIBVS LIBRI MORTIVM STVDIISQVE CRITICIS IN EVM CONLATIS.

De editione principe (a. 1679) libri Mortium, quae Stephano Baluzio debetur, iam p. VIII et p. XI adn. 4 quaedam dicta sunt. Addidit Baluzius (quem nostra in editione litteris *Bal* significamus) libro Notas (p. 347—463), quarum longe maxima pars uersatur in explanatione rerum, cuius fundamenta docte prudenterque iecit, perpaucae ad rem criticam spectant. Sed in ipso textu, ut taceamus de correctionibus facilibus, multos locos grauius corruptos acute emendauit, coniecturas quasdam etiam inter 'Errata' uolumini (post Indicem) subiecit. Haec editio, quae pars est Miscellaneorum Baluzii, etiam separatim prodiit (Paris. 1679) repetiitque eam Mansi, Baluzii Miscellan. uol. I p. 1 ss. 33 ss. (notae), Bal

numero minime sunt simplices atque apertae: quantopere nunc uiri docti in soluendo nodo illo multiplici maximeque contorto, dico Historiam Augustam, laborant! — Sed unum ex iis quae antea dixi, hoc loco corrigendum est, quippe quod ad textum libri pertineat. Scripseram (*Entstehungsverhältnisse*. p. 52 s.) uerba quaedam quae sincero in sermone Latino cum praepositione *in* et accusatiuo construantur, in Mortibus ex more posterioris aetatis praepositionem *in* et ablatiuum secum habere. Sunt autem hi loci: c. 3, 4 *manus suas in oriente occidenteque porrexit*; 5, 1 *impias manus in deo intentauit*; 29, 2 *Licinio . . substituto in Seueri loco*; 35, 3 *in manu traditis*; 45, 6 *accepta in deditione Perintho*; 47, 4 *pars . . . in fuga conuersa est.* In altera parte horum locorum deest littera *m* finalis, in altera terminatio *o* est pro *um*. Accedit c. 21, 11 *iactabantur in flumine ac mare.* Sed accurata codicis Colbertini cognitio me docuit utrumque uitium in eo tam frequens esse, ut illi loci ad usum mendosum non scriptoris, sed librarii referendi sint. Utriusque uitii quoniam aliis quoque locis ratio habenda est, exempla adferam. Deest in C *m* finalis: p. 180, 20 *inmensa*; 182, 1 *ipsa . . italia*; 184, 23 *hiematu*; 193, 1 *summa*; 198, 7 *bona morte*; 202, 5 *oportunitate*; 202, 12 *roma*; 206, 14 *ob paucitate;* 212, 15 *secta*; 215, 7 *opera*; 218, 2 *ob castitate ac fide*; 219, 15 *femina;* 225, 19 *adrianopoli*; 225, 22 *secunda mansione* et *distante*; 228, 10 *bithinia* et *pugna*; 231, 3 *concessa*; 233, 8 *que.* Littera *m* contra addita est in C: p. 177, 19 *cultum*; 204, 5 *circumsedendam*; 209, 20 *praescriptionem*; 213, 10 *contemplationem*; 214, 9 *futuram*; 214, 15 *discordiam*; 217, 2 *morem*; 217, 12 *aquam*;

Lucae 1761. Postea Baluzius roganti obsecutus ut uidetur Bauldrio, cuius de editione (1692) mox dicemus, notas suas illi misit ita mutatas, ut nouis curis in libro conlocatis et editionum interim emissarum ratione habita quaedam ex iis quae antea in textu scripserat uel in notis explicationis causa protulerat, uel corrigeret uel defenderet. Hanc ipsam ob causam editio Bauldrii inscripta est ... *cum notis Stephani Baluzii* ... *Editio secunda.*[7]) Ex Bauldrio (II p. 1—120) has notas postea Lenglet (II p. 277—344) descripsit. Duabus proximis editionibus non pauci loci in Colbertino deprauati quos Baluzius non expedierat, correcti sunt. Iam a. 1680 prodiit *'Oxonii E Theatro Sheldoniano' Lucii Caecilii Firmiani Lactantii De Mortibus Persecutorum Liber.* Nomen editoris neque in titulo additum neque praefationi subscriptum est, in hac tamen haec leguntur (p. 1): ... *Eumque* (sc.

219, 19 *matrem*; 222, 3 *animam*; 224, 22 *dolorem*; 227, 15 *exercitum*: alia. Terminatio *o* pro *um* in C posita est: p. 195, 8 *exuto*; 201, 5 *imperio*; 208, 3 *interuallo*; 210, 5 *nuncupato*; 223, 20 *Christo*; 225, 20 *aliquanto*; 229, 8 *consilio*. Contra terminatio *um* pro *o* est: p. 185, 23 *proprium* . . *odium*; 186, 10 *sacrificium*; 192, 4 *imperium*; 215, 21 *palatium*. Propter haec uitia in C saepe occurrentia, quae ex uulgari locutione atque notissima illa accusatiui et ablatiui confusione orta sunt, quamquam quibusdam locis in C fortasse etiam alias causas habent, cum prioribus editoribus locis supra indicatis pro ablatiuo accusatiuum posui. Idem feci c. 18, 4 *Neruam* — *imperantem*, ubi in C *nerua* — *imperante* est: quem ablatiuum ut absolutum non iam admitto. Etiam c. 39, 3 *in matrimonio postulat*, licet ablatiuus loco Sulpicii Seueri Chron. I 9, 1 defendi uideatur, *in matrimonium* scribere malim, et c. 19, 4 *constituit in medio* pro *in medium*. Exemplis illis uerborum quorum *m* finalis in C interiit, etiam quam facilis coniectura mea sit c. 38, 1 *caecam et effrenatam* (in C *caeca et effrenata*), apparebit. Quod autem hoc et aliis locis usum Lactantii respexi atque in apparatu similes eius attuli locos, propterea feci quia, ut in disputationibus illis exposui, scriptorem Mortium imitatorem esse sermonis Lactantiani existimo. *Br.*

[7]) Cf. de hac re Bauldrium editionis suae in Dedicatione p. 8 et in Praefatione p. ** 4. Baluzius ipse apud Bauldrium in Notis ad cap. 1 (ad *Templ. sacr. euert.*) dicit *In prima editione scripsi* . . , similia cap. 23 ad *Quae uictores* et *Injuriae tutos*; c. 33 ad *Inducta jam*; c. 50 ad *Valeriam*; al.

librum De mort. persec.) *male multatum, & lacunis saepius hiulcum, partim ex nostris, partim doctissimorum uirorum, Episcopi Asaphensis, & Isaaci Vossii, coniecturis subinde restituimus.* In breuibus illis notis quae in imis paginis subditae sunt, auctores coniecturarum non nominantur, nisi quod p. 68 n. 6; 75, n. 1; 76, n. 3; 92 n. 1; 93 n. 4 *uir reuerendiss.* (uel *admodum reuerendus* uel *reuer.*) occurrit. Is sine dubio *Episcopus Asaphensis* ille est in Praefatione nominatus (*Saint Asaph* episcopatus suffraganeus est ad archiepiscopatum Cantuarensem pertinens), hic tamen quis fuerit, reperire non potuimus. Bauldri (Praefat. p. **) auctorem huius editionis esse dicit 'Oxoniensem Episcopum, Ioannem Felles': hic tamen Io. Fell (hoc est enim uerum nomen), cuius etiam Cypriani editio extat, mortuus a. 1686, numquam fuisse uidetur episcopus Asaphensis. Etiam Lenglet (I p. XL) hanc editionem 'a Ioan. Fell.' factam esse scribit.[8]) Haec editio Oxoniensis in notis nonnullas optimas coniecturas continet. Primus librum Mortium editioni Lactantii adiunxit Thomas Spark (Oxonii 1684): qua de editione uol. II fasc. 1 p. LXIII diximus. Ipse in notis suis paucissima attulit eaque uix ullius momenti, recepit tamen notas editionis Oxoniensis: quo factum est ut a quibusdam huic ascriberentur. Adiecta est Sparkii editioni etiam 'Dissertatio de Ripa Striga. Ab Henrico Dodwello A. M. Dubliniensi' ad locum Mort. 17. 4 (*ripae Istricae*) spectans, docte illa quidem atque fuse scripta, sed ad ipsum illum locum inutilis. Editionem illam Oxoniensem etiam editor Lactantii Cantabrigiensis (1685; de quo cf. ibid. p. LXIII s.) expilauit. — Plura etiam optimae frugis quam in editione Oxoniensi, insunt in ea quae, quod mireris, apud Hyperboreos nata est, Aboae in Finlandia 1684, *cum Notis Iohannis Columbi, ad perillustrem & magnificum uirum, Gisbertum*

[8]) Ioannem Fell editorem esse eo quoque confirmatur, quod exemplar olim I. G. Graeuii, quod inter libros eius in bibliotheca Heidelbergensi est, in folio quod est ante titulum, praeter Graeuii nomen manu ipsius inscriptum habet hoc: *Donum Illustris Viri Ioannis Fell Episcopi Oxoniensis.*

Cuperum: in qua non solum editoris Columbi, sed etiam Cuperi nonnulla feliciter inuenta proferuntur ad textum corrigendum pertinentia, praeterea explanationes rerum ab utroque conscriptae. Cuperus quas notas Columbo praebuerat, postea auctas et emendatas ad Paulum Voet van Winssen Traiectinum misit, qui eas cum Bauldrio communicauisse uidetur.[9]) Etiam Columbi notas Bauldri repetiit, ex Bauldrio autem Lenglet suae editioni et Cuperianas (II p. 421—522) et Columbianas (II p. 358—393) inseruit. A. 1690 (Parisiis) a Nicolao Toinard editae sunt *Notae in Lactantium De Mortibus Persecutorum*, quibus quamquam tractantur inprimis quaestiones historicae et chronologicae, haud raro sane ab argumento libri Mortium satis alienae, tamen etiam emendationes quaedam proponuntur. Hic quoque notas suas in usum Bauldrii iterum recensuit, unde apud hunc *editio secunda* iis inscriptum est,[10]) ex editione Bauldriana ipsae quoque in Lengletianam (II 393—418) transierunt.

Proximam editionem curauit coactor ille industrius alienarum copiarum, quem modo saepius nominauimus, inscriptam *Lucii Caecilii Firmiani Lactantii De Mortibus Persecutorum, cum Notis Stephani Baluzii, Tutelensis, qui primus ex veteri codice MS. Bibliothecae Colbertinae vulgavit, Editio Secunda.*[11]) *Accesserunt Gisb. Cuperi, Io. Columbi, Tho. Spark, Nic. Toinardi, Io. Georg. Graevii, Tho. Gale, Eliae Boherelli, ceterorumque, de quibus in Praefatione ad Lectorem, Animadversiones, tam hactenus editae, quam ineditae. Recensuit, suis auxit, cum Versionibus contulit, Paulus Bauldri. Addita, post reliqua, Henr. Dodwelli Dissertatio de Ripa Striga: nec non Theod. Ruinarti Praefatio ad Acta Martyrum; cum Indicibus neces-*

[9]) Cf. Bauldrium in Dedicat. p. 8 et in Praefat. p. * 4 et Cuperum in Praefatione sua ap. Bauldrium uol. II ante Notas suas, quae ibid. p. 123—256 sunt, eiusdemque ad Paulum Voet van Winssen epistulam p. 257 ss.; sequuntur apud Bauldrium Notae Columbi p. 266—323.

[10]) Cf. Bauldrium in Dedicat. p. 8 et in Praefat. p. ** 4; Toinardi Notas II p. 339—388 habet.

[11]) De hac appellatione cf. supra p. XX.

sariis. Traiecti ad Rhenum. Ex officina Francisci Halma, Academiae Typographi 1692. I. II. Extant etiam exemplaria huius editionis quorum in titulo est *Traiecti ad Rhenum. Ex Officina Guilielmi Broedelet, Bibliopolae, 1693.*, sed haec inscriptio tantum est nouata, liber ipse ad apicem usque idem est. Bauldri cum ex more illa aetate maxime apud Batauos usitato editionem eius generis quae 'cum notis uariorum' appellantur componere animum induxisset, quascumque ad illud tempus uiri docti uulgauerant notas congessit, Baluzianas Cuperianas Toinardianas, sicut ostendimus, ab ipsis auctoribus retractatas. Comparauerat sibi etiam ea quae alii uiri docti aut in titulo editionis nominati, Graeuius, Gale, Boherellus, aut in Praefatione (p. ** 4 b) commemorati, Petrus Allix, Paulus Colomesius, Iacobus Tollius, ad quos accedunt Isaac Vossius et Nicolaus Heinsius, ad librum uel explicandum uel emendandum inuenerant excogitauerantue, praeterea uarias epistulas dissertationes alia eius generis. Continuae illae notae complent alterum uolumen, eas quae ad singulos locos pertinent, cum suis coniunctas in priore uolumine textui subiecit. Maxima laus Bauldrii in eo constat, quod cuncta illa conquisiuit: nam ipse quo uerbosior esse solet, eo pauciora attulit quae probari possint. At ex iis quae alii uiri docti Bauldrio praebuerunt, non pauca sunt eiusmodi, ut in posteriores editiones atque in nostram quoque transierint, et multis locis apparatus nostri Gale, Graeuius, Heinsius, Tollius, quibusdam etiam Allix, Boherellus, Colomesius, Vossius [12]) nominantur. Haud raro plures horum uirorum aut inciderunt in eandem emendationem aut, ut erant uaria consuetudine inter se coniuncti, unitis uiribus, cum quod unus protulerat, alter atque etiam tertius corrigeret, medelam loci deprauati aliquam elaborauerunt. Omnia quae Bauldri congesserat, postea Lenglet in suam editionem trans-

[12]) Multae Graeuii, Heinsii, Vossii coniecturae etiam in epistulis maxime Graeuii commemorantur tractanturque, quae a P. Burmanno, Sylloge Epistolarum a Viris Illustribus scriptarum (Leydae 1727), uol. IV. V editae sunt; loci Mortium in Indice (in uol. V) enumerantur.

tulit, qua re, quia Bauldrii editio satis rara est, usus eorum multo factus est commodior.

De editione quam Nicol. Le Nourry monachus Maurinus confecit, post ea quae p. VIII. XI s. demonstrauimus, pauca dicenda sunt. Inscripta est *Lucii Cecilii Liber Ad Donatum Confessorem De Mortibus Persecutorum, hactenus Lucio Caelio Firmiano Lactantio adscriptus, Ad Colbertinum codicem denuo emendatus. Accessit Dissertatio, In qua de huius libri auctore disputatur, & omnia illius loca dubia, difficilia, obscura, variaeque auctoris opiniones examinantur, explicantur, illustrantur. Studio & opera D. Nicolai Le Nourry Presbyteri, & Monachi Ordinis S. Benedicti, e Congregatione S. Mauri. Parisiis 1710.* Textum Baluzii, ut iam dictum est, instruxit iis lectionibus Colbertini quae ei grauiores uidebantur. Ipse paucissimas corruptelas sustulit, plura sumpsit ex Bauldrio. Dissertatione quam in titulo editionis nominat, id potissimum sequitur consilium, ut librum Mortium non a Lactantio scriptum esse contra Baluzium demonstret. Hanc dissertationem recepit etiam in Apparatum ad Bibliothecam Maximam veterum Patrum, uol. II (Paris. 1715) p. 1643—1814.

Post editionem Baluzii editores Lactantii, inter quos primus ut diximus Thomas Spark, Mortes libris huius scriptoris adicere solebant. Horum autem editorum omnium de opera quae uol. II fasc. 1 p. LXIII ss. diximus, eadem fere hic ualent. Addendum tamen est Heumannum, cum iam in Actis Eruditorum anni 1711 (Lips.) p. 469 ss. in censura editionis Mortium a LeNourryo factae et in Appendice editionis suae Symposii quod appellabat Lactantii (Hanouerae 1722) p. 234 ss., qua de editione egimus uol. II fasc. 1 p. XXXVIII, et in Poecile sua, uol. III (Halae 1729) p. 360 ss. multas Mortium emendationes proposuisset, de quibus quas ipse probabat, cum nouis emendationibus in notis editionis suae Lactantii (Gotting. 1736) repetiit, etiamsi saepe facilitati qua erat coniectandi nimis indulgeret, tamen hic quoque eximium ingenii sui acumen praestitisse: quam ob causam ei laudem

insignem Carolus Halm tribuit.[13] Minime item indicandum est de editione Lengletii (Paris. 1748, uol. II p. 180 ss.), cui editioni omnino nimius a quibusdam honos habitus est, quos fortasse amplitudo uoluminum mouit receptis aliorum notis disputationibusque ualde adauctorum. Qui cum ne scripturas Colbertini quidem satis accurate indicasset (cf. supra p. XII), ipse minime tantum quantum uidetur ad librum emendandum attulit: nam longe plurimas coniecturas quas profert, iam ii inuenerant quorum notas ipse integras ex editione Bauldriana sumptas suae adnexuit. Bauldrii enim apparatum, ut supra dictum est, Lengletius totum repetiit (II p. 275—760).

Etiam post editionem Le Nourryi (1710) liber Mortium saepius separatim editus est. Ea editio quae prodiit Graecii a. 1726 *opera et sumptibus Bibliothecae Catech. Soc. Iesu Graecii*, tota fluxit ex editione Cellarii (in Lactantio eius, Lips. 1698), cuius et textum et notas continet. Posteriores quaedam editiones etiamsi inmixta nonnulla habent ex aliis editionibus sumpta, tamen a Lengletiana potissimum pendent. Prima earum quantum scimus est haec: *L. Caecilii Firmiani Lactantii Liber singularis De Mortibus Persecutorum auctus notisque illustratus opera, ac studio P. D. Ioannis Andreae Paternò Castello Casinatis monachi. Venetiis 1766.* Habet singulare hoc, quod inter capita 3 et 4 libri Mortium quinque capita inserta sunt quibus Traianus, Hadrianus, Marcus Aurelius, Septimius Seuerus, Maximinus Thrax describuntur ut persecutores ecclesiae Christianae calamitatesque eorum ac mortes miserabiles iudicio dei iis inlatae cupide magis quam uere depinguntur. Post interuallum centum paene annorum secuta est editio *Lucii Coelii Firmiani Lactantii Liber De Mortibus persecutorum. Édition classique à l'usage des élèves de cinquième. Avec des sommaires et des notes historiques, géographiques et grammaticales. Par M. l'Abbé L. Guépratte.*

[13]) Disputationis p. XII nominatae p. 163 . . . *der treffliche Heumann, dessen schöne Emendationen man allzu wenig gewürdigt hat.*

Paris. Praefatio exemplaris nostri, quod tertiae editionis est, data est mense Iunio a. 1862, ediderat ille librum iam annis 1851 et 1854. Capita 38—41 legentium causa omissa sunt. Editio H. Hurteri, quae est pars XXII corporis *Sanctorum Patrum Opuscula selecta ad usum praesertim studiosorum Theologiae. Edidit et commentariis auxit H. Hurter S.I. Oeniponti 1873* breuibus instructa est notis uel ad res uel ad uerba scriptoris spectantibus. Multo minus quam ii quos modo nominauimus, Lengletio se addixit Fridericus Duebner, cuius editio habet titulum *Lucii Coelii Firmiani Lactantii Liber De Mortibus Persecutorum. Édition classique. Texte revu sur le manuscrit unique conservé à la Bibliothèque Impériale. Avec notice et notes en français par M. Fr. Dübner. Paris,* s. a. (1863). Repetita est (*Paris et Lyon*) a. 1879. Editor et ex ipso codice quaedam ab aliis perperam mutata restituit et plures admisit quam qui modo nominati sunt, aliorum coniecturas et ipse locos quosdam corrigere temptauit. Eadem quae Guépratte capita omisit. Commentarius eius est breuis, sed prudenter factus. — Extant sine dubio etiam plures libri editiones, quarum tamen notitia ad nos non peruenit. Ne eam quidem uidimus quae Lugduni 1846 prodiit, commemoratam a P. H. Ianseno in interpretatione Germanica libri (*Bibliothek der Kirchenväter, herausg. v. Thalhofer, Kempten 1875*): qui p. 12 eam notas breuissimas habere dicit.

Inter subsidia emendationis etiam primae interpretationes Mortium ducendae sunt, Francogallica, quam Franciscus de Maucroix (Paris. 1680 et saepius), et Anglica, quam Gilbertus Burnet (Londin. 1686 et saepius) dedit. Menda enim quibus loci quidam in Colbertino adfecti sunt, ipsa interpretatione sustulerunt, ita ut pro auctoribus lectionum meliorum sint habendi.

Praeter eos uiros doctos quos adhuc nominauimus, pauci criticae Mortium operam dederunt. Ex quibus unus est anonymus ille cuius conlationem Colbertini p. XII laudauimus: qui quis fuerit quod exquirere non potuimus, eo ferimus mo-

lestius, quod ille insigni sagacitate nonnullis locis libri auxilium tulit. 'Alter anonymus' in apparatu nostro is est, cuius paucae coniecturae sunt pag. 70 s. eiusdem uoluminis in quo illius extant. Etiam Carolus Halm in disputatione *Zu Lactantius de mortibus persecutorum* (cf. supra p. XII) corruptelas quasdam codicis sustulit. Alias coniecturas apographo Colbertini Laubmanniano ascripsit: has quamquam certas sibi non uideri signo interrogationis adposito ostendere solet, ab editione tamen nostra secludere noluimus. Hae sunt illae Halmii coniecturae quibus in apparatu nostro numerus paginae non est additus, quas autem in disputatione illa protulit, eae numero paginae significantur. Richardi Bentlei quoque nomen cum critica libri Mortium coniunctum est. Extat in bibliotheca Musei Britannici exemplar editionis Le Nourryi, cuius in marginibus Bentleius correctiones uariasque notas inscripsit. Has Carolus Zangemeister descriptas et ad Academiam Vindobonensem misit et in exemplar editionis Le Nourryi quod est in bibliotheca Heidelbergensi, transtulit.[14]) In antico tegimine illius exemplaris Londinensis legitur *E Codice Bentleiano*, infra *Cl. Ricardi Bentleii Manu adnotata*, et iterum infra nomen *J. Wilson*, *Trin: Coll: Soc:* cum eius insigni; huius igitur Wilsonii in possessionem exemplar peruenerat. A Bentleio marginalia illa scripta esse eo quoque confirmatur, quod p. 72 exemplaris ad notam Le Nourryi *MS. agris ferentibus* (c. 37, 4) linea subter uocem *ferentibus* ducta additum est *lego, agris feriantibus. R. B.* Uno loco etiam alia manus coniecturam ascripsit (cf. c. 8, 5 ad uerba *a complexu*). Pleraeque notae Bentlei sunt coniecturae, quas suo quamque loco in apparatu posuimus, alias autem notas quae in apparatu minus idoneum locum habere uidentur, hic proponimus. Spectant enim ad primam paginam codicis Colbertini, quam apud Le Nourryum Specimine illo, quibusdam locis

[14]) Cf. eius *Bericht über die im Auftrag der Kirchenvätercommission unternommene Durchforschung der Bibliotheken Englands, Wiener Sitzungsberichte, Phil.-hist. Cl.* uol. LXXXIV (1876) p. 536.

tamen non recte, depictam esse diximus (cf. supra p. XII). Hoc ex Specimine Bentleius ad textum Le Nourryi, lineis subter uerba uel litteras ductis, lectiones codicis uel ascripsit uel significauit. Sunt autem hae notae: ad *restituta* p. 172, 1: *to MS*; ad *fabricatur* p. 172, 3: *runt MS.*; ad *iacentes* p. 172, 9: *ta MS*; ad *maiori* p. 172, 12: *ris MS*; ad *mortem* (sic Le Nourry in textu cum Baluzio pro *iudicem*) p. 172, 17: *v. MS.*; ad *ultione superbis et* (sic Le Nourry in textu cum Baluzio pro *uidelicet supplicia*) p. 173, 1: *supplicia*; ad *ostenderet* et *quo* et *fuerunt* p. 173, 5. 6. 7: *v. MS.*; praeterea ad *sotitas* (sic apud Le Nourryum errore typothetae pro *solitas*) p. 184, 11: *li.* Pleraeque autem illae coniecturae Bentlei etiam ab editoribus Mortium aliisque uiris doctis praesertim iis quos Bauldri nominat, inuentae sunt, quamquam quaedam sunt eiusmodi, ut mirandum sit duobus hominibus idem in mentem uenisse, uelut quod modo commemorauimus, *agris feriantibus* c. 37, 4 (cf. ad h. loc.). Neque tamen credibile uidetur aut Bentleium illorum coniecturas in suum exemplar transtulisse nominibus eorum non additis aut illorum quemquam notitia earum aliquo modo ad se perlata uerum auctorem reticuisse. Sed quomodocumque res se habet, longe pleraeque Bentlei notae ita comparatae sunt, ut quae forte illi inter ipsam lectionem libri succurrissent, statim in margines exemplaris sui coniecisse eum existimemus. Ex locis qui grauiores corruptelas contraxerunt, unum (cf. ad p. 220, 17: *Balearenses sagittarii*) coniectura ingeniosa magis quam probabili temptauit. — Perpauci illi homines eruditi qui praeter eos quos nominauimus textum Mortium emendabant, in apparatu commemorati sunt.

Indices huic fasciculo additos tales esse uoluimus, quales et copia rerum a Lactantio commemoratarum et eius sermo cognitione dignissimus postulare uiderentur. Locorum tamen a Lactantio cum ex antiquis scriptoribus tum e S. Scriptura

adlatorum in Indice uerborum rerumque grammaticarum nisi perraro rationem non habuimus.

Quod superest, ut indicemus quae utriusque nostrum quorum nomina haec editio Mortium prae se fert, in ea paranda fuerint partes, Georgius Laubmann, qui initio librum edendum susceperat, cum plurimis muneris publici sui officiis aliisque negotiis occupatus uideret eum longiore demum tempore ad finem perduci posse, apparatum criticum et ea quae collegerat conscripseratque Samueli Brandtio tradidit, qui sibi operae socius esset. Et cum de omnibus rationibus ad hanc Mortium editionem spectantibus facile inter nos conuenisset, etiam textus communicatis inter nos consiliis constitutus est. Ita quam coniunctionem nostram initia edendi huius corporis Lactantiani condiderant, eam finis totius operis confirmauit. In plagulis corrigendis adiuuerunt nos Fridericus Schoell per totam hanc Lactantii editionem ut in aliis rebus, ita in hac comes nobis prudentissimus benignissimusque, et Alfredus a Domaszewski Heidelbergenses et Carolus Weyman Monacensis. Quibus uiris optimis doctissimisque gratias habemus eo maiores, quia auxilium eorum minime constitit intra fines illius operae: id quod ex iis locis apparatus nostri in quibus nomina eorum leguntur, conici magis quodammodo quam plene aestimari potest.

Heidelbergae et Monaci Kal. Febr. a. MDCCCLXXXXVII.

Samuel Brandt.

Georgius Laubmann.

ADDENDA ET CORRIGENDA.[1]

Ad partem I.

p. VII adn. *Ad nomina Lactantii cf. Indic. nom. s.* Caelius.

p. XIII ss. *Quae in Prolegomenis de codicum cognatione sunt exposita, ad formam stemmatis redacta sunt in libro Harnackii et Preuschenii inscripto 'Geschichte der altchristl. Litteratur bis Eusebius', uol. I part. 2 (1893) p. 739, praeterea a Georgio Wissowa in censura editionis nostrae, Götting. gelehrte Anz. 1895 p. 519: qui uir doctus de rationibus quas inter codices quosdam intercedere demonstrabamus, aliter atque nos sentit, cui tamen rei ne ipse quidem multum tribui uult (ibid. p. 523).*

p. XIII. *Ad historiam codicis Bononiensis cf. quae part. II fascic. 1 p. VIII adn. 1 dicta sunt.*

p. XXXIV s. *Codicem Palatino-Vaticanum 161 (H) iam ante annum 828, non decimo saeculo scriptum esse Lud. Traube ostendit, Centralblatt für Bibliothekswesen 1892 p. 87.*

p. LXVI. *Additamenta dualistica et panegyrica ipsi Lactantio tribuit O. Seeck, Geschichte des Untergangs der antiken Welt I (1895) Anhang p. 437. 441., dualistica interpolatori, panegyrica Lactantio dat M. Schanz, Geschichte der röm. Litteratur III (1896) p. 387.*

p. CIV s. *De hoc codice Sedulii Scoti cf. Henr. Omont, Mélanges Graux (1884) p. 313, et de Sedulio ipso Lud. Traube, O Roma nobilis, Abhandl. d. bayer. Akad. d. Wissensch. I. Cl. XIX. Bd. II Abth., 1891, p. 338 ss.*

p. 3, 26. primam *pro* piam *censor signo †† subscriptus, Neue philol. Rundschau 1890 p. 376, quod probare non possumus.*

p. 41, 25. *Ad uerba* sic Neptuno maritima omnia cum insulis obuenerunt *Kronenberg, Minuciana (Lugd. Bat. 1889) p. 100 adnotat* omnia corruptum est ex ora. *At causa necessaria corrigendi est nulla atque debet etiam* obuenerunt *in* obuenit *mutari.*

[1] Quorum locorum numeri **crassioribus litteris** scripti sunt, ii potissimum ante quam usus fiat editionis, corrigendi sunt.

p. 67, 12—69, 8. *Hoc loco Lactantium usum esse parte quadam nunc deperdita libri V de re publica Ciceronis ostendebam in disputatione 'Ad Ciceronis de re publica libros adnotationes', Festschrift zur 350-jährigen Jubelfeier des Gymnasiums zu Heidelberg, 1896, p. 24 ss.: qua disputatione omnino quaesiui quae post Angelum Maium librorum de re publica Ciceronis uestigia apud Lactantium reperiri possent.*

p. 76, 10. ore *pro* ture *Guil. Gemoll, Kritische Bemerk. zu latein. Schriftstellern. Progr. Lignitziae 1890 p. 18; non recte, cf. etiam p. 75, 12 et 460, 15.*

p. 76, 11. *pro* horrere *(sic codd. rec.,* colere *codd. antiqui, quod ex* colere *et* colunt *10 ortum est)* dolere *vult censor* ††, *sed* horrere *multo melius uidetur.*

p. 141, 4. *pro* diniuitus *l.* diuinitus.

p. 143, 18 (II 9, 9). hibernus *sc.* sol *uult censor* †† *pro* hibernum (*i. e.* hiems): *sed* sol *neque ex loco illo ipso suppleri potest neque ualet quicquam comparatio locutionum* occidens, oriens *sc.* sol, *quoniam* hibernus *omisso substantiuo* sol *in lexicis indicibusque nullo exemplo probatur.*

p. 146, 17. *cum B* immobilis *legendum est, cf. 14* mobilis *et Inst. VII 9, 13* (ignis) elementum leue, *14* ea uero quae ponderosa sunt *eqs.*

p. 229, 3. *Kronenberg, Minuciana p. 100* habenti nullos (*pro* malos) liberos orbitas praedicatur *conicit, at Lactantius, ut opinor,* liberos non habenti *scripsisset.*

p. 229, 7. modestiam *pro* melestiam *Th. Stangl, Philol. Jahrbb., uol. 145 (1892) p. 863.*

p. 249, 2. tamquam lupanam obeant (*sc.* eam) *Weyman, Zeitschr. f. österr. Gymnas. 1894 p. 202.*

p. 267, 2. suo ipsi (*pro* sibi) gladio *Gemoll p. 18, sed cf. Buenemannum ad hunc loc. et ad Inst. II 5, 6 adn. z.*

p. 278, 20. *pro* religiones *l.* religionis.

p. 304, 9. Kalendas Apriles *scribendum est, cf. ad Mort. 2, 1.*

p. 320, 19. *lectionem codicum* curasset *retinet censor* ††: *quod quid significet hoc loco, nos non magis quam priores editores perspicere possumus.*

p. 348, 10. *pro* sedendi *nunc scribo* sedenti.

p. 351, 3. illo supplicio indignus, mortalis tamen et .... affixus *pro* adfectus *Gemoll p. 18, sed* supplicio *pertinet etiam ad* adfectus.

p. 371, 4. utinam *pro* utinamque *uir doctus*). *subscriptus in censura editionis nostrae, Theolog. Litteraturblatt 1890 p. 463, sed cf. Indic. uerbor.*

p. 399, 3. *Cum codd. BH* audeant *scribendum est.*

p. 428, 8. *uirgula post* profesto *delenda est* (festo atque profesto ... die).

p. 441, 8. <ita> uanam *Kronenberg p. 100, sed* ita *prorsus superuacaneum est.*

p. 464, 6. *pro* tam *l.* tamen.

p. 496, 17. celerando *pro* celebrando *Gemoll p. 18, sed cf. adnot. nostram.*

p. 522, 8. *pro* ipsa *l.* ipsam.

p. 525, 20. Auctores 17] *l.* cf. pag. 521, 7.

p. 563, 4 adn. cr. 'uitiant *recepi' scribendum fuisse recte monuit censor* ††, *ipse* subiciunt *praefert.*

p. 575, 2. non minus mirabiliter de conscientia ideo Tullius 'meminerit' inquit *censor* ††, *nobis incredibile.*

p. 596, 4. quis nauigat <hic>? hic ignis est *uel* hic? ignis <iste> est *censor* ††: *quibus coniecturis consensus membrorum loci turbatur, cf.* hoc caelum est: quis id suspicit? terra haec: quis eam colit? ... hic ignis est: quis eo utitur?

p. 596, 5. <ea> *pro* <cuncta> *censor* ††: *sed res modo nominatae pro exemplis tantummodo sunt, quibus* cuncta *(quod indicatur loco Epitomae in adn. adlato) a deo propter hominem instituta esse ostendatur, cf. etiam § 16 (p. 595, 21—24)* potestas hominis, propter quem mundum ipsum et uniuersa quaecumque sunt deus fecit tantumque illi honoris habuit, ut eum praeficeret uniuersis.

p. 605, 21. quousque *ut glossema proximi* quatenus *delet Sittl, Berliner philol. Wochenschr. 1891 p. 335.*

p. 612, 11. *In appar. crit. legendum est* 'cadant B^1, cad$\overset{a}{*}$nt B^3, cadit *RSHP'; in textu* cadat *ponendum est.*

p. 627, 16. quod *pro* quo *Gemoll p. 18, non est necessarium ac sententia debilitatur.*

p. 642, 2. *Pro* ἐκπαίσας *Aem. Hirsch Heidelbergensis scribit* ἐκπαύσας *secutus Ps.-Apuleium c. 26* iisque *(*bellisque *E. Rohde, Jenaer Litteraturzeitung 1876 p. 781,* πολέμοις *ap. Hermetem)* per diuersa loca finiens.

p. 653, 17. *pro* restitui *fort. scribendum est* restituiri, *quam ad formam cf. Indic. rer. gramm. p. 398 a.*

p. 682, 15. Mater Idaea (*pro* ipsa) *Kronenberg p. 101, sed cf. Inst. I 21, 16.*

p. 690, 1. *l.* capella *pro* Capella.

p. 694, 6. in eosdem laqueos incidat quo (*pro* quos) illi ueteres inciderunt *Gemoll p. 18, sed ad* quos *cf. adn. nostr.*

p. 697, 7. fieri? non (*cod. T* an) *Gemoll p. 18, sed praestat Dauisii coniectura* ac non.

p. 705, 26 inmortalitate *Gemoll p. 19, idem iam Heumannus.*

p. 707, 7. qui animas quidem inmortales esse, in alia tamen corpora <uult> pecudum *censor* λ *p. 463.*

p. 710, 29. cum *pro* cui *in editione Fritschii mero errore typothetae ortum corr. Gemoll p. 19.*

p. 711, 25. in philosophiis *pro* in philosophia *Kronenberg p. 101, at Lactantius nusquam plurali* philosophiae *utitur*

p. 755, 5. communi *pro* communis *Gemoll p. 19, fort. recte; cf. etiam Indic. uerbor.*

Ad partis II fasciculum 1.

p. XXII. *Knappitsch Anton., 'De L. Caeli Firmiani Lactanti ave Phoenice.' Jahresbericht des fürstbischöfl. Gymnasiums am Seckauer Dioecesan-Knabenseminar in Graz. 1896. Cf. de hoc libello, qui continet carmen Phoenicem commentario critico et exegetico et interpretatione Germanica instructum et prolegomena, censuram nostram, Wochenschrift für class. Philol. 1896 p. 1312.*

p. XXX ss. *Etiam alia carminis* De passione Domini *editio commemoratur hoc in libro: P. Marais et A. Dufresne de Saint-Léon, Catalogue des incunables de la Bibliothèque Mazarine. Paris 1893, p. 651 n. 1180, cuius hic est titulus:* Carmina pia ? religiosa. | L. Celii Lactantii Firmiani Nenia uerbis salua | toris nostri crucifixi. | Eiusdem elegiacum de resurrectione dominica | Impressa cura ? impendio Iodoci Badii Ascensii | in edibus eiusdem in monte diui Hilarii e regione col | legii italici. Parrhisiis. *s. a.* | *In folio uerso haec sunt* L. Celii Lactãtii Firmiani pia nenia v̄bis crucifixi. (Q) Visquis *sequitur carmen. Constat fasciculus ex 10 foliis quadratis uicenorum quaternorum uersuum, scriptura est gotica. Quibus fere annis hic libellus emissus esse uideatur, Leopoldus Delisle, Journal des Savants 1894 p. 268, his uerbis indicat:* je doute fort qu' il soit antérieur à 1501. *Apparet hanc Ascensii editionem priorem esse duabus quas nominauimus Ascensianis, sine dubio prima omnino est.*

p. XXXVIII s. *De nomine* Symphosius *hoc addendum est. Asclepiadii* De Fortuna *carmen, Anthol. Lat. ed. Riese n. 629, Poet. Lat. min. ed. Baehrens IV p. 148, in codice Vaticano 4493 saec. X inscriptum esse* Celii Firminiani Simphosii. De Fortuna. *Luc. Mueller testatur, Berliner philol. Wochenschrift 1895 p. 510; quo quod Accursius tradidit, confirmatur (cf. Riesii et Baehrensii adnot.).*

p. 8, 6. in eas sunt relegata regiones *Petschenig, Wochenschr. f. class. Philol. 1893 p. 825.*

p. 9 Auctores 2 s.] *l.* Inst. II 10, 14.

p. 51 Auctores 17 s.] *l.* (a Xenocrate). 54, 6 ss.

p. 55 Expilatores 13 s.] *pro* 62, 23 s. 33 s. *l.* 56, 6 s. 16 s.

p. 73, 13. non sequentia *pro* consequentia *Petschenig p. 825.*

p. 76, 21. detrahunt; non minus illorum *censor λ, Theolog. Litteratur-*

blatt 1894 p. 79, sed nobis quod cum prioribus scripsimus detrahunt. non minus <quam> illorum *uerius uidetur, quoniam Lactantius uerbis* non minus *eqs. non sententiam plane nouam profert, sed ea quae c. 4 explicauerat, attingit repetitque.*

p. 79, 1. certas uoce notas *Petschenig ibid.*

p. 117, 1. ira et adfectu *censor anonymus, Neue philol. Rundschau 1893 p. 394, sed Buenemanni coniectura* irae adfectu *(cf. etiam eius notam) multo uerisimilior est.*

p. 121, 18. ne mentis inpos sibi ille aliquod inexpiabile facinus admitteret *censor anonymus (idem qui p. 117, 1), sed debuit exemplis demonstrare* sibi *aut cum* inpos *aut cum* admitteret (*pro* ad se) *coniungi posse;* ille *nos conieceramus.*

p. 132, 20. *pro* ratum *l.* iratum.

p. 135, 7. sed terrae montes *Petschenig p. 825 secutus codd. gramm. d. dub. nom. p. 581, 12 (*sed trimontes*), sed lectio codicum Phoenicis* sed nostros montes *aptior uidetur.*

p. 138, 52. *Sententiam uersus inlustrari pictura parietina Pompeiana quae est ap. Roscherum, Lexikon d. griech. u. röm. Mythol. I 2003, monet Car. Sittl, Berliner philol. Wochenschr. 1893 p. 1423.*

p. 147 ad u. 169. *l.* Auson. Mos. 128 (*pro* 169).

p. 150, 50 lignum . . . uenerabile] Verg. Aen. XII 767. Prudent. Psychom. 408.

p. 160. *Post fragmenta Lactantii commemorari poterat Baluzium, Miscellaneorum Liber secundus, Paris. 1679 p. 46, locum quendam Augustini (De ciuit. dei XX c. 30, uol. II p. 486, 1—15 Dombart* [2]*), quem nomine auctoris carentem in codice Colbertino 1095 (cf. 'Elenchum' post Praefationem), inuenerat, ut* Lactantii fragmentum de extremo iudicio *edidisse. Errorem editores iam pridem perspexerunt. Locus ille etiam in aliis recentioribus codicibus Lactantii extat: cf. Le Brun et Lenglet, edit. Lact. I p. 592; Fritzsche. edit. Lact. II p. 286 adn. 7.*

Ad partis II fasciculum 2.

p. 175, 6. interfecit *proprio sensu idem esse quod* gladio interfecit *uult O. Keller, Z. lat. Sprachgesch. II (1895) p. 61 adn. (F. Schoell).*

p. 175, 16. <tempora> *iam Lenglet coniecerat.*

p. 182, 8. corrumpendas mulieres *Car. Weyman ex c. 27, 6 (p. 204, 20), quod recipiendum uidetur.*

p. 220, 17. clibanarii] *Ad hanc coniecturam suam explicandam confirmandamque Alfredus a Domaszewski, quem uirum doctum rei militaris Romanae peritissimum esse constat, haec in usum nostrum beneuole conscripta nobis tradidit:* Inter numeros palatinos qui sub Diocletiano ueterum praetorianorum partes susceperunt, primo loco

nominantur in Notitia dignit. Or. V p. 13 Seeck uexillationes palatinae quinque. 1. equites promoti seniores 2. comites clibanarii. 3. comites sagittarii 4. comites Taifali 5. equites Arcades. ex his numeris Taifali non ante Theodosium instituti sunt (cf. Mommsen in Herma XXIV p. 277) neque Arcadum mentio uetustior extat. contra promotorum rectores, qui apud Ammianum XV 4, 10 et XXXI 13, 18 occurrunt, cum sint uiri summae dignitatis, recte ad uexillationem palatinam referas. clibanariorum autem militia, quae fuit in exercitu Romano iam sub Hadriano, qua admiratione celebretur a scriptoribus aetatis Constantii, notissimum est. quod scriptor hos numeros, qui feminas damnatas prosequuntur, cuneos armatorum appellat, id optime quadrat in uexillationes, quia uerba cuneus et uexillatio quarto saeculo de solis equitibus usurpantur. apte etiam commemorat scriptor promotos militari modo instructos fuisse. nam simili modo uetustioris ordinationis speculatores, quorum in locum quasi successisse promotos ex Notitia dignit. apparet, ut custodes corporis, singuli, non turmatim i. e. non militari modo instructi imperatores comitabantur: cf. librum meum *Die Religion des röm. Heeres* p. 92 ss. itaque promoti contra modum ordinationis, ut impetum populi arcerent, in turmas diuisi progrediuntur.

Ut his quae uir doctissimus praeclare exposuit, unum addamus, uidetur sane coniectura clibanarii *longius discedere a codicis memoria* bile mens es, *cuius primae tantum litterae* bil *in initio uocis* clibanarii *eaeque inuersae apparent. Sed fortasse librarius iam codicis antiquioris, ex quo Colbertinus pendet, ex miseris reliquiis uocis casu aliquo dirutae, quam ut sua aetate inusitatam a suaque scientia prorsus remotam nullo modo diuinare atque restituere posset, aliquid uocis simile* bilemenses *fingebat, in C deinde, in quo multae falsae uerborum diuisiones sunt, illo modo discerptum. Inter ceteras autem quas attulimus uirorum doctorum coniecturas nulla est quae ueri simile quicquam in se habeat. Itaque ne monstrum illud uocis codice traditum praefixa cruce in textum reciperemus, subsidio quod Domaszewski nobis praebuit, quod nobis optimum uidetur, utendum esse existimauimus. Fortasse tamen Brandtii coniectura commemorari potest cum uerborum transpositione coniuncta:* promoti militari modo instructi et sagittarii miserabiles feminas prosequuntur. *Cogitari enim potest uerba* miserabiles feminas *in margine codicis ex quo Colbertinus fluxit addita casu esse mutilata et mutilata a librario Colbertini in falso loco posita esse: quo de genere uitiorum supra Proleg. p. X diximus.*

p. 249. *Ad Ciceronis de re publica librorum apud Lactantium usum cf. supra Addend. ad I p. 67, 12—69, 8.*

p. 262. *Philonis libro De uita contemplatiua p. 473, 25 ss. (Mangey)*

Lactantium Inst. III 23, 1—4. 6 usum esse statuit P. Wendland, 'Die Therapeuten und die philonische Schrift Vom beschaulichen Leben', Annal. philol. Supplem. uol. 22 (1896) p. 700, secutus Zellerum, Histor. philos. gr. I⁵ p. 844.

p. 266. Varro] De Varrone Lactantii auctore *post ea quae in disputatione ad uol. II fasc. 1 p. 6, 1 (de op. 1. 11) nominata diximus, egit A. Mancini, Studi storici V (1896) 229 ss. 297 ss.*

p. 279. *l.* III. (*pro* II.) Index nominum et rerum.

p. 332 b *post* mundus *addenda sunt haec:* munera: uenationes quae uocantur munera, primitus Saturno sunt attributa I 561, 14. 741, 21.

p. 374 a alius] *dat. sing.* alii *extat I 400, 13.*

p. 381 b (auditus). auditu suauis — 563, 7 *sub uerbum* audire *recipiendum est.*

p. 418 a dispar quam] *legendum* I 183, 2. II 48, 2.

p. 430 a. *l.* ex(s)ecrari *pro* ex(s)ecrare. *deinde* I 160, 20. 729, 5. exsecrandus *eqs. addendum 'passiue* protriti et execrati II M 198, 11.'

p. 491 b. *adde* occurrere: occurrit nobis Epicurus ac dicit II 107, 2. occurrebat ei (*in mentem ei venit*) quod (*pro acc. c. inf.*)... non possent (*in constr. hypothetica*) II 85, 9.

p. 507 b praebere *et* **p. 509 b** praestare] *add.* mirandam sese praestat praebetque uerendam II Ph 144, 123.

p. 521 a (quod). *in uersu 12 a fine adde locum ad p. 491 b* (occurrebat ei quod II 85, 9) *supra adlatum; praeterea ibid. in u. 2 a fine adde* ut taceam quod ... sunt I 448, 21.

p. 548 a. *adde 'supinum in* -um *cf.* uenire. — *in* -u *cf.* auditu (*non recte sub* auditus 381 b) dictu (*s.* dicere 416 a) factu (*s.* facere 432 b) intellectu I 4, 2. susceptu I 4, 3.'

p. 549 b. *adde locum ad p. 521 a* (ut taceam quod ... sunt I 448, 21) *supra adlatum.*

LVCII CAECILII

DE MORTIBVS PERSECVTORVM

LIBER

VVLGO LACTANTIO TRIBVTVS

C = codex olim Colbertinus nunc Bibliothecae Nationalis Parisinae n. 2627 saec. XI.

Bal = Baluzius primus editor (Stephani Baluzii Miscellaneorum Liber Secundus, Parisiis 1679, p. 1 ss.)

LVCII CAECILII

LIBER

AD DONATVM CONFESSOREM

DE

MORTIBVS PERSECVTORVM.

1. Audiuit dominus orationes tuas, Donate carissime, quas 1
in conspectu eius per omnes horas ‹cotidie fundebas, ceterorumque› fratrum nostrorum, qui gloriosa confessione sempiternam sibi coronam pro fidei meritis quaesierunt. ecce, deletis 2

Versus 1–6 folii 1ª codicis C. in quibus plurima situ et madore corrupta difficillime agnoscuntur, e lectione Henrici Omont:

1 LVCII · CECILII · INCIPIT LIBER · AD DONA
2 TVM · CONFESSOREM · DE MORTIB: ꝑERSECVTOꝝ
3 AVDIVIT dn̄s orationes tuas donate karissime quas in conspectu
4 ei̅ ꝑ om̄s ʰoras .... fr̄m nroꝝ. qui glosa con
5 fessione sempit̄nā sibi coronā ꝑ fidei meritis quesier̄. Ecce add&
6 his om̄ib: aduersariis ÷ restituta ꝑ orbē tranquillitate ꝓfligata nuꝑ

7 *per 25 fere spatia nihil agnoscitur in C.* cotidie fūdebas ceteroꝝq: *proponit Brandt (cf. Proleg. adn. 4) secutus Baluzium qui* tota die fundis ceterorumque *edidit; Le Nourry (cf. eius Specimen Manuscripti Colbertini) in u. 4 codicis praeter extrema uerba* qui glōsa *(sic scripsit) perpauca eaque falso paene omnia. A Laubmann nihil legit; Lenglet Specimen Le Nourryi secutus coni.* quas in conspectu eius constanter fundis per dies omnes et carissimorum fratrum, qui. *item Duebner; Fritzsche* quas in conspectu eius constitutus fundere soles, imo et preces sanctissimorum martyrum qui   9 *post* fidei *add.* suae *Bal*   deletis *Heumann,* autem, deletis *uir doctus anonymus, Miscellan. obseruat. in auct. uet. et recent. IV (Amstelaed. 1734) p. 32,* deturbatis *Allix;* add& his *C*; addetur his omnibus aduersarius (aduersariis *C*) *Bal, etiam Le Nourry in Specim.* add&⊏| his *(signum ⊏| haberi sine dubio uoluit pro ligatura litterarum* u *et* r*). sed* add& *A Laubmann legit neque quicquam post hanc uocem conspici Omont testatur;* adteritur *Toinard.*

omnibus aduersariis, restituta per orbem tranquillitate, pro-
fligata nuper ecclesia rursum exurgit et maiore gloria templum
dei, quod ab impiis fuerat euersum, misericordia domini fabri-
3 catur. excitauit enim deus principes qui tyrannorum nefaria
et cruenta imperia resciderunt <et> humano generi prouiderunt,
ut iam quasi discusso tristissimi temporis nubilo mentes om-
4 nium pax iucunda et serena laetificet. nunc post atrae tem-
pestatis uiolentos turbines placidus aer et optata lux refulsit,
nunc placatus seruorum suorum <precibus> deus iacentes et
afflictos caelesti auxilio subleuauit, nunc maerentium lacrimas
5 extincta impiorum conspiratione detersit. qui insultauerant
deo, iacent, qui templum sanctum euerterant, ruina maiore
ceciderunt, qui iustos excarnificauerant, caelestibus plagis et
6 cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt. sero id qui-
dem, sed grauiter ac digne. distulerat enim poenas eorum
deus, ut ederet in eos magna et mirabilia exempla, quibus
posteri discerent et deum esse unum et eundem iudicem digna

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 17 s. (discerent)] Lact. Epit. 48, 5.

deditur *uel* traditur *Tollius,* excidetur *Gale.* abditur *Bauldri,* arcetur *Boherellus (*aduersarius *hi omnes cum Bal),* deturbatis . . aduersariis *Allix* 1 restituta] et restituta *Bal, sed in C signum* ⸓ *ante* restituta *solita codicis distinctio est* 5 et *add. Heumann. in C est* ⸓ *distinctio;* humanoque *Tollius; noluimus* resciderunt: humano *distinguere* 6 tristissimi *C e lectione Omontii,* transacti *Bal,* trisansaru *(sic) Le Nourry in Specim.* 7 atre *C e lectione anonymi p. 33, quam confirmat Omont,* tantae *Bal;* atrae *iam Buenemann coni., Miscell. Lips. III, 1716, p. 173, conl. Vergil. Aen. V 693 s.* 8 obtata *C* 9 precibus *(uel* patientia*) add. ed. Oxon. 1680,* gemitibus *Colomesius.* causa *uel* gratia *Bauldri* et *Bal,* ut *C* 11 illustrati erant *C,* insultauerant *Graeuius secutus Is. Vossium, qui* insultati erant *coni., probat Buenemann conl. Lactant. Inst. V 23, 2 (V 2, 2);* aduersati erant *Bal,* illusitauerant *Nic. Heinsius,* illuctati erant *Lenglet;* qui illuserant deo, strati iacent *Bauldri* 12 maiore *Columbus,* maioris *C;* maiori *Bal* 14 sero id *Buenemann,* seruit *C;* serius *Le Nourry;* sero—digne *om. Bal* 15 set *C, sic plerumque* destulerat *C, corr. Bal* 16 quibus et *Bal, sed in C post* quibus *in fine uersus nihil est* 17 uindicem *Lenglet* *in C extremae partes uersuum 19—25 folii* 1^{a} *(=p. 173, 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8) cum margine abscissae*

uid⟨elicet⟩ supplicia impiis ac persecutoribus inrogare. de 7 quo exitu ⟨eorum tes⟩tificari placuit, ut omnes qui procul remoti fuerunt uel qui p⟨ostea fu⟩turi sunt, scirent, quatenus uirtutem ac maiestatem suam in ex⟨tinguen⟩dis delendisque nominis sui hostibus deus summus ostenderit. ab re ta⟨men non⟩ est, si a principio, ex quo est ecclesia constituta, qui fuerint persecutores ⟨eius⟩ et quibus poenis in eos caelestis iudicis seueritas uindicauerit, exponam.

2. Extremis temporibus Tiberii Caesaris, ut scriptum legi- 1 mus, dominus noster Iesus Christus a Iudaeis cruciatus est post diem decimum Kalendas Apriles duobus Geminis consu-

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 9—p. 174, 1| Lact. Inst. IV 10, 18.

1 uid⟨elicet⟩ *Buenemann (4 f. spatia in C sunt explenda),* indice *anonymus p. 34,* ultione *Cellarius;* digno iudicio *Le Nourry* indicem — impiis| mortem digna ultione superbis et impiis *Bal* 2 eorū tes tificari *ed. Oxon. 1680 (in Emendat. p. 108); in C 8 f. spatia explenda sunt:* . . . . . . testificari *Bal, uaria ap. Bauldrium et Heumannum; ad* quo *Bentleius* quorum *ascr.* 3 remoti *ed. Oxon. 1680, item Bentleius.* moti *C;* amoti *Lenglet* p⟨ostea fu⟩turi *Allix; in C de litt.* p *prior hasta et particula alterius superest, fuerat fort.* pᷤ, *ut alias in C; 8 f. spatia explenda sunt;* p . . . . turi *Bal,* post nos futuri *Cuperus,* posthac futuri *Is. Vossius,* procul ituri *ed. Oxon. 1680 p. 2,* persecutui *idem in Emendat. p. 108, alia ap. Bauldrium* 4 ex⟨tinguen⟩dis *Bauldri conl. c. 46, 2 (in C de litt. x haec hasta* ⅰ *apparet; 5 f. spatia explenda sunt, fuerat fort.* tīguē*);* . . . . . . dis *Bal,* excindendis *Colomesius conl. c. 2, 6, alia ap. Bauldrium* 5 ostenderit *Bauldri,* ostenderet *C* Ab re tar *C e lectione Omontii, 2—3 spatia explenda sunt, unde* tam̄ n̄ *Brandt scr.* (tamen *iam Buenemann),* . . . . est *Bal.* Vinc ta *Le Nourry in Specim.; quo errore falsae coniecturae posteriorum effectae sunt* 6 quo *Bal,* qu *(post una litt. euanuit) C* 7 persecutores *Le Nourry. in C* pſecutoreſ *fuerat, sed litt.* pſ *paene totae et* o *tota foraminibus interierunt,* auctores *legerat Bal: post* persecutores *2 spatia explenda sunt,* ⟨ei⟩ *anonymus p. 35, lacunam 9 punctis significauit Bal, unde falsae coniecturae ortae sunt* ponis *C* (e *supra*) 8 *post* exponam *in C reliqua pars uersus uacua, extrema particula cum margine abscissa est* 11 post diem Xᵐ kl̄. aplr. *(sic) C;* Kalendas Apriles *Brandt (*Kalendarum Aprilis *Bal,* Kalendarum Aprilium *Tollius), cui*

2 libus. cum resurrexisset die tertio, congregauit discipulos,
quos metus comprehensionis eius in fugam uerterat, et diebus
XL cum his commoratus aperuit corda eorum et scripturas
interpretatus est, quae usque ad id tempus obscurae atque
inuolutae fuerant, ordinauitque eos et instruxit ad praedicatio-
nem dogmatis ac doctrinae suae disponens testamenti noui
3 sollemnem disciplinam. quo officio repleto circumuoluit eum
procella nubis et subtractum oculis hominum rapuit in cae-
4 lum. et inde discipuli, qui tunc erant undecim, adsumptis
f. 16 in locum Iudae proditoris Mathia <et> Paulo dispersi sunt
per omnem terram ad euangelium praedicandum, sicut illis
magister dominus imperauerat, et per annos XXV usque ad
principium Neroniani imperii per omnes prouincias et ciuitates
5 ecclesiae fundamenta miserunt. cumque iam Nero imperaret,
Petrus Romam aduenit et editis quibusdam miraculis, quae
uirtute ipsius dei data sibi ab eo potestate faciebat, conuertit
multos ad iustitiam deoque templum fidele ac stabile conlo-
6 cauit. qua re ad Neronem delata cum animaduerteret non

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 1—5] Lact. Inst. IV 20, 1. Epit. 42, 1. 5—9] Lact. Inst. IV 21, 1. Epit. 42, 3. 10 s. 15] Lact. Inst. IV 21, 2.

etiam pro post *scribendum uid.* ante *cum Lact. Inst. IV 10, 18 (ubi* Kalendas Apriles *pro genetiuo ponendum)*

1 ressurrexisset *C* 2 cōp̄hensionis *C* fug *(post euanuit* ã) *C* 5 inuolute. *litt.* uo *foramine partim interierunt. C* fuerant *Boherellus,* fuer̃ *C* 7 sollēnē *C* Quo *in C leuiter euanidum uel detritum,* Dein *non recte anonymus p. 36* circumuoluit *Bal.* cũuoluit *(ante* c *2 uel 3 litt. euanuerunt) C* 8 nub̃. *C;* nube *GLaubmann;* procella nubis] protenus *(sic)* nubes *Bentleius* ocl̃is *C, sic saepius* in caelum *Bal.* celum. *sed* c *minus certum, ante* c *1 uel 2 litt. euanuerunt, C* 9 undecim *Bal.* unde, *post 2 litt. euanuerunt (*undecī*). C* assumptis *Bal,* adsũptũ *C* 10 *uerba* proditoris mathiã *(sic,* Matthia *Bal) in C infra postremum paginae uersum addita sunt,* et *add. Bal* 11 euugl̃iu *(sic, sed extremae litt. parum certae) C* 12 in nomine magistri dei *codd. Lact. Inst. IV 21, 2, ubi* domini *scribendum (cf. Addenda I p. CXIV)* 14 posuerunt *anonymus p. 37 conl. Lact. Inst. IV 21, 2* imperaret *Bal,* imperat*** *(*pet *er.) C* 17 collocauit *C*

modo Romae, sed ubique cotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum et ad religionem nouam damnatā uetustā transire, ut erat execrabilis ac nocens tyrannus, prosiliuit ad excidendum caeleste templum delendamque iustitiam et primus omnium persecutus dei seruos Petrum cruci adfixit. Paulum interfecit. nec tamen habuit inpune. respexit enim deus uexationem populi sui. deiectus itaque fastigio imperii ac deuolutus a summo tyrannus impotens nusquam repente comparuit, ut ne sepulturae quidem locus in terra tam malae bestiae appareret. unde illum quidam deliri credunt esse translatum ac uiuum reseruatum, Sibylla dicente matricidam profugum a finibus ⟨terrae⟩ esse uenturum, ut quia primus persecutus est, idem etiam nouissimus persequatur et antichristi praecedat aduentum — ⟨quod n⟩efas est credere —, sicut duos prophetas uiuos esse translatos in ultima ⟨tempora⟩ ante imperium Christi sanctum ac sempiternum, cum descendere coeperit. ⟨quidam sanctor⟩um pronuntient:

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 11| Orac. Sibyll. VIII 70 s. V 363.

2 uetusta** *(te er.) C,* uetustate *Bal* 5 persecutos *C, corr. Bal* 6 et Paulum *Bal, sed in C ante* paulū *est* ∻ *distinctio* ⟨gladio⟩ interfecit *Bauldri* habuit *s. l. C* 9 cōparuit *C* 10 deleri *C* 12 terrae *add. Tollius, cf. Or. Sibyll. VIII 70 s.* ὅτ' ἂν γ' ἐπανέλθῃ Ἐκ περάτων γαίης ὁ φυγὰς μητροκτόνος ἀνήρ. *V 363 s.* ἥξει δ' ἐκ περάτων γαίης μητροκτόνος ἀνήρ. 14 *in C initia uersuum 19—25 (= p. 175, 14. 16. 17. 176, 1. 3. 4. 5) cum margine abscissa* ⟨quod n⟩efas *ed. Oxon. 1680 (in C 3—4 spatia explenda sunt, fuit* qđ nefas*),* . . nefas *Bal, uaria ap. Bauldrium* 15 duas *C, corr. Bal* 16 ⟨tēpora⟩ ante *(in C etiam prior pars litterae* a *in* ante *interiit, 8 f. spatia explenda sunt)* imperium *Brandt,* initium *C (quod proximo* coeperit *natum uidetur); cf. Lact. Inst. VII 24, 5* mille annis caelestis imperii. *de ira 23, 11* caelestis imperii maiestatem. *Inst. VII 26, 1* in principio regni sancti; . . . initium *Bal,* ⟨saecula praecursuros⟩ initium *ed. Oxon. 1680,* iudicium *Vonck, Specim. critic. (1744) p. 73, item Fritzsche, alia nimis libere Cuperus et Columbus; Alexandre, edit. Orac. Sibyll. I (in Curis poster.) p. 176 non recte huc trahit Or. Sib. III 783 (784 Rz.); cf. etiam ad u. 17* 17 ceperit *C, sic plerumque* ⟨q[i]dā sc̄or⟩ū *Brandt (utraque breuiatio usitata in C) uel fortasse* q[i]dā n̄rorū *(ut Lact. Inst. V 2, 9* si qui nostrorum*), in C*

eodem modo etiam Neronem uenturum putant, <ut praecu>rsor diaboli ac praeuius sit uenientis ad uastationem terrae et huma<ni ge>neris euersionem.

1 3. <P>ost hunc interiectis aliquot annis alter non minor tyrannus <Domitianus> ortus est. <qui> cum exerceret inuisam

7—8 spatia explenda sunt; lacunam 12 punctis indicauit et pronuntiant *scrips. Bal (quem sequuntur edd. puncto inter* credere *et* sicut *15 posito),* pronuncient *C (quo seruato locum distinxit Brandt): itaque editorum ad lacunam explendam coniecturae (uelut* sanctis suis comitatus *ed. Oxon. 1680,* praecessuros *Vonck, alia ap. Bauldrium et Heumannum) a probabilitate aberrarunt;* quod Sibyllae futurum praenuntiant *Lenglet, item Duebner (sed cf. Lact. Epit. 40, 5* quod futurum . . . Salomon . . pronuntiauerat), redituros Sibyllae pronuntiant *Fritzsche. sed haec non solum spatium lacunae excedunt, sed ne de Sibyllis quidem hic cogitari potest neque* duo prophetae *Elias ac Moyses sunt (sic Lenglet et Fritzsche): nam Orac. Sibyll. II 187 de Eliae quidem reditu dicitur, sed II 245 ss. praeter Moysen et Eliam septem patriarchae et prophetae atque etiam ii* οὓς ἔκτειναν Ἑβραῖοι *inducuntur, et hi non ut ante iudicium extremum. sed ad ipsum illud uenturi: immo cum Columbo Cupero Tollio Enoch et Elias (Mal. 4, 5. Matth. 11, 14. 17, 11) intellegendi sunt, quamquam in S. Scriptura (Gen. 5. 24. Ecclesiastic. 44, 16. 49, 16. Hebr. 11, 5) de Enochi translatione tantum, non de futuro eius reditu dictum est, sed cf. Tertull. d. anima 50* translatus est Enoch et Helias nec mors eorum reperta est, dilata scilicet. ceterum morituri reseruantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant; *Augustin. de Genesi ad litt. IX 11* Enoch et Elias . . . creduntur etiam redituri ad hanc uitam et, quod tamdiu dilatum est, morituri, *c. Iulian. VI 30* translati sunt Enoch et Elias . . . qui sane creduntur ad exiguum temporis redituri in has terras, ut etiam ipsi cum morte confligant. *uerbis* quidam sanctorum *quae recepimus, scriptores sacri (Malachia, Matthaeus; cf. etiam Apocal. 11) et Christiani (uelut Tertullianus; alios adfert Bousset, Der Antichrist, 1895, p. 134 ss.) conprehenduntur*

1 <ut p̄cu>rsor *Allix, 6 f. spatia explenda sunt,* . . . . . . cursor *Bal,* qui praecursor *Le Nourry, alia ap. Bauldrium* 3 huma<ni ge>neris *Bal (in C 3 f. spatia explenda sunt, etiam particula litterae* e *in* ge *superest)* *post* euersionem *in C maior pars uersus uacua relicta est* 4 <P>ost *Bal (in C 2 spatia explenda sunt, fuit* P *in initio noui capitis)* hunc <in>t̃iectis *Bal (in C litt.* c *et in foramine interierunt, altera tamen hasta litterae* n *in* in *superest)* aliquod *C, corr. Bal* 5 Domitianus *Burnetum secutus add. Brandt (cf. p. 173, 7:* Nero *c. 2, 5 s.* Decius *c. 4, 1.* Valerianus *c. 5, 1.* Aurelianus *c. 6, 1)* <qui> *Bal*

dominationem, subiectorum tamen ceruicibus incubauit quam diutissime tutusque regnauit, donec impias manus aduersus dominum tenderet. postquam uero ad persequendum iustum 2
populum instinctu daemonum incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum luit poenas. nec satis ad ultionem fuit quod est interfectus domi: etiam memoria nominis eius erasa est. nam cum multa mirabilia opera fabricasset, cum Capi- 3
tolium aliaque nobilia monumenta fecisset, senatus ita nomen eius persecutus est, ut neque imaginum neque titulorum eius relinqueret ulla uestigia, grauissime decretis etiam mortuo notam inureret ad ignominiam sempiternam. rescissis igitur 4
actis tyranni non modo in statum pristinum ecclesia restituta est, sed etiam multo clarius ac floridius enituit, secutisque temporibus, quibus multi ac boni principes Romani imperii clauum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus passa manus suas in orientem occidentemque porrexit, ut iam 5
nullus esset terrarum angulus tam remotus quo non religio dei penetrasset, nulla denique [dei] natio tam feris moribus uiuens, ut non suscepto dei cultu ad iustitiae opera mitesceret. sed enim postea longa pax rupta est.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 16 manus — porrexit] Lact. Inst. VII 15, 15. Epit. 46, 5   16 ss.] Lact. Inst. IV 26, 35.

(in C 2 spatia explenda sunt. prius hasta litterae P *capitalis ex priore uersu decurrente occupatum fuit. in altero* q *fuit, litterae* q *inferior pars superest)* 6 domi] Domitianus *Susius, Animadu. ad auct. uet. specim. III ed. Gurlitt, progr. Hamburg. 1806 p. 12;* domi: etiam] Domitianus *de Wal, Mnemosyne X (1861) p. 201;* domi ⟨suae⟩ *Brandt (cf. c. 14, 2 et Sueton. Domit. 16* in cubiculum se recepit atque ibi occisus est*)*   eius] *in C fuit* ei', *litt.* e *foramine interiit*   erasa (r *sup.*) *(sic) C* 7 *in C fuit* capitoliū, *pars litt.* o, *litterae* li, *prior hasta litt.* u *foramine interierunt*   8 monumenta, *sed ex* u *ras.* i *factum. C*   10 relinqueret *Bal,* relinquerent *C; an* relinquerentur *scribendum?*   grauissimis *Bal*   11 reci*sis *(s er.) C, corr. Bal*   13 e*nituit *(n er.) C* 16 *post* passa *litt. er. C*   oriente occidenteq. *C, corr. Bal; cf. Lact. Inst. VII 15, 15. Epit. 46, 5 et Proleg. adn. 6*   17 quo *Bal,* co *C* 18 dī *C, del. Bal*   ferib;, *ras. partim corr. C*   19 cultum *C, corr. Bal*   aiusticiae (d *sup.*) *C*   20 long*a *(u er.) C*

1 4. Extitit enim post annos plurimos execrabile animal
Decius, qui uexaret ecclesiam: quis enim iustitiam nisi malus
2 persequatur? et quasi huius rei gratia prouectus esset ad
illud principale fastigium, furere protinus contra deum coepit,
3 ut protinus caderet. nam profectus aduersum Carpos, qui
tum Daciam Moesiamque occupauerant, statimque circumuentus
a barbaris et cum magna exercitus parte deletus ne sepultura
quidem potuit honorari, sed exutus ac nudus, ut hostem dei
oportebat, pabulum feris ac uolucribus iacuit.

1 5. Non multo post Valerianus quoque non dissimili furore
correptus impias manus in deum intentauit et multum quamuis
breui tempore iusti sanguinis fudit. at illum deus nouo ac
singulari poenae genere adfecit, ut esset posteris documentum
aduersarios dei semper dignam scelere suo recipere mercedem.
2 hic captus a Persis non modo imperium, quo fuerat insolenter
usus, sed etiam libertatem, quam ceteris ademerat, perdidit
3 uixitque in seruitute turpissime. nam rex Persarum Sapor,
is qui eum ceperat, si quando libuerat aut uehiculum ascen-
dere aut equum, inclinare sibi Romanum iubebat ac terga
praebere et imposito pede super dorsum eius illud esse uerum
dicebat exprobrans ei cum risu, non quod in tabulis aut parie-
4 tibus Romani pingerent. ita ille dignissime triumphatus ali-
quamdiu uixit, ut diu barbaris Romanum nomen ludibrio ac

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES c. 4] Orat. Constantini ad sanct. coet. 24, 1. c. 5] ibid. 24, 2.

1 execrabile *ex* execrabilis *part. ras. corr. C* 5 ut *s. l. C* 6 datiam *C* 7 babaris, *s. l. corr. C* ne *Graeuius, item Bentleius,* nec *C* 8 quidam *C, corr. Bal* onorari *C* 10 dissimil* *(sic) C, corr. Bal* 11 deum *Bal,* dō *C; cf. Proleg. adn. 6* 12 noua *C, corr. Bal* 13 poenae *Bal,* ꝑ pene *C;* prope poenae *anonymus p. 39, item Bentleius,* prorsus poenae *Heumann; cf. Cic. Verr. IV 41, 88* nouum et singulare supplicii genus excogitauit 15 quod *C, corr. Bal* 17 sapor is *C, retinuimus cum Lengletio et Duebnero (cf.* Sapor *Trebell. Poll., Valer. 4, 4);* Sapores *Bal* 18 libuerat *Columbus (cf. c. 21, 5. 38, 5),* libuerit *C* ueiculum *C* 19 romana, *s. l. corr., C* 20 imposita *C, corr. Bal* super *Bal,* supra *C* 21 dicebat ⟨triumphi genus⟩ *Lenglet*

derisui esset. etiam hoc ei accessit ad poenam, quod cum 5
filium haberet imperatorem, captiuitatis suae tamen ac serui-
tutis extremae non inuenit ultorem nec omnino repetitus est.
postea uero quam pudendam uitam in illo dedecore finiuit. 6
derepta est ei cutis et exuta uisceribus pellis infecta rubro
colore, ut in templo barbarorum deorum ad memoriam claris-
simi triumphi poneretur legatisque nostris semper esset osten-
tui, ne nimium Romani uiribus suis fiderent, cum exuuias c. 26
capti principis apud deos suos cernerent. cum igitur tales 7
poenas de sacrilegis deus exegerit, nonne mirabile est ausum
esse quemquam postea non modo facere, sed etiam cogitare
aduersus maiestatem singularis dei regentis et continentis
uniuersa?

6. Aurelianus, qui esset natura uesanus et praeceps, quam- 1
uis captiuitatem Valeriani meminisset, tamen oblitus sceleris
eius et poenae iram dei crudelibus factis lacessiuit. uerum
illi ne perficere quidem quae cogitauerat licuit, sed protinus
inter initia sui furoris extinctus est. nondum ad prouincias 2
ulteriores cruenta eius scripta peruenerant, et iam Caenofrurio,
qui locus est Thraciae, cruentus ipse humi iacebat falsa qua-
dam suspicione ab amicis suis interemptus. talibus et tot 3
exemplis coerceri posteriores tyrannos oportebat: at hi non
modo territi non sunt, sed audacius etiam contra deum con-
fidentiusque fecerunt.

7. Diocletianus, qui scelerum inuentor et malorum machi- 1
nator fuit, cum disperderet omnia, ne a deo quidem manus

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES c. 6] ibid. 24, 3.

2 haberet *Bal.* abeb̄& *C* captiuitati *C, corr. Bal* 3 extreụ&mẹ *C* 5 derepta *Nic. Heinsius,* direpta *C* est infecta *Lenglet. sed uirgula quam dicit esse in C.* ⁓ *distinctio est* 6 clarissimi *Bal.* karissimi *C* 7 ostentui, i *ras. ex* s, *C* 9 principes *C, corr. Bal* aput *C* 10 exigerit *C* 14 naesanus *C* praecebs *C* 19 Caenofrurio *Columbus,* coeno frurio *C;* <in> Caenofrurio *Heumann* 20 trạciae *C* 21 suspitione *C* 22 coheıceri *C* 25 Dio clecianus *C, sic paene constanter* 26 ne *Lenglet, item Bentleius,* nec *C*

2 potuit abstinere. hic orbem terrae simul et auaritia et timi-
ditate subuertit. tres enim participes regni sui fecit in quat-
tuor partes orbe diuiso et multiplicatis exercitibus. cum sin-
guli eorum longe maiorem numerum militum habere conten-
derent. quam priores principes habuerant. cum soli rem pu-
3 blicam gererent. adeo maior esse coeperat numerus accipien-
tium quam dantium. ut enormitate indictionum consumptis
uiribus colonorum desererentur agri et culturae uerterentur
4 in siluam. et ut omnia terrore conplerentur, prouinciae quo-
que in frusta concisae: multi praesides et plura officia sin-
gulis regionibus ac paene iam ciuitatibus incubare, item ratio-
nales multi et magistri et uicarii praefectorum, quibus omnibus
ciuiles actus admodum rari, sed condemnationes tantum et
proscriptiones frequentes, exactiones rerum innumerabilium non
dicam crebrae, sed perpetuae, et in exactionibus iniuriae non
5 ferendae. haec quoque tolerari ⟨non⟩ possunt quae ad exhi-
bendos milites spectant. idem insatiabili auaritia thesauros
numquam minui uolebat, sed semper extraordinarias opes ac
largitiones congerebat, ut ea quae recondebat, integra atque
6 inuiolata seruaret. idem cum uariis iniquitatibus inmensam
faceret caritatem. legem pretiis rerum uenalium statuere co-
7 natus est. tunc ob exigua et uilia multus sanguis effusus.
nec uenale quicquam metu apparebat et caritas multo deterius
exarsit. donec lex necessitate ipsa post multorum exitium

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 17—20 insatiabili auaritia—minui—congerebat—integra] Lact. Epit. 56, 1 s. 3. 5.

2 quatuor *C* 4 cōtendeřent *(sic) C* 6 maiores ee̅ ceperant *C, corr. Bal* 7 inhormitate *C, corr. Bal* 9 cōplerentur *C* 10 frust*a *(r er.) C* 11 etiam *Halm* 13 ciuilis *C, corr. Bal* condēpnationes *C post* et *hoc* cōde *(redierat librarius ad* condēpn.*) C* 14 frequentes *Bal,* frequenter *C* 16 Hec quoque *C;* ⟨non⟩ *add. Brandt (ad* quoque—non *cf. Indic. uerb. s.* quoque; *noluit* ⟨ne⟩ haec quoque*);* haec quoque *cum C Bal (quod non recte cum Miegio defendere temptat Buenemann),* haud quoque *Allix,* nec quoque *Bauldri;* haec quoque qui t. p. — spectant? *Duebner* 17 expectant *C, corr. Bal* 20 idem *Bal,* item *C* inmensa *C, corr. Bal* 23 metu] tum *Heumann*

soluerctur. huc accedebat infinita | quaedam cupiditas aedi- 8 f. 3a
ficandi, non minor prouinciarum exactio in exhibendis operariis
et artificibus et plaustris omnibus<que> quaecumque sint fabri-
candis operibus necessaria. hic basilicae, hic circus, hic mo- 9
neta, hic armorum fabrica, hic uxori domus, hic filiae. repente
magna pars ciuitatis exciditur. migrabant omnes cum coniu-
gibus ac liberis quasi urbe ab hostibus capta. et cum per- 10
fecta haec fuerant cum interitu prouinciarum, 'non recte facta
sunt' aiebat, 'alio modo fiant'. rursus dirui ac mutari necesse
erat iterum fortasse casura. ita semper dementabat Nicome-
diam studens urbi Romae coaequare. iam illud praetereo, 11
quam multi perierint possessionum aut opum gratia. hoc enim
usitatum et fere licitum consuetudine malorum. sed in hoc 12
illud fuit praecipuum, quod ubicumque cultiorem agrum uide-
rat aut ornatius aedificium, iam parata domino calumnia et
poena capitalis, quasi non posset rapere aliena sine sanguine.
8. Quid frater eius Maximianus, qui est dictus Herculius? 1
non dissimilis ab eo: nec enim possent in amicitiam tam fide-
lem cohaerere, nisi esset in utroque mens una, eadem cogi-
tatio, par uoluntas, aequa sententia. hoc solum differebant, 2
quod auaritia maior in altero fuit, sed plus timiditatis, in
altero uero minor auaritia, sed plus animi, non ad bene faci-

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 19 s.] Lact. Inst. IV 29, 4. 13.

3 omnibus<que> *Graeuius, item Bentleius,* <et> omnibus *Heumann* sunt *uel* essent *Halm* 4. 5 *sexies* hinc *Gale, etiam Bentleius ad hos uers.* pro Hic lege hinc *ascrips.* ircus (s *ex* r) *sic C* 6 exciditur *(uel* magna parte ciuitatis exceditur*) Allix,* exceditur *C;* excedit urbe *Ant. de Rooy, Spicileg. critic. (Dordraci 1771) p. 34* 9 agebat *C, corr. Bal* 10 dementaba*t *(n er.) C* 11 quo equare *C, corr. Bal* 16 posset *Bal,* possit *C* raepere *C* 17 qui est *Bal,* quē *C* irculius *C* 18 in amicitiam tam fidelem *anonymus p. 41, item Halm, Sitzungsber. d. Wiener Akad. uol. L (1865) p. 164,* in amiticia *(sic)* tam fidele *C;* in amicitia tam fideli *Bal; cf. Proleg. adn. 6* 19 quo herere *C* mensura (n *supra*) *C* 21. 22 quod auaritia—animi *Graeuius (ap. Bauldrium, cf. etiam eius epist. ad Nic. Heinsium in Burmanni Sylloge Epistol. IV*

3 endum, sed ad male. nam cum ipsam imperii sedem teneret
Italiam subiacerentque opulentissimae prouinciae, uel Africa
uel Hispania, non erat in custodiendis opibus tam diligens.
4 quarum illi copia suppetebat. et cum opus esset, non deerant
locupletissimi senatores qui subornatis indiciis affectasse im-
perium dicerentur. ita ut effoderentur assidue lumina senatus.
5 cruentissimus fiscus male partis opibus affluebat. iam libido
in homine pestifero non modo ad corrumpendos mares, quod
est odiosum ac detestabile, uerum etiam ad uiolandas primo-
rum filias. nam quacumque iter fecerat, auulsae a complexu
6 parentum uirgines statim praesto. his rebus beatum se iudi-
cabat, his constare felicitatem imperii sui putabat, si libidini
7 et cupiditati malae nihil denegaret. Constantium praetereo.
quoniam dissimilis ceterorum fuit dignusque qui solus orbem
teneret.
1 9. Alter uero Maximianus, quem sibi generum Diocletianus
asciuerat, non his duobus tantum quos tempora nostra sense-
2 runt, sed omnibus qui fuerunt malis peior. inerat huic bestiae
naturalis barbaries, efferitas a Romano sanguine aliena: non

691; cf. c. 7, 2 hic—subuertit *et c. 29, 5* thesauros—large *et Lact. Inst. III 7, 4* in illa priore parte ut periculi minus—ita minus difficultatis*);* quod auaritia minori altero fuit plus maiori uero minus set plus timiditatis plus uero animi *C; quae Bal descripsit 'haec sane corrupta ac deprauata sunt' addens,* quod auaritiae in altero fuit plus, sed plus timiditatis, in altero minus, plus uero animi *Bauldri,* auaritia minor in altero fuit, in altero maior; in hoc minus audaciae et plus timiditatis, in illo plus uero animi *Fritzsche. alia parum probabilia ed. Oxon. 1680 p. 16. 108, Columbus, Arntzenius, Panegyr. ueter. I p. 48, uarii ap. Bauldrium et Buenemannum, Heumann, Duebner*

1 ipsam *Bal,* ipsa *C* 2 Italiam *Bal,* italia *C* affrica *C* 3 ispania *C* 4 sub petebat *C* at *Heumann,* sed *Halm* 7 *an* afluebat*?* 8 pestiphero *C,* pestifera *Heinsius* mares *Burnetus,* mores *C* 9 otiosum *C, corr. Bal* uolandas *C, corr. Bal* 10 quecumque *C, corr. Bal* 'complexu *post Sallust. Catil. 50. Vulpius in Cat. LXI. 21.' in marg. exemplaris Bentleiani (sed non manu Bentlei) ascriptum* (diuelli liberos a parentum complexu *Sallust Cat. 51, 9; cf. Catull. 62, 21),* conspectu *C* 19 barbarięs *C* et feritas *ed. Oxon. 1680 (in Emendat. p. 108)*

mirum. cum mater eius Transdanuuiana infestantibus Carpis
in Daciam nouam transiecto amne confugerat. erat etiam 3
corpus moribus congruens. status celsus, caro ingens et in
horrendam magnitudinem diffusa et inflata. denique et uerbis 4
et actibus et aspectu terrori omnibus ac formidini fuit. socer f. 3b
quoque eum metuebat acerrime: cuius timoris haec fuit causa.
Narseus rex Persarum concitatus domesticis exemplis aui sui 5
Saporis ad occupandum Orientem cum magnis copiis inhiabat.
tunc Diocletianus, ut erat in omni tumultu meticulosus ani- 6
mique deiectus, simul et exemplum Valeriani timens, non
ausus est obuiam tendere, sed hunc per Armeniam misit ipse
in Oriente subsistens et aucupans exitus rerum. ille insidiis 7
usus barbaros, quibus mos est cum omnibus suis ad bellum
pergere, multitudine impeditos et sarcinis occupatos non diffi-
ciliter oppressit fugatoque Narseo rege reuersus cum praeda
et manubiis ingentibus sibi attulit superbiam, Diocletiano
timorem. in tantos namque fastus post hanc uictoriam ele- 8
uatus est, ut iam detrectaret Caesaris nomen. quod cum in
litteris ad se datis audisset, truci uultu ac uoce terribili ex-
clamabat ‘quousque Caesar?’ exinde insolentissime agere coe- 9
pit, ut ex Marte se procreatum et uideri et dici uellet tam-
quam alterum Romulum maluitque Romulam matrem stupro
infamare, ut ipse diis oriundus uideretur. sed differo de factis 10
eius dicere, ne confundam tempora. postea enim quam nomen
imperatoris accepit, exuto socero, tum demum furere coepit
et contemnere omnia. Diocles — <sic> enim ante imperium 11

1 cū *C, noluimus* quoniam 2 noua *C, corr. Bal* tras jecto *C* amne Danubio *ed. Oxon. 1680 (in Emendat. p. 108)* confugerit *Tollius, sed cf.* poterat *c. 17, 2 (*uidebat *18, 5.)* 3 status *Columbus*, statu *C* 5 for[di]mini *C* 8 iniabat *C* 10 deiectus *Columbus*, disiectus *C* 13 usus *Tollius*, suis *C* 14 imperitos *C, corr. Bal* sartinos *C, corr. Bal* dificiliter *C* 15 obpraessit *C* 17 elatus *Heumann; ad* eleuatus *Buenemann confert Arnob. II 19* typho et adrogantia subleuati 18 detractaret *Bal in textu,* detrectaret *(sic C) in notis; cf. c. 10, 4. 38, 2* 19 literis *C* datus *C, corr. Bal* uidisset *Heumann* 26 contempnere *C* sic *add. Graeuius,* ita *Cuperus*

uocabatur — cum rem publicam talibus consiliis et talibus
sociis euerteret, cum pro sceleribus suis nihil non mereretur.
tamdiu tamen summa felicitate regnauit, quamdiu manus suas
12 iustorum sanguine non inquinaret. quam uero causam per-
sequendi habuerit exponam.
1 10. Cum ageret in partibus Orientis, ut erat pro timore
scrutator rerum futurarum, immolabat pecudes et in iecoribus
2 earum uentura quaerebat. tum quidam ministrorum scientes
dominum cum adsisterent immolanti, imposuerunt frontibus
suis inmortale signum: quo facto fugatis daemonibus sacra
turbata sunt. trepidabant aruspices nec solitas in extis notas
3 uidebant et quasi non litassent, saepius immolabant. uerum
identidem mactatae hostiae nihil ostendebant, donec magister
ille aruspicum Tagis seu suspicione seu uisu ait idcirco non
respondere sacra, quod rebus diuinis profani homines inter-
4 essent. tunc ira furens sacrificare non eos tantum qui sacris
ministrabant, sed uniuersos qui erant in palatio iussit et in
eos, si detrectassent, uerberibus animaduerti. datisque ad prae-
positos litteris, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia prae-
5 cepit, ut qui non paruissent, militia soluerentur. hactenus
furor eius et ira processit nec amplius quicquam contra legem
f. 4a 6 aut | religionem dei fecit. deinde interiecto aliquanto tempore
in Bithyniam uenit hiematum eodemque tum Maximianus quo-

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES c. 10, 2 ss. | Lact. Inst. IV 27, 3 ss.; cf. Brandt, *Entstehungsverhältnisse* p. 117 et *Jahrb. f. class. Philol.* 1893 p. 129; Belser, *Theol. Quartalschr.* 1892 p. 277; Crivellucci, *Studi storici* 1893 p. 45.

6 pro] prae *Tollius, idem Bentleius ascrips.* 8 earum *C, quod propter errorem Baluzii aliorumque* eorum *scribentium monendum est* quidam (a *ex* e) *C* 12 spiu (e, s superscr.) *C* 13 identidẽ (dẽ *ex* b:) *C* 14 Tages *Cuperus* suspitione *C* 15 qđ (q *ex* d) *C* 16 furens *Bal,* furoris *C;* furiosus *alter anonymus p. 70* 18 si] qui *anonymus p. 42* detrectassent *ed. Oxon. 1680,* detractassent *C; cf. c. 9, 8* 19 literis *C* 20 ut *Bal,* et *C, quod placet Halmio p. 162* ac tenus *C* 22 interiecto *Bal,* interdicto *C* 23 bethaniam *C. corr. Bal* himatu *C. corr. Bal*

que Caesar inflammatus scelere aduenit, ut ad persequendos
Christianos instigaret senem uanum, qui iam principium fece-
rat. cuius furoris hanc causam fuisse cognoui.
11. Erat mater eius deorum montium cultrix. quae cum 1
esset mulier admodum superstitiosa, dapibus sacrificabat paene
cotidie ac uicanis suis epulas exhibebat. Christiani abstinebant,
et illa cum gentibus epulante ieiuniis hi et orationibus insi-
stebant. hinc concepit odium aduersus eos ac filium suum 2
non minus superstitiosum querelis muliebribus ad tollendos
homines incitauit. ergo habito inter se per totam hiemem 3
consilio cum nemo admitteretur et omnes de summo statu rei
publicae tractari arbitrarentur, diu senex furori eius repugnauit
ostendens quam perniciosum esset inquietari orbem terrae,
fundi sanguinem multorum; illos libenter mori solere: satis
esse si palatinos tantum ac milites ab ea religione prohiberet.
nec tamen deflectere potuit praecipitis hominis insaniam. pla- 4
cuit ergo amicorum sententiam experiri. nam erat huius ma- 5
litiae: cum bonum quid facere decreuisset, sine consilio facie-
bat, ut ipse laudaretur, cum autem malum, quoniam id repre-
hendendum sciebat, in consilium multos aduocabat, ut aliorum
culpae adscriberetur quicquid ipse deliquerat. admissi ergo 6
iudices pauci et pauci militares, ut dignitate antecedebant,
interrogabantur. quidam proprio aduersus Christianos odio
inimicos deorum et hostes religionum publicarum tollendos

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 23 proprio—odio; 186, 2 uel timentes—uolentes] Lact. Inst. V 11, 10.

2 quia *Fritzsche* 4 deae *Graeuius* gentium *Bentleius* quae—superstitiosa *Graeuius,* mulier admodum supersticiosa. Quae cum esset *C; ad* quae cum esset *Tollius 'excidit nomen urbis, forte an ea* Nicomedia *fuerit'* 5 poene *C* 6 uicanis *Tollius,* uicariis *C* epulas *ed. Oxon. 1680, item Bentleius,* epulis *C; aliae de hoc loco coniecturae ap. Bauldrium* 11 statu* *C* 12 p^{u}blice *ex* plice *C* 15 esset *C, corr. Bal* 17 nam *Bal,* nō *C* 21 asscriberetur *C* 23 proprio aduersus Christianos odio *Bal (cf. Lact. Inst. V 11, 10* suo proprio aduersus iustos odio *et Proleg. adn. 6),* proprium aduersus Christianos odium *C, ad quod Halmio fort.* gerentes *supplendum uid.*

esse censuerunt. et qui aliter sentiebant, intellecta hominis
uoluntate uel timentes uel gratificari uolentes in eandem sen-
7 tentiam congruerunt. nec sic quidem flexus est imperator, ut
accommodaret assensum, sed deos potissimum consulere sta-
tuit misitque aruspicem ad Apollinem Milesium. respondit
8 ille ut diuinae religionis inimicus. traductus est itaque a
proposito et quoniam nec amicis nec Caesari nec Apollini po-
terat reluctari, hanc moderationem tenere conatus est, ut eam
rem sine sanguine transigi iuberet, cum Caesar uiuos cremari
uellet qui sacrificio repugnassent.
1 12. Inquiritur peragendae rei dies aptus et felix ac potis-
simum Terminalia deliguntur, quae sunt a. d. septimum Ka-
lendas Martias, ut quasi terminus imponeretur huic religioni.

ille dies primus leti primusque malorum
causa fuit:

2 quae et ipsis et orbi terrarum acciderunt. qui dies cum illu-
xisset agentibus consulatum senibus ambobus octauum et
septimum, repente adhuc dubia luce ad ecclesiam praefectus
cum ducibus et tribunis et rationalibus uenit et reuulsis fori-
bus simulacrum dei quaeritur: scripturae repertae incenduntur,
3 datur omnibus praeda, rapitur, trepidatur, discurritur. ipsi
f. 4b uero in speculis — in alto | enim constituta ecclesia ex palatio
uidebatur — diu inter se concertabant, utrum ignem potius
4 supponi oporteret. uicit sententia Diocletianus cauens, ne
magno incendio facto pars aliqua ciuitatis arderet. nam multae
5 ac magnae domus ab omni parte cingebant. ueniebant igitur

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 14 s.] Vergil. Aen. IV 169 s.

1 qui aliter *Bal (in Erratis, post Indicem)*, qualiter *C* 3 ne *Columbus, item Bentleius* 5 respondt *C (item c. 18, 5)* 10 sacrificio *Bal*, sacrificium *C*; sacrificium repudiassent *GLaubmann* 12 deleguntur *C* a. d. *Cuperus*, ad *C*; *ad quod Bentleius* ante diem *ascrips.* kł mr̄s. *C* 13 īponeretur *C* 14 loeti *C* 18 praefectus *Cuperus, item Bentleius*, profectus *C* 21 ipsi *Bal*, ipsis *C* 22 constituta* *(c uel e er.) C* 24 subponi *C* sentenciam *C, corr. Bal* *ad* Diocletianus *Bentleius* NB. ni *in marg.*

praetoriani acie structa cum securibus et aliis ferramentis et immissi undique fanum illud editissimum paucis horis solo adaequarunt.

13. Postridie propositum est edictum quo cauebatur, ut 1
religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate,
tormentis subiecti essent, ex quocumque ordine aut gradu
uenirent, aduersus eos omnis actio ualeret, ipsi non de iniu-
ria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere possent,
libertatem denique ac uocem non haberent. quod edictum 2
quidam etsi non recte, magno tamen animo deripuit et con-
scidit, cum irridens diceret uictorias Gothorum et Sarmatarum
propositas. statimque perductus non modo extortus, sed etiam 3
legitime coctus cum admirabili patientia postremo exustus est.

14. Sed Caesar non contentus est edicti legibus: aliter 1
Diocletianum aggredi parat. nam ut illum ad propositum 2
crudelissimae persecutionis impelleret, occultis ministris palatio
subiecit incendium, et cum pars quaedam conflagrasset, Chri-
stiani arguebantur uelut hostes publici et [cum] ingenti inuidia
simul cum palatio Christianorum nomen ardebat: illos consilio
cum eunuchis habito de extinguendis principibus cogitasse,
duos imperatores domi suae paene uiuos esse combustos.
Diocletianus uero, qui semper se uolebat uideri astutum et 3
intellegentem, nihil potuit suspicari, sed ira inflammatus ex-

1 instructa *Cuperus, item Bentleius* 2 īmissi *C* fanum *Cuperus,* tañ *C;* tamen *Bal,* templum *Colomesius, alia ap. Bauldrium;* illut *C;* tantum illud aedificium *(*aedificium *iam Cuperus) antiqua manus in editionis Baluzianae exemplari Heidelbergensi* 4 Post tridię *C* 6 subiecti* *(s er.) C* aut] ac *Columbus* 7 omnes *Bal* ualeret *Cuperus,* caleret *C;* exactio caleret *Susius p. 13* 8 a|dulterio *C* 10 deripuit *Tollius,* diripuit *C* 11 gotorum *C* 12 propositas *Columbus,* praepositas *C* perductus *C, quod probat Halm p. 162,* productus *Bal* 13 lentissime *Gale conl. c. 21, 7* lentis ignibus, *at cf. Plin. h. n. 23, 64* 14 est *del. Heumann* 18 cum *del. Tollius* inuidia *Bal.* uidia *C* 19 Christianum *Heumann* illos *Bal,* illo *C* 20 de extinguendis *Bal,* dextinguendis *C* 21 pęna *C, corr. Bal* c̄bustos *C* 23 intelligentem *C*

4 carnificari omnes suos protinus praecepit. sedebat ipse atque
innocentes igni torquebat. item iudices uniuersi, omnes denique
5 qui erant in palatio magistri data potestate torquebant. erant
certantes quis prior aliquid inueniret: nihil usquam reperie-
batur. quippe cum familiam Caesaris nemo torqueret. aderat
ipse et instabat nec patiebatur iram inconsiderati senis defla-
6 grare. sed quindecim diebus interiectis aliud rursum incen-
dium molitus est. sed celerius animaduersum, nec tamen
7 auctor apparuit. tunc Caesar medio hiemis profectione parata
prorupit eodem die. contestans fugere se, ne uiuus arderet.
1 15. Furebat ergo imperator iam non in domesticos tantum.
sed in omnes. et primam omnium filiam Valeriam coniugem-
2 que Priscam sacrificio pollui coegit. potentissimi quondam
eunuchi necati. per quos palatium et ipse ante constabat.
f.5a comprehensi presbyteri ac ministri et sine ulla probatione
aut confessione damnati cum omnibus suis deducebantur.
3 omnis sexus et aetatis homines ad exustionem rapti. nec sin-
guli, quoniam tanta erat multitudo, sed gregatim circumdato
igni ambiebantur; domestici alligatis ad collum molaribus mari
4 mergebantur. nec minus in ceterum populum persecutio uio-
lenter incubuit. nam iudices per omnia templa dispersi uni-
5 uersos ad sacrificia cogebant. pleni carceres erant, tormen-
torum genera inaudita excogitabantur, et ne cui temere ius
diceretur, arae in secretariis ac pro tribunali positae. ut liti-
gatores prius sacrificarent atque ita causas suas dicerent. sic

1 praecepit *Bal,* caepit *C;* excarnificare—coepit *Cuperus* 2 igni *Brandt (cf. c. 15, 3. 21, 8 et Indic. uerbor.),* igne *C* torquebat *Miegius ap. Buenemannum.* torrebat *C* 3 torquebant *Bal,* torquebantur *C* torquebant [erant] certantes *anonymus p. 44* 4 usquam *Bal,* usq. *C* 6 deflagraret *C, corr. Bal* 7 aliut *C* 8 set *C,* id *Columbus* celererius *C* 13 condam *C, corr. Bal* 15 c̃p̄hensi *C* 16 aut *Tollius,* ad *C;* ac *Lenglet;* ad confessionem *Bal* ducebantur *Tollius, cf. c. 40, 4. 51, 2. Lact. Inst. IV 18, 7* 18 sed *Tollius,* et *C;* at *ed. Oxon. 1680* 19 amburebantur *Cuperus* *uirgulam post* ambiebantur *del. Bentleius* molalibus *C, corr. Bal* 23 inaudita* *(e er.) C* 24 arę* *C* 25 sic ergo] sicque *Heumann*

ergo ad iudices tamquam ad deos adiretur. etiam litterae ad 6
Maximianum atque Constantium commeauerant, ut eadem
facerent: quorum sententia in tantis rebus expectata non erat.
et quidem senex Maximianus libens paruit per Italiam, homo
non adeo clemens. nam Constantius, ne dissentire a maiorum 7
praeceptis uideretur, conuenticula id est parietes, qui restitui
poterant, dirui passus est, uerum autem dei templum, quod
est in hominibus, incolume seruauit.

16. Vexabatur ergo uniuersa terra et praeter Gallias ab 1
oriente usque ad occasum tres acerbissimae bestiae saeuiebant.

non, mihi si linguae centum <sint> oraque centum, 2
ferrea uox, omnes scelerum comprendere formas,
omnia poenarum percurrere nomina possim,

quae iudices per prouincias iustis atque innocentibus intule-
runt. uerum quid opus est illa narrare praecipue tibi, Donate 3
carissime, qui praeter ceteros tempestatem turbidae persecu-
tionis expertus es? nam cum incidisses in Flaccinum prae- 4
fectum, non pusillum homicidam, deinde in Hieroclem ex
uicario praesidem, qui auctor et consiliarius ad faciendam
persecutionem fuit, postremo in Priscillianum successorem
eius, documentum omnibus inuictae fortitudinis praebuisti.
nouies enim tormentis cruciatibusque uariis subiectus nouies 5
aduersarium gloriosa confessione uicisti, nouem proeliis zabu-
lum cum satellitibus suis debellasti, nouem uictoriis saeculum

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 7 uerum—hominibus] cf. Indic. rer. s. u. templum. 11 ss.] Vergil. Aen. VI 625 ss. 19 s. qui—fuit] Lact. Inst. V 2, 12. 24 saeculum—triumph.] Lact. Epit. 61, 5. Inst. IV 26, 28.

1 *etiam *(ι i. e. et er. uid.) C;* et iam *Bal* 3 quorum *Halm,* corum *C (cf. in C c. 3, 5 et 48, 8* co; *7, 10* quo equare; *15, 2 et 27, 7* condam; *18, 5* ẽm; *52, 1* locor); eorum *Bal* expectata *Bal,* spectata *C* 5 desentire *C* 8 incolome *C* 10 aceruissime *C* sebunt *part. s. l. in* seuiebant *(sic) corr. C* 11 sint *ex Vergil. add.* 12 comprendere formas *Vergil.,* cõphendrẽ penas *C* 13 omnia *Vergil.,* oñiũ *C* *ad* possem *(sic LeNourry cum Bal) Bentleius* possim *ascr.* 14 que *C,* quas *ed. Oxon. 1680* 18 pusillam *C, corr. Bal* ieroclẽ *C* 20 prisscilianum *C* 23 *an* diabolum? *Brandt, cf. c. 2, 8. 52, 5*

6 cum suis terroribus triumphasti. quam iucundum illud spe-
ctaculum deo fuit, cum uictorem te cerneret non candidos
equos aut immanes elephantos, sed ipsos potissimum trium-
7 phatores currui tuo subiungentem! hic est uerus triumphus,
cum dominatores dominantur. uicti enim tua uirtute ac sub-
iugati sunt, quandoquidem nefanda iussione contempta omnes
apparatus ac terriculas tyrannicae potestatis fide stabili et
8 robore animi profligasti. nihil aduersus te uerbera, nihil un-
gulae, nihil ignis, nihil ferrum, nihil uaria tormentorum ge-
nera ualuerunt: adimere tibi fidem ac deuotionem nulla uis
9 potuit. hoc est esse discipulum dei, hoc est militem Christi,
quem nullus hostis expugnet, nullus lupus de castris caele-
stibus rapiat, nullus laqueus inducat, nullus dolor uincat,
10 nullus cruciatus affligat. denique post illas nouem gloriosis-
f.5b simas pugnas, quibus a te zabulus uictus est, non est ausus
ulterius congredi tecum, quem tot proeliis expertus est non
11 posse superari. et cum tibi parata esset uictrix corona, desiit
amplius prouocare, ne iam sumeres: quam licet non acceperis
in praesenti, tamen integra tibi pro uirtutibus tuis et meritis
in regno domini reseruatur. sed redeamus ad ordinem rerum.
1 17. Hoc igitur scelere perpetrato Diocletianus, cum iam
felicitas ab eo recessisset, perrexit statim Romam, ut illic
uicennalium diem celebraret, qui erat futurus a. d. duodeci-
2 mum Kalendas Decembres. quibus sollemnibus celebratis
cum libertatem populi Romani ferre non poterat, impatiens et
aeger animi prorupit ex urbe impendentibus Kalendis Ianuariis,

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 1 s.] Minuc. c. 37, 1. Cyprian. Epist. X 2.

1 illut *C* 3 īmanes elefantos *C* 4 subiungentem *Nic. Heinsius,* subiugantem *C* 6 omnis *C, corr. Bal* 8 *pr.* nichil *C, sic saepe* 13 uincit *C, corr. Bal* 14 głorissimas *C* 15 zabulis *C, corr. Bal; cf. ad p. 189, 23* 17 superare *C (recte?), corr. Bal* 20 dei *Bal* 23 ad XII. kł. DC̄B. *C;* XV *Seeck, Gesch. d. Untergangs d. antiken Welt I. Anh. p. 409 (conl. Euseb. mart. Pal. I 5—II 4); ad* ad *(sic LeNourry cum Bal) Bentleius* ante diem *ascr.* 24 sollēpnibus *C* 25 cum *(cū C)*] quod *Tollius, sed cf. ad p. 183, 1 s.* libertate *C, corr. Bal* 26 inpendentibus kł. iār. *C*

quibus illi nonus consulatus deferebatur. tredecim dies tole- 3
rare non potuit, ut Romae potius quam Rauennae procederet consul, sed profectus hieme saeuiente, frigore atque imbribus uerberatus morbum leuem, at perpetuum contraxit uexatusque per omne iter lectica plurimum uehebatur. sic aestate trans- 4
acta per circuitum ripae Istricae Nicomediam uenit morbo iam graui insurgente: quo cum se premi uideret, prolatus est tamen, ut circum quem fecerat dedicaret anno post uicennalia repleto. deinde ita languore <est> oppressus, ut per omnes 5
deos pro uita eius rogaretur, donec Idibus Decembribus luctus repente in palatio, maestitia et lacrimae iudicum, trepidatio et silentium tota ciuitate. iam non modo mortuum, sed etiam 6
sepultum dicebant, cum repente mane postridie peruagari fama quod uiueret, domesticorum ac iudicum uultus alacritate mutari. non defuerunt qui suspicarentur celari mortem eius, 7
donec Caesar ueniret, ne quid forte a militibus nouaretur. quae suspicio tantum ualuit, ut nemo crederet eum uiuere, 8
nisi Kalendis Martiis prodisset, uix agnoscendus, quippe qui anno fere toto aegritudine tabuisset. et ille Idibus Decem- 9
bribus morte sopitus animam receperat, nec tamen totam.

1 consolatus *C* 3 *post* hieme *distinguit Bal, sed ad* hieme saeuiente *cf. c. 45, 2* 4 at *Gale,* ac *C* contraxit *Graeuius,* traxit *C* 5 iter *part. ras. ex* inter *C* lecticã, *sed ~ er., C* 6 Histricae *(uel* Histriae*) Nic. Heinsius, unde* Istricae *alii.* strige *C;* strigae *Bal in ed. 1679, secund. curis (ap. Bauldrium)* Istricae *probare uid.,* strigae *defendere temptat Henr. Dodwell 'Dissertatione de* Ripa Striga' *editioni Lactantii Sparkianae (Oxon. 1684) subiecta (in ed. Bauldrii II p. 331 ss., Lengleti II p. LXIV ss.),* Phrygiae *ed. Oxon. 1680 p. 108,* Strigoniae *Spark* 7 grauius *Tollius;* ingruente *anonymus p. 45;* grauius urgente *Bucnemann* quo cum *Colomesius,* quod cumque *C;* utcunque *ed. Oxon. 1680,* quo utcunque *Columbus, item Duebner* 9 langore *C* est *add. Heumann* 11 s. maestitia—ciuitate *(cf.* per omnes deos *u. 9).* iam *distinxit Brandt,* maestitia et lacrimae, iudicum trepidatio et silentium *(at cf. u. 14* iudicum—mutari*).* tota ciuitate iam *cum Baluzio edd., nisi quod* silentium tota ciuitate. iam *anonymus p. 46* 13 posttridie *C* 14 ac *Bal,* ad *C* 16 quit *C* militibus *ex* milite *C* 17 inualuit *anonymus p. 46* 18 kł mãrc *C* 19 tota *C, corr. Bal* 20 morte *aut delendum aut* pro mortuo *scribendum uid. Graeuio,* morbo *Cellarius,*

demens enim factus est. ita ut certis horis insaniret, certis
resipisceret.
1 18. Nec multis post diebus Caesar aduenit, non ut patri
gratularetur. sed ut eum cogeret imperio cedere. iam confli-
xerat nuper <cum> Maximiano sene eumque terruerat iniecto
2 armorum ciuilium metu. aggressus est ergo Diocletianum
primum molliter et amice, iam senem esse dicens, iam minus
ualidum et administrandae rei publicae inhabilem: debere illum
requiescere post labores. simul et exemplum Neruae profe-
3 rebat. qui imperium Traiano tradidisset. ille uero aiebat et
indecens esse. si post tantam sublimis fastigii claritatem in
humilis uitae tenebras decidisset, et minus tutum, quod in
4 tam longo imperio multorum sibi odia quaesisset; Neruam
uero uno anno imperantem. cum pondus et curam tantarum
f. 6a rerum uel aetate uel insolentia ferre non quiret, abiecisse
gubernaculum rei publicae atque ad priuatam uitam redisse.
in qua consenuerat. uerum si nomen imperatoris cuperet adi-
pisci, impedimento nihil esse quominus omnes Augusti nun-
5 cuparentur. at ille, qui orbem totum iam spe inuaserat, quo-
niam sibi aut nihil praeter nomen aut <non> multum uidebat
accedere. respondit debere ipsius dispositionem in perpetuum

morte quasi *Buenemann, sed cf. Lact. de op. 18, 3* quod anima morte sopiatur, *§ 8* perpetua morte sopiri

2 resipiscere*tur *(n er.) C, corr. Bal* 4 gratulare*tur *(n er.) C* imperio *Bal,* imperium *C, cf. Proleg. adn. 6* cedere *Bal,* credere *C* 5 cum *add. Cuperus* 10 et *Columbus,* ei *C* 13 s. Neruam *et* imperantem *Columbus,* Nerua *et* imperante *C; cf. Proleg. adn. 6* 15 insollentia *C* quereret *part. s. l. in* quiret *corr. C* 18 qui minus *C, corr. Bal* 19 spe *Columbus,* ipse *C* inuaserat *ed. Oxon. 1680 in Emendat. p. 108 (cf. Sallust. Iug. 20, 6* totum eius regnum animo iam inuaserat*),* inuenerat *C;* inhiauerat *Bal (cf. c. 9, 5),* inuolauerat *Halm,* deuorauerat *Brandt (cf.* spe deuorare *Cic. Verr. I 51, 135. p. Flacco 24, 57. d. domo 23, 60. ad Attic. I 16, 10; infra c. 26, 2* orbem deuorauerat*)* quoniam *Halm p. 165.* c̃m *C (i. e.* q̃m, *ut uid.; de litt.* c *et* q *in C mutatis cf. ad p. 189, 3;* cum *in C* cũ *scribi solet);* cum *Bal, post quod* inde *addit; ad* cum—uidebat *cf. p. 183, 1 s.* 20 non *add. ed. Oxon. 1680, etiam Bentleius* leg. aut non multum *ascrips.*

conseruari, ut duo sint in re publica maiores, qui summam
rerum teneant, item duo minores, qui sint adiumento: inter
duos facile posse concordiam seruari, inter quattuor pares
nullo modo. si ipse cedere noluisset, se sibi consulturum, 6
ne amplius minor et extremus esset. iam fluxisse annos quin-
decim <quibus> in Illyricum id est ad ripam Danuuii rele-
gatus cum gentibus barbaris luctaretur, cum alii intra laxiores
et quietiores terras delicate imperarent. his auditis senex 7
languidus, qui iam et Maximiani senis litteras acceperat scri-
bentis quaecumque locutus fuisset, et didicerat augeri ab eo
exercitum, lacrimabundus 'fiat' inquit 'si hoc placet'. super- 8
erat ut communi consilio omnium Caesares legerentur. 'quid
opus est consilio, cum sit necesse illis duobus placere quic-
quid nos fecerimus?' — 'ita plane, nam illorum filios nun-
cupari necesse est'. erat autem Maximiano <filius> Maxen- 9
tius, huius ipsius Maximiani gener, homo perniciosae ac malae
mentis, adeo superbus et contumax, ut neque patrem neque
socerum solitus sit adorare, et idcirco utrique inuisus fuit.
Constantio quoque filius erat Constantinus, sanctissimus adu- 10
lescens et illo fastigio dignissimus, qui insigni et decoro
habitu corporis et industria militari et probis moribus et
comitate singulari a militibus amaretur, a priuatis et opta-
retur, eratque tunc praesens iam pridem a Diocletiano factus
tribunus ordinis primi. — 'quid ergo fiet?' — 'ille' inquit 'dignus 11
non est. qui enim me priuatus contempsit, quid faciet, cum
imperium acceperit?' — 'hic uero et amabilis est et ita im-
peraturus, ut patre suo melior et clementior iudicetur'. — 'ita

1 summam *Bal*, summa *C* 2 sint *Bal*, sunt *C* 3 quatuor *C* 4 cedere noluisset *Bal*, credere noluissent *C* 5 ·XV·^{m} *C*; duodecim *Seeck (cf. ad p. 190, 23)* 6 quibus *add. Cuperus*, ex quo *uel* cum *Boherellus*, cum *iam ed. Oxon. 1680, sed post* in Illyrico *(sic) positum, aliter p. 108, Bentleius ad* in *(Le Nourry cum Bal* quindecim in Illyricum*) ascrips.* cum religatus *C, corr. Bal* 8 et *om. Bal* 12 quid *Bal*, quod *C* 13 quicquit *C* 14 nos *ex* ne *C* 15 filius *add. Bal* 16 male *bis C* 19 Constantio *Bal*, Constantius *C* adolescens *C* 20 decore abitu *C, corr. Bal* 22 et optaretur] exoptaretur *Gale*

fiet ut ego non possim facere quae uelim. eos igitur oportet
nuncupari qui sint in mea potestate, qui timeant, qui nihil
12 faciant nisi meo iussu'. — 'quos ergo faciemus?' — 'Seue-
rum' inquit. — 'illumne saltatorem temulentum ebriosum,
cui nox pro die est et dies pro nocte?' — 'dignus', inquit
'quoniam militibus fideliter praefuit. et eum misi ad Maxi-
13 mianum, ut ab eo induatur'. — 'esto. alterum quem dabis?'
— 'hunc' inquit ostendens Daiam adulescentem quendam
semibarbarum, quem recens iusserat Maximinum uocari de
suo nomine. nam et ipsi Diocletianus nomen ex parte muta-
uerat ominis causa, quia Maximianus fidem summa religione
f. 6b 14 praestabat. — 'quis est hic quem mihi offers?' — 'meus'
inquit 'affinis'. — at ille gemebundus 'non idoneos homines mihi
das quibus tutela rei publicae committi possit'. — 'probaui eos'
inquit. — 'tu uideris, qui regimen imperii suscepturus es.
15 ego satis laboraui et prouidi quemadmodum me imperante
res publica staret incolumis. si quid accesserit aduersi, mea
culpa non erit'.
1 19. Cum haec essent constituta, proceditur Kalendis Mais.
Constantinum omnes intuebantur, nulla erat dubitatio: milites
qui aderant et primores militum electi et acciti ex legionibus
in hunc unum intenti gaudebant, optabant et uota faciebant.
2 erat locus altus extra ciuitatem ad milia fere tria, in cuius
summo Maximianus ipse purpuram sumpserat, et ibi columna
3 fuerat erecta cum Iouis signo. eo pergitur. contio militum
conuocatur. incipit senex cum lacrimis, alloquitur milites: se

4 tumulentum *C, corr. Bal* 6 praefuit *ed. Oxon. 1680 in Emendat. p. 108, etiam Bentleius* leg. praefuit *ascrips.*, praebuit *C* 9 Maximinum *Bal*, maximianum *C* 10 nam *Gale*, iam *C* 11 ominis *ed. Oxon. 1680*, hominis *C* 12 *post* offers *2 litt.* (af?) *er., C* 13 afinis *C* idoneos *LeNourry*, ideos *(non recte LeNourry et Lenglet* idēos*) C:* inquit eos *Bal* 14 comiti *C* 17 acciderit *Gale* 19 kł mais *C* 21 primores *Columbus*, priores *C* *ante* acciti *er.* arc *ut uid., C* 22 opitabant *C, corr. Bal* 24 Maximius *part. s. l. in* Maximianus *corr. C* sumserat *C* 25 concio *C* 26 incipit *Brandt (an* senex, cum lacrimis alloquitur *distinguendum?)*, inquit *C, quod retinet Bal;* in qua *Columbus, item Bent-*

inualidum esse, requiem post labores petere, imperium uali-
dioribus tradere, alios Caesares subrogare. summa omnium
expectatio, quid afferret. tunc repente pronuntiat Seuerum 4
et Maximinum Caesares. obstupefiunt omnes. in tribunali
Constantinus adstabat susum. haesitare inter se num Constan-
tini immutatum nomen esset, cum in conspectu omnium Ma-
ximianus manum retrorsum extendens protraxit a tergo Daiam
Constantino repulso et exutum uestem priuatam constituit in
medium. mirari omnes qui esset, unde esset. nemo tamen 5
reclamare ausus est cunctis insperatae nouitate rei turbatis.
huic purpuram Diocletianus iniecit suam qua se exuit, et Dio-
cles iterum factus est. tum descenditur, et reda per ciui- 6
tatem ueteranus rex foras exportatur in patriamque dimittitur.
Daia uero sublatus nuper a pecoribus et siluis, statim scuta-
rius, continuo protector, mox tribunus, postridie Caesar, ac-
cepit Orientem calcandum et conterendum, quippe qui neque
militiam neque rem publicam sciret, iam non pecorum, sed
militum pastor.

20. Maximianus postquam senibus expulsis quod uoluit 1
effecit, se iam solum totius orbis dominum [esse] ferebat.
nam Constantium quamuis priorem nominari esset necesse,
contemnebat, quod et natura mitis esset et ualitudine corporis
impeditus. hunc sperabat breui obiturum, et si non obisset, 2
uel inuitum exuere facile uidebatur. quid enim faceret, si a

leius, 'concio—conuocetur' inquit *Gale,* consurgit *Tollius,* infit *alter anonymus p. 70,* inquit *del. Heumann*

2 omnium *in marg. clariore scriptura repetitum, C* 4 Maximinum *Bal,* maximianum *C* 5 asstabat *C* stare inter se *et in marg.* esitare inter se *C, unde* haesitare *LeNourry,* sciscitari *Bal,* susurrare *(om.* susum*) Bauldri,* quaeritare *Buenemann* constantinum *C, corr. Bal* 6 esse *C, corr. Bal* 8 exutum *Bal (in Erratis),* exuto *C* 9 *an* medio? *cf. Proleg. adn. 6* 10 inspirate *C, corr. Bal* nouitatem *C, corr. Bal* 15 post tridie *C* 20 effecit *Columbus, item Bentleius (Buenemann confert Lact. Inst. VI 14, 10. 15, 17),* et fecit *C* esse *del. Columbus* ferebat *Bal,* ferebatur *C;* esse rebatur *Bauldri* 23 inpeditus *C* obisset *Bal,* nouisset *C*

3 tribus cogeretur imperium deponere? habebat ipse Licinium ueteris contubernii amicum et a prima militia familiarem, cuius consiliis ad omnia regenda utebatur, sed eum Caesarem facere noluit, ne filium nominaret, ut postea in Constantii
4 locum nuncuparet Augustum atque fratrem. tunc uero ipse principatum teneret ac pro arbitrio suo debacchatus in orbem terrae uicennalia celebraret ac substituto Caesare filio suo,
f. 7a qui tunc erat nouennis, et ipse deponeret: | ita cum imperii summam tenerent Licinius ac Seuerus et secundum Caesarum nomen Maximinus et Candidianus, inexpugnabili muro circum-
5 saeptus securam et tranquillam degeret senectutem. huc consilia eius tendebant. sed deus, quem sibi fecit infestum, cuncta illius cogitata dissoluit.

1 21. Adeptus igitur maximam potestatem ad uexandum
2 orbem, quem sibi patefecerat, animum intendit. nam post deuictos Persas, quorum hic ritus, hic mos est, ut regibus suis in seruitium se addicant et reges populo suo tamquam familia utantur, hunc morem nefarius homo in Romanam terram uoluit inducere: quem ex illo tempore uictoriae sine pu-
3 dore laudabat. et quia id aperte iubere non poterat, sic agebat, ut et ipse libertatem hominibus auferret. in primis honores ademit. torquebantur ab eo non decuriones modo, sed primores etiam ciuitatum, egregii ac perfectissimi uiri, et quidem in causis leuibus atque ciuilibus. si morte digni uide-
4 rentur, cruces stabant, sin minus, compedes parati. matres

3 cuius *bis, prius er.*, *C* gerenda *Bauldri, item Bentleius* 4 *in C ante* ut *in spatio 2 litterarum* ũl *(sic) uideri esse dicit Lenglet (unde* uel *add.*, sed *Fritzsche), sed nihil nisi solitum interuallum est; iam Bauldri* <et> ut *coni.* constanti *C* 7 hac *C, corr. Bal* 8 <et> ita *Bauldri* 10 circumseptus *C* 11 huc—tendebant *Graeuius*, hoc consilio eis ostendebant *C;* hoc consilia ei ostendebant *Bal* 18 familia *Bal*, milia *C* 20 sic] <clam> sic *Columbus*, id *Heumann* 21 et ipse] reapse *Heumann*, tacite *Buenemann*, ut tectim per se *Arntzenius, Panegyr. ueter. I p. 43* 23 ciuitatum *s. l. ex* ciuitatis *C* 24 causis *ex* laudis *C* 25 cõpedes *C*

familias ingenuae ac nobiles in gynaeceum rapiebantur. si
quis esset uerberandus, defixi in stabulo pali quattuor stabant.
ad quos nullus umquam seruus distendi solebat. quid luso- 5
rium uel delicias eius referam? habebat ursos ferociae ac
magnitudinis suae simillimos, quos toto imperii sui tempore
elegerat. quotiens delectari libuerat, horum aliquem adferri
nominatim iubebat. his homines non plane comedendi, sed 6
obsorbendi obiectabantur: quorum artus cum dissiparentur,
ridebat suauissime nec umquam sine humano cruore cenabat.
dignitatem non habentibus poena ignis fuit. id exitii primo 7
aduersus Christianos permiserat datis legibus, ut post tor-
menta damnati lentis ignibus urerentur. qui cum deligati 8
fuissent, subdebatur primo pedibus lenis flamma tamdiu, donec
callum solorum contractum igni ab ossibus reuelleretur. de- 9
inde incensae faces et extinctae admouebantur singulis mem-
bris, ita ut locus nullus in corpore relinqueretur intactus.
et inter haec suffundebatur facies aqua frigida et os umore
abluebatur, ne arescentibus siccitate faucibus cito spiritus
redderetur: quod postremo accidebat, cum per multum diem 10
decocta omni cute uis ignis ad intima uiscera penetrasset.
hinc rogo facto cremabantur corpora iam cremata. lecta ossa 11
et in puluerem comminuta iactabantur in flumina ac mare.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES c. 21, 6 (artus—dissiparentur). 11 (lecta ossa eqs.)] Lact. Inst. V 11, 6.

1 ingun[u]e *C* geniceum *C* 2 quatuor *C* 4 ferociae—suae *Bal*, ferocia ac magnitudinis sue *C;* ferocia ac magnitudine sui simillimos *anonymus p. 48, item Bentleius,* ferociae ac magnitudini suae *Heumann: pro* magnitudinis *coni.* fortitudinis *'aut sim.' Cramer, In Iuuenalis satiras commentarii uetusti (1823) p. 625 ad p. 139, 25, sed cf. c. 9, 3* 6 conlegerat (c̄legerat) *Halm* 8 absorbendi *Columbus* 9 saeuissime *Cramer p. 139 s.* 10 id exitii *Nic. Heinsius (*et exitii *iam Columbus),* et exilii *C;* et exemplum *Boherellus,* et illam *Tollius;* et eculei, id primo *Ellis, Journ. of philol. uol. XIV 88* 11 promserat *Graeuius* latis *Graeuius* 12 delegati *C* 13 subdeba*tur *(n er.) C* 14 reuellere*tur *(n er.) C* 17 humore *C* 19 accedebat *C, corr. Bal* cum *ed. Oxon. 1680, item Bentleius,* tunc *C* 22 et *bis C* flumina *Columbus, item Bentleius,* flumine *C;* flumen *Heumann; cf. Proleg. adn. 6* ac] aut *Heumann*

1 22. Quae igitur in Christianis excruciandis didicerat, con-
2 suetudine ipsa in omnes exercebat. nulla <poena> penes eum
leuis, non insulae, non carceres, non metalla, sed ignis, crux,
3 ferae in illo erant cotidiana et facilia. domestici et admini-
stratores lancea emendabantur. in causa [poena] capitis [et]
animaduersio gladii admodum paucis quasi beneficium defere-
batur, qui ob merita uetera impetrauerant bonam mortem.
4 iam illa <prae> his leuia fuerunt: eloquentia extincta, causi-
f. 7b dici sublati, iure consulti aut relegati aut necati, litterae
autem inter malas artes habitae et qui eas nouerant, pro ini-
5 micis hostibusque protriti et execrati. licentia rerum omnium
solutis legibus adsumpta et iudicibus data. iudices militares
humanitatis litterarum rudes sine adsessoribus in prouincias
immissi.

1 23. At uero illud publicae calamitatis et communis luctus
omnium fuit, census in prouincias et ciuitates semel missus.
censitoribus ubique diffusis et omnia exagitantibus hostilis
2 tumultus et captiuitatis horrendae species erant. agri gle-
batim metiebantur, uites et arbores numerabantur, animalia
omnis generis scribebantur, hominum capita notabantur, in
ciuitatibus urbanae ac rusticae plebes adunatae, fora omnia
gregibus familiarum referta, unus quisque cum liberis, cum
seruis aderant, tormenta ac uerbera personabant. filii aduersus

2 poena penes eum *Bal (cf. ad u. 5)*, poenis eum *C*; e poenis eorum *Bauldri*, poena tum *Heumann*, e poenis tum *Buenemann* 3 ñ in sole. ñ in carceris *C, corr. Bal* 4 fere *C* in—cotidiana *Bal*, in illa erant cotidiano *C*: in illos erant cotidiana *Bauldri*, haec illi erant cotidiana *Heumann* 5 in—gladii *Bal*, In causa pęna (*'uox* poena *in hunc locum irrepsit ex superiore' [u. 2] Bal, immo ex marg.*) capitis et animaduersi agladii *C*; in curia poena capitis et animaduersio gladii *Lenglet* 6 beneficium *Columbus*, beneficii *C*; beneficii loco *Bal* 7 impetrauerunt *Halm* bona morte *C, corr. Bal* 8 <prae> his *Gale*, hic *Boherellus*, huic *Lenglet* fuerunt *Bauldri*, fuerant *C* 13 literarum *C*; <et> litterarum *anonymus p. 48* 14 inmissi *C* 16 omnium] initium *Gale, sed cf. Buenemannum* ciuitatis, *s. l. corr., C* simul *Gale* 19 mitiebantur *C* 21 fora *Columbus*, foras *C* 22 *ad* unus quisque—aderant *cf. c. 37, 1* (mergebantur)

parentes suspendebantur. fidelissimi quique serui contra domi-
nos uexabantur, uxores aduersus maritos. si omnia defecerant, 3
ipsi contra se torquebantur et cum dolor uicerat, adscribe-
bantur quae non habebantur. nulla aetatis, ualitudinis excu- 4
satio. aegri et debiles deferebantur, aestimabantur aetates sin-
gulorum, paruulis adiciebantur anni, senibus detrahebantur.
luctu et maestitia plena omnia. quae ueteres aduersus uictos 5
iure belli fecerant, et ille aduersus Romanos Romanisque sub-
iectos facere ausus est, quia parentes eius censui subiugati
fuerant, quem Traianus Daciis assidue rebellantibus poenae
gratia uictor imposuit. post hoc pecuniae pro capitibus pen- 6
debantur et merces pro uita dabatur. non tamen isdem cen-
sitoribus fides habebatur, sed alii super alios mittebantur
tamquam plura inuenturi, et duplicabatur semper, illis non
inuenientibus, sed ut libuit addentibus, ne frustra missi uide-
rentur. interea minuebantur animalia et mortales obibant et 7
nihilo minus soluebantur tributa pro mortuis, ut nec uiuere
iam nec mori saltim gratis liceret. mendici supererant soli a
quibus nihil exigi posset: quos ab omni genere iniuriae tutos
miseria et infelicitas fecerat. atquin homo pius misertus est 8
illis, ut non egerent. congregari omnes iussit et exportatos
nauiculis in mare mergi. adeo hominem misericordem, qui
prouiderit ne quis illo imperante miser esset! ita dum cauet 9
ne quis simulatione mendicitatis censum subterfugiat, multitu-
dinem uerorum miserorum contra omne ius humanitatis occidit.

2 *post* omnia *4 litt. ut uid. er.* (d*d* *agnoscitur) C* 4 *ante* ualitudinis *add.* nulla *Graeuius,* aut *Nic. Heinsius,* uel *Heumann* 5 defferebantur *C* 7 ueteres] uictores *Bal (in Erratis), ad* uictores *Bentleius* ueteres *ex C ascrips.* 8 et] ea *edit. Oxon. 1680,* haec *Lenglet* subiectis *C, corr. Bal* 10 Daciis *defendit Lenglet,* datiis *C;* Dacis *Bal, fort. recte* pęne *C, corr. Bal* 11 inposuit *C* post haec *anonymus p. 49* 12 hisdem *C* 17 nihilo *Columbus,* nihil *C* 19 possit *C, corr. Bal* iniuriae tutos *Bal (in Erratis),* iniuria aetatis *C* 20 infelicitas *ex* infelicitatis *C* fecerat *ex* fecerit *C* pius *Tollius,* impius *C* 21 illis. ut non egerent, congregari *cum C distingui mauult Halm p. 163* 23 cauet *Columbus,* cauit *C* 25 uerorum *Bauldri,* uirorum *C;* uere *Heumann*

1 24. Iam propinquauit illi iudicium dei secutumque tempus
2 est quo res eius dilabi ac fluere coeperunt. nondum animum
intenderat ad euertendum pellendumue Constantium, dum est
occupatus his rebus quas superius exposui: et expectabat
3 obitum eius, sed tam celeriter non putabat obiturum. qui
cum grauiter laboraret, miserat litteras, ut filium suum Con-
stantinum remitteret sibi uidendum, quem iam dudum ⟨frustra
f. 8a 4 repetierat⟩. ille uero nihil minus uolebat. nam et in insidiis
saepe iuuenem adpetiuerat, quia palam nihil audebat, ne contra
se arma ciuilia et, quod maxime uerebatur, odia militum
concitaret, ⟨et⟩ sub obtentu exercitii ac lusus feris illum
5 obiecerat. sed frustra, quoniam dei manus hominem prote-
gebat, qui illum de manibus eius liberauit in ipso cardine.
namque saepius ⟨rogatus⟩ cum iam diu negare non posset,
dedit illi sigillum inclinante iam die praecepitque, ut postridie
mane acceptis mandatis proficisceretur, uel ipse illum occa-
sione aliqua retentaturus uel praemissurus litteras, ut a Se-
6 uero teneretur. quae cum ille prospiceret, quiescente iam
imperatore post cenam properauit exire sublatisque per man-
7 siones multas omnibus equis publicis euolauit. postridie im-
perator cum consulto ad medium diem usque dormisset, uo-

2 delabi *C, corr. Bal* 7 frustra repetierat *(aut* non uiderat *'aut aliquid simile') add. Bal:* uidendum. iam dudum uero ille *Heumann.* uidendum, et quidem iam dudum *(quod 'à l'instant' interpretatur).* ille uero *Duebner* 8 in *del. Boherellus et plerique, item Bentleius lineis inclusit et in marg.* d *ascripsit, sed cf. c. 31, 2* in nomine*: Brandt, die Entstehungsverhältnisse p. 50* 11 et *add. Tollius* 12 protegebat. qui—liberauit. in ipso cardine namque *anonymus p. 49, item Bentleius* 14 saepius ⟨rogatus⟩ *Boherellus,* sepius *C:* serius *Graeuius,* saepius petitum *('aut quid simile') Le Nourry;* diutius *Bal (in Erratis):* negare *Bal ibid.,* necare *C;* diu negare| denegare *Gale;* cardine, etiamque saepius, cum iam diutius *Bauldri;* cardine. namque saepius petita uenia cum eam diutius *Heumann;* cardine. nam quae saepius negarat, cum iam diutius *Buenemann; item, sed omisso uerbo* negarat *Arntzenius, Panegyr. ueter. II 220* 15 post tridie *C* 18 retineretur *Tollius* 20 multas| singulas *Heumann* auolauit *Heumann* post tridie *C*

cari eum iubet. dicitur ei post cenam statim profectus. in-
dignari ac fremere coepit. poscebat equos publicos, ut eum
retrahi faceret. nudatus ei cursus publicus nuntiatur. uix lacri-
mas tenebat. at ille incredibili celeritate usus peruenit ad 8
patrem iam deficientem, qui ei militibus commendato impe-
rium per manus tradidit. atque ita in lecto suo requiem uitae,
sicut optabat, accepit. suscepto imperio Constantinus Augu- 9
stus nihil egit prius quam Christianos cultui ac deo suo red-
dere. haec fuit prima eius sanctio sanctae religionis restitutae.

25. Paucis post diebus laureata imago eius adlata est ad 1
malam bestiam. deliberauit diu an susciperet. in eo paene 2
res fuit, ut illam et ipsum qui attulerat exureret, nisi eum
amici ab illo furore flexissent admonentes eum periculi, quod
uniuersi milites, quibus inuitis ignoti Caesares erant facti,
suscepturi Constantinum fuissent atque ad eum concursuri
alacritate summa, si uenisset armatus. suscepit itaque ima- 3
ginem admodum inuitus atque ipsi purpuram misit, ut ultro
asciuisse illum in societatem uideretur. iam turbatae rationes 4
eius fuerant nec poterat alterum extra numerum nuncupare,
ut uoluerat. sed illud excogitauit, ut Seuerum, qui erat 5
aetate maturior, Augustum nuncuparet, Constantinum uero
non imperatorem, sicut erat factus, sed Caesarem cum Maxi-
mino appellari iuberet, ut eum de secundo loco reiceret in
quartum.

26. Compositae ei res quodam modo iam uidebantur, cum 1
subito illi alius terror adlatus est, generum ipsius Maxentium
Romae factum imperatorem. cuius motus haec fuit causa.
cum statuisset censibus institutis orbem terrae deuorare, ad 2

5 eis *C, corr. Bal* imperio *C, corr. Bal* 7 optauerat *Halm* 8 quam ut—redderet *Heumann* 9 restitutae *Columbus, item Bentleius,* restituta *C* 11 poene *C* 12 rex *C, corr. Bal; del. Heumann* <et> illam *anonymus p. 50* 15 suscepturi *Bal,* suscepturū *C* concursuri *Bal,* concursus *C* 16 si uenisset *Bal,* inuenisset *C* in maginem *C, corr. Bal* 18 ascuisse *C* turbatae *Bal,* turba *C* 20 illut *C* 22 Maximino *Bal,* maximiano *C* 25 cōposite *C* quodam *Bal,* quo *C* 26 maxencium *C, sic etiam alias* 28 deuoraret *C, corr. Bal*

hanc usque prosiluit insaniam, ut ab hac captiuitate ne popu-
lum quidem Romanum fieri uellet inmunem. ordinabantur iam
3 censitores qui Romam missi describerent plebem. eodem fere
tempore castra quoque praetoria sustulerat. itaque milites
pauci, qui Romae in castris relicti erant, opportunitatem nancti
f. 8b occisis quibusdam iudicibus non inuito populo, | qui erat con-
4 citatus, Maxentium purpuram induerant. quo nuntio adlato
aliquantum rei nouitate turbatus est nec tamen nimium ter-
ritus. et oderat hominem et tres Caesares facere non poterat.
5 satis uisum est semel fecisse quod noluit. Seuerum arcessit.
hortatur ad recipiendum imperium, mittit eum cum exercitu
Maximiani ad expugnandum Maxentium, et mittit Romam, in
qua milites illi summis deliciis saepissime excepti non modo
6 saluam esse illam urbem, sed ibi uiuere optarent. Maxentius
tanti facinoris sibi conscius, licet iure hereditatis paternos
milites traducere ad se posset, cogitans tamen fieri posse ut
Maximianus socer id ipsum metuens Seuerum in Illyrico relin-
queret atque ipse cum suo exercitu ad se oppugnandum ue-
niret, quaerebat quatenus se a periculo impendente muniret.
7 patri suo post depositum imperium in Campania moranti pur-
puram mittit et bis Augustum nominat. ille uero et rerum
nouarum cupidus et qui deposuerat inuitus, libenter arripuit.
8 Seuerus interim uadit et ad muros urbis armatus accedit.
statim milites sublatis signis abeunt et se <ei> contra quem
9 uenerant, tradunt. quid restabat deserto nisi fuga? sed occur-
rebat iam resumpto imperio Maximianus, cuius aduentu Ra-
10 uennam confugit ibique se cum paucis militibus inclusit. qui

1 capitatione *Heumann, sed cf. c. 23, 1* captiuitatis 5 relicta *C, corr. Bal* oportunitate *C, corr. Bal* 7 maxencius *C, corr. Bal* purpura *Gale* induerat *C, corr. Bal* allato *C* 8 rei *ex* ni *C* 10 arcessiit *C, corr. Bal* 11 et hortatus *Lenglet (sed falso 'ita MS.')* 12 Maxentium *Bal,* maximianum *C* roma *C, corr. Bal* 14 ibi *Bal,* ut *C* 16 possit *C, corr. Bal* ut *s. l. C* 18 a*d *C* obpugnandum *C* 20 camppania *C* 22 quia *Gale* 24 se <ei> *Bauldri,* <ei> se *Gale,* ei *pro* et *Bentleius* 27 qui] ubi *uel* atque *Brandt*

cum uideret futurum ut Maximiano traderetur, dedidit se ipse
uestemque purpuream eidem a quo acceperat, reddidit. quo 11
facto nihil aliud impetrauit nisi bonam mortem. nam uenis
eius incisis leniter mori coactus est. [ab hoc capite suos
persequi.]

27. Herculius uero cum Maximiani nosset insaniam, cogi- 1
tare coepit illum audita nece Seueri inflammatum ira susceptis inimicitiis cum exercitu esse uenturum et fortasse adiuncto Maximino ac duplicatis copiis, quibus resisti nullo modo posset, <et> urbe munita et rebus <omnibus> diligenter instructa

1 dedidit se *Heumann,* dedit de se *C;* dedit sese *Bal* 2 eidem *Bal,* et idem *C* 4 ei *Bal* ab hoc—persequi *del. Le Nourry p. 119 Heumann Duebner, notam marginalem mutilatam esse existimat Brandt (ut in C ad c. 30, 5 in marg.* mors maẋ *manu scriptoris codicis additum est; cf. Proleg. adn. 3) in textum delatam, quae integra fuerit* ab hoc capite *(i. e.* capitulo) suos persequi<tur>, *sc. Maximianus Galerius, qui iam non solum Christianos, sed etiam suos, Maxentium generum c. 27, 3 (c. 26, 6) cum Herculio patre eius c. 27, 1 persequitur, uel fort. Maximianus Herculius intellegendus est, qui iam persequitur Maximianum Galerium socerum Maxentii filii sui c. 27, 1, Maxentium filium c. 28, 2 s., Constantinum nepotem eundemque generum c. 29, 3 ss. 30, 1 ss.;* ab hoc *(quod* post hoc *interpretatur Heinsius)* coepit suos persequi *Boherellus et Nic. Heinsius,* ab hoc capite *(i. e 'a Seuero occiso')* suos persequi coepit *uel* ob hoc coepit suos persequi *Buenemann, plura excidisse coni. Columbus Tollius Allix* 6 Hirculius *C* 7 susceptis inimicitiis *scripsit et uerba ex u. 10 huc transposuit (cf. Proleg. adn. 3) Brandt* 9 Maximino *ed. Oxon. 1680 (in Emendat. p. 108),* maximiano *C* 10 et *add. Bauldri* omnibus *(uel cum Tollio* necessarii*s) add. et cum Tollio* instructa *scr. Brandt;* urbe munita et rebus ceptis inimi**cis *(ci er.)* diligenter instructis *C;* u. m. et rebus ceptis *(sic)* inimicis diligenter instruens *Bal,* et rebus ceptis in itinere diligenter instans *uel* insistens *ed. Oxon. 1680,* et eam *(uel* eamque*)* rebus captis inimicis *(sic ap. Columbum,* inimici *postea ap. Bauldrium)* diligenter instruens *Cuperus,* et rebus coeptis inimica reddita bellum diligenter instruens *Columbus,* et se super ceptis inimicis diligenter instruens *Nic. Heinsius,* et rebus necessariis non minus diligenter instructa *aut* et recentibus copiis non minus diligenter instructa *Tollius,* et praeceptis amicos diligenter instruens *aut* et rebus contra inimicos diligenter instans *uel* insistens *Gale,* et rebus aptis inimicis ('res aptae inimicis *intellegantur')* diligenter instruens *Bauldri,* et rebus coeptis inimicis diligenter

proficiscitur in Galliam, ut Constantinum partibus suis conci-
2 liaret suae minoris filiae nuptiis. ille interea coacto exercitu
inuadit Italiam, ad urbem accedit senatum extincturus, popu-
lum trucidaturus: uerum clausa et munita omnia offendit.
nulla erat spes inrumpendi, oppugnatio difficilis, ad circum-
sedenda moenia non satis copiarum: quippe qui numquam
uiderat Romam aestimaretque illam non multo esse maiorem
3 quam quas nouerat ciuitates. tunc quaedam legiones dete-
stantes scelus, quod socer generum oppugnaret et quod Ro-
mani milites Romam, translatis signis imperium reliquerunt.
4 et iam ceteri milites nutabant, cum ille fracta superbia dimis-
sisque animis Seueri exitum metuens ad pedes militum pro-
f. 9a uolutus orabat ne hosti traderetur, donec promissis ingentibus
flexit animos eorum et retro signa conuertit ac fugam trepi-
dus capessiuit, in qua opprimi facillime potuit, si cum paucis
5 quispiam sequeretur. quod cum timeret, dedit militibus po-
testatem ut dispersi quam latissime diriperent omnia uel cor-
rumperent, ut si quis insequi uoluisset, utensilia non haberet.
6 uastata est igitur ea pars Italiae qua pestiferum illud agmen
incessit, expilata omnia, mulieres corruptae, uirgines uiolatae,
extorti parentes et mariti, ut filias, ut coniuges, ut opes suas
proderent. abactae tamquam de barbaris praedae pecorum ac
7 iumentorum. hoc modo se ad sedes suas recepit, cum Ro-

instructis *(cum C et Bal) Lenglet,* et receptis militibus diligenter instructa *Heumann,* et rebus eam in inimicos diligenter instruens *Walch,* et rebus et *(ac Fritzsche)* copiis inimicis diligenter instructa *Buenemann et Fritzsche,* et rebus coeptis in inimicos diligenter instructis *Duebner* et rebus coeptis inimicitiis diligenter instructa *Halm p. 165*

2 suae minoris filiae *Bal,* sic minoris familiae *C* 5 circumsedendam *C, corr. Bal;* circumsedendum *cum anonymo p. 51 Duebner* 7 estimaretque *C,* existimaretque *Heumann* 8 detestantes *Bal,* detestande *C;* detestando *Buenemann* 9 obpugnaret *C* 10 imperatorem *Lenglet,* impium *Heumann* 11 nutabant *Bal,* mutabantur *C* dimisisque *C;* demissisque *Columbus,* demissusque animi *Halm* 12 *ante* Seueri *add.* et *Lenglet (sed falso 'ex MS' ascribens)* 14 flexit animos eorum *Bal (in Erratis),* felix animos. quorum *C* 15 obprimi *C* 19 qua *Tollius,* quo *C*

manus quondam imperator, nunc populator Italiae, hostiliter
uniuersa uexasset. olim quidem ille ut nomen imperatoris 8
acceperat, hostem se Romani nominis erat professus, cuius
titulum immutari uolebat, ut non Romanum imperium, sed
Daciscum cognominaretur.

28. Post huius fugam cum se Maximianus alter e Gallia 1
recepisset, habebat imperium commune cum filio. sed iuueni
magis parebatur quam seni, quippe cum prior <esset> et maior
filii potestas, qui etiam patri reddiderat imperium. ferebat 2
iniquo animo senex quod non posset libere facere quae uellet,
et filio suo puerili aemulatione inuidebat. cogitabat ergo expellere
adulescentem, ut sibi sua uindicaret: quod facile uidebatur,
quia milites <ei> erant qui Seuerum reliquerant. ad- 3
uocauit populum ac milites quasi contionem de praesentibus
rei publicae malis habiturus. de quibus cum multa dixisset,
conuertit ad filium manus et illum esse dicens auctorem malorum,
illum principem calamitatum, quas res publica sustineret,
deripuit ab humeris eius purpuram. exutus ille prae- 4
cipitem se de tribunali dedit et a militibus exceptus est.
quorum ira et clamore perturbatus est senex impius et ab
urbe Roma tamquam Superbus alter exactus [est].

29. Rediens rursus in Gallias, ubi aliquantum moratus 1
est, profectus <est> ad hostem filii sui Maximianum, quasi
ut de componendo rei publicae statu [et] cum eo disputaret,

1 cōdam *C, corr. Bal* imperatorem *C, corr. Bal* hostili iter *C, corr. Bal* 2 uastasset *Bal secund. curis ap. Bauldrium* 4 inmutari *C* 5 Dacicum *Columbus in textu (item Bentleius), in notis* Daciscum *retinet* 6 altere gallie *C, corr. Bal* 8 cum] quod *Gale,* tum *Bauldri* esset *add. Tollius et Heumann* 9 fili *C* 10 quae *anonymus p. 51, item Halm p. 165 coni.* quae uelim c. 18, 11. quo *C;* quod *Bal* 12 adolescentem *C* 13 ei *add. Heumann* 15 abiturus *C* 18 deripuit *Tollius,* diripuit *C* exsutus *C* 21 est] *cf. 23* 22 aliquantulum *Bal; cf. c. 45, 6* 23 est *ex 21 transposuit Brandt, cf. Proleg. adn. 3,* ibique aliquantum moratus profectus est *anonymus p. 52* fili *C* 24 cōponendo *C* et *del. Bal; quod huc delatum esse, cum esset corrigendi causa ascriptum proximo* disputare *(sic C,* disputaret

re autem uera, ut illum per occasionem reconciliationis occi-
deret ac regnum eius teneret exclusus a suo quocumque ue-
2 nisset. aderat ibi Diocles a genero nuper accitus, ut quod
ante non fecerat, praesente illo imperium Licinio daret sub-
stituto in Seueri locum. itaque fit utroque praesente. sic uno
3 tempore sex fuerunt. qua re impeditis consiliis senex Maxi-
mianus tertiam quoque fugam moliebatur: redit in Galliam
plenus malae cogitationis ac sceleris, ut Constantinum impe-
ratorem, generum suum, generi filium, dolo malo circumueniret,
f. 9b et ut posset fallere, deponit regiam uestem. Francorum | gens
4 in armis erat. persuadet nihil suspicanti, ne omnem secum
exercitum duceret, paucis militibus posse barbaros debellari,
ut et ipse haberet exercitum quem occuparet, et ille opprimi
5 posset ob militum paucitatem. credit adulescens ut perito
ac seni, paret ut socero: proficiscitur relicta militum parte
maiore. ille paucis diebus expectatis cum iam Constantinum
aestimaret intrasse fines barbarorum, repente purpuram sumit,
thesauros inuadit, donat ut solet large: fingit de Constantino
6 quae in ipsum protinus reciderunt. imperatori propere quae
gesta sunt, nuntiantur. admirabili celeritate cum exercitu reuo-
lat. opprimitur homo ex improuiso, nondum satis instructus.
7 milites ad imperatorem suum redeunt. occupauerat Massiliam
et portas obserauerat. accedit propius imperator et in muro
adstantem alloquitur, non aspere nec hostiliter, sed rogat

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 24 s.] Panegyr. VII 15 (p. 171, 21 ss. Baehrens).

Bal) coni. Brandt (cf. ad coirent *et* cogerent *c. 36, 4;* dedidit se *c. 26, 10), uix* et <de restituenda concordia> *uel sim. fuisse uid.*

1 per occasionem *Bal,* pro occasione *C* 2 suo. quo cum uenisset *anonymus p. 52 (conferri potest p. 191, 7)* 5 locum *Columbus, item Bentleius,* loco *C; cf. Proleg. adn. 6* 6 praefuerunt *Bauldri* qua re *anonymus p. 52,* quare *Bal* 7 fugam *Bal,* pugnam *C* 8 contagionis *Bal* 10 posset *Bal,* possit *C* 13 *post* exercitum *ex 12* debellari *repetitum, sed expunctum, C* obprimi *C* 14 posset *Bal,* possit *C* paucitate *C, corr. Bal* adolescens *C* 17 estimaret *C,* existimaret *Heumann* 18 tesauros *C* 19 recciderunt *C* 21 obprimitur *C* inprouiso *C* 23 po·rtas, *post* o *litt. incerta, C* obserrauerat *C*

quid sibi uoluisset, quid ei defuisset, cur faceret quod ipsum
praecipue non deceret. ille uero ingerebat maledicta de muris.
tum subito a tergo eius portae reserantur, milites recipiuntur. 8
attrahitur ad imperatorem rebellis imperator, pater impius,
socer perfidus. audit scelera quae fecit, detrahitur ei uestis et
increpito uita donatur.

30. Sic amisso imperatoris ac soceri honore humilitatis 1
impatiens alias rursus insidias machinatus est, quia semel
habuit inpune. uocat filiam Faustam eamque nunc precibus 2
nunc blandimentis sollicitat ad proditionem mariti, alium di-
gniorem uirum pollicetur: petit, cubiculum patens relinqui et
neglegentius custodiri sinat. pollicetur illa facturam et refert 3
protinus ad maritum. componitur scaena qua manifesto facinus
teneretur. supponitur quidam uilis eunuchus qui pro impera-
tore moriatur. surgit ille nocte intempesta. uidet omnia in- 4
sidiis opportuna. rari excubitores erant et ii quidem longius:
quibus tamen dicit uidisse somnium quod filio suo narrare
uellet. ingreditur armatus et spadone obtruncato prosilit gloria-
bundus ac profitetur quid admiserit. repente se ex altera 5
parte Constantinus ostendit cum globo armatorum. profertur
e cubiculo cadauer occisi: haeret manifestarius homicida et
mutus stupet, quasi

dura silex aut stet Marpesia cautes:

impietatis ac sceleris increpatur. postremo datur ei potestas
liberae mortis,

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 23 Vergil. Aen. VI 471.

1 quid *(ante* ei*) Bal,* quod *C* 3 terga *C, corr. Bal* rese*rantur, *litt. incerta er., etiam* r *in ras., C* 4 ad trahitur *C* 9 abiit *Bal,* habuit *Bentleius (ex C) ascrips.* 13 cōponitur *C* schena *C* 14 subponitur *C* eunucus *C* 15 imtempesta *C* 16 oportuna *C* ex******tores (ubi superscr.) *C* hii *C* 17 uidisse ‹se› *anonymus p. 53* 18 prosilit *Tollius,* prosiliit *C* 19 quid admiserit *(uel* quod admiserat*) Tollius,* quod admiserit *C* 23 sil*** (ex superscr.) *C* cautis *C, e Vergilio corr. Columbus*

ac nodum informis leti trabe nectit ab alta.
6 ita ille Romani nominis maximus imperator, qui post longum
temporis interuallum cum ingenti gloria uiginti annorum uota
celebrauit, eliso et fracto superbissimo gutture uitam detesta-
bilem turpi et ignominiosa morte finiuit.
1 31. Ab hoc deus religionis ac populi sui uindex oculos
f.10a ad Maximianum alterum transtulit, nefandae persecutionis | au-
ctorem, ut in eo et<iam suae u>im maiestatis ostenderet.
2 iam de agendis et ipse uicennalibus cogitabat. <et ut>, qui
iam dudum prouincias afflixerat auri argentique indictionibus
factis, quae promiserat redderet, etiam in nomine uicennalium
3 securem alteram <iis> inflixit. qua uexatione generis humani
exactio celebrata sit maxime rei annonariae, quis enarrare
digne potest? officiorum omnium milites uel potius carnifices
singulis adhaerebant. cui prius satisfieret, incertum, uenia non

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 1 Vergil. Aen. XII 603.

1 ac] et *Vergil.* nodum, n *ras. ex* m *ut uid., C* *in marg. manu scriptoris codicis* mors max̃ *ascriptum est* 2 post *(aut* per—interuallum <dominatus> *quod recepit Duebner) Tollius,* ꝑ *C* 3 interuallo *C, corr. Bal* 6 religionis, ıe *in ras., C* 8 *in C post* in eo & *cum parte marginis superioris folii 10 a particula primi uersus spatium 10 f. hastarum continens abscissa est, sequitur spatium 6 hastarum, in quo iam Baluzius nihil certi legere poterat, post hanc lacunam superest* ım; *Le Nourry* ut in eo et<iã suȩ u>im, *quod recepimus, Bal* ut in eo etiam uim, *anonymus p. 53* ut in eo etiam uirtutem *coni.* 9 uicinalibus *C, corr. Bal* *post* cogitabat *per spatium 6 f. hastarum scriptura plane euanuit, iam Baluzius lacunam indicat;* <et ut> *coni. Gale,* ut diis suis *Columbus,* et ut is *Cuperus; cf. etiam ad u. 12* 11 reddiret *(sic) C, corr. Bal* in *Gale Buenemann alii damnant, sed cf. ad p. 200, 8* 12 securim *Columbus* iis *add. Brandt* inflixit *Graeuius (cf. etiam Buenemannum),* afflixit *C* *locum 9—11 sic constituebat ed. Oxon. 1680* et qui—factis, ut quae *eqs., Graeuius sic* qui—factis, quae promiserat reddere *('*reddere nimirum uicennalia est agere, celebrare, edere*')* <uero> uexatione *Brandt* 13 annonariae, quis *Bal, item Halm p. 165,* annonaria. Et quis *C;* annonariae, ecquis *Le Nourry* 15 uenia—multiplices *Bal (in Erratis),* ueniam non habentibus nullas abstinendi multiplicis *C;* uenia non habentibus nulla abstinendi, multiplices *ed. Oxon. 1680*

habentibus nulla. sustinendi multiplices cruciatus, nisi exhibe-
retur statim quod non erat. multis custodiis circumsaepto 4
nulla respirandi facultas, nullo tempore anni uel exigua requies.
frequens super isdem hominibus uel ipsis iudicibus uel mili-
tibus iudicum pugna. nulla area sine exactore, nulla uindemia
sine custode, nihil ad uictum laborantibus relictum. quae
quamquam intolerabilia sint, eripi ab ore hominum cibos
labore quaesitos tamen sustentabile aliquo modo uel spe futu-
rorum. quid uestis omnis generis? quid aurum? quid argen- 5
tum? nonne haec necesse est ex uenditis fructibus comparari?
unde igitur haec, o dementissime tyranne, praestabo, cum
omnes fructus auferas, uniuersa nascentia uiolenter eripias?
quis ergo non bonis suis euersus est, ut opes, quae sub im- 6
perio eius fuerunt, conraderentur ad uotum, quod non erat
celebraturus?

32. Nuncupato igitur Licinio imperatore Maximinus iratus 1
nec Caesarem se nec tertio loco nominari uolebat. mittit ergo 2
ad eum saepe legatos, orat sibi pareat, dispositionem suam
seruet, cedat aetati et honorem deferat canis. at ille tollit 3
audacius cornua et praescriptione temporis pugnat: sese prio-
rem esse debere, qui prior sumpserit purpuram: preces eius
et mandata contempsit. dolet bestia et mugit, quod cum ideo 4
ignobilem fecisset Caesarem, ut sibi obsequens esset, is tamen
tanti beneficii sui oblitus uoluntati ac precibus suis impie

2 circumsepto *C* 4 hisdem *C* 6 quae—quaesitos *Boherellus, item Graeuius, nisi quod* eripi a labro *scribit et post* quaesitos *uirgulam ponit,* Que quam tolerabilia sint eripi a labore hominum cibos labore questos *C;* quamquam intolerabile sit eripi ab ore hominum cibos labore quaesitos *Bal (in Erratis);* quae cum intolerabilia sint *ed. Oxon. 1680; alia ap. Bauldrium* 7 *ad* a labore *(sic Le Nourry) etiam Bentleius* ab ore *ascrips.* 8 sustentabile] tolerabile *Bal,* sustentabantur *Heumann,* sustentabilia *Halm* futurorum ⟨fructuum⟩ *Cellarium secutus Heumann* 9 quod aurum quod argentum *C, corr. Bal* 11 haec *Bauldri,* hoc *C* 16 Maximinus *Bal,* maximianus *C* 20 praescriptionem *C, corr. Bal* 22 contemnit *Tollius* rugit *Bauldri* cum *Boherellus,* eum *C;* quem *Nic. Heinsius;* quod eum adeo—esset, et is *Bauldri* 23 his *C*

5 repugnaret. uictus contumacia tollit Caesarum nomen et se Liciniumque Augustos appellat, Maximinum et Constantinum filios Augustorum. Maximinus postmodum scribit quasi nuntians in campo Martio proxime celebrato Augustum se ab exercitu nuncupatum. recepit ille maestus ac dolens et uniuersos quattuor imperatores iubet nominari.

1 33. Iam decimus et octauus annus agebatur, cum percussit eum deus insanabili plaga. nascitur ei ulcus malum in
2 inferiori parte genitalium serpitque latius. medici secant curant. sed inducta iam cicatrice scinditur uulnus et rupta uena fluit sanguis usque ad periculum mortis. uix tamen cruor
f.10b sistitur. noua ex integro cura. | tandem perducitur ad cicatri-
3 cem. rursus leui corporis m<otu u>lneratur: plus sanguinis quam ante decurrit. albescit ipse atque absumptis uiribus
4 tenuatur. et tunc quidem riuus cruoris inhibetur. incipit uulnus non sentire medicinam: proxima quaeque cancer inuadit et quanto magis circumsecatur, latius saeuit, quanto curatur, increscit.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES c. 33, 1. 7—9] Euseb. H. E. VIII 16, 4 s. Vit. Const. I 57, 1 s.

1 <tandem eius> contumacia *Heumann* 2 Maximinum *Bal (secund. curis ap. Bauldrium secutus Columbum qui* Maximinum, Maxentium et Constantinum *proposuerat),* maxencium *C* 3 Maximinus] Maxentius *Buenemann Fritzsche* 5 nuncupato *C, corr. Bal* 6 IIII$^{\text{or}}$ *C* nominari *Toinard,* munerari *C;* numerari *Bal* 9 curant] urunt *Boherellus, item Bentleius,* <urunt> curant *Columbus* 10 scinditur *Bal (in Erratis, quod probat Halm p. 162, in textu* inductam iam cicatricem scindit, *Graeuius* rescindit, *cf. Lact. Inst. VI 24, 21* rescissis uulneribus*),* scindit *C;* scindit se *Columbus* 11 uix tamen *s. l. ex* uitamen *C;* uix tandem *cum Boherello et Galio Duebner* 12 tandem *Boherellus,* tamen *C* perdicitur *C, corr. Bal* 13 *post* corporis m *particula primi uersus folii 10 b spatium 10 f. hastarum continens interiit (cf. ad p. 208, 9), post* ulneratus *superest;* m<otu u>lneratus *Bal (in Erratis);* motione *Lenglet;* uulneratur *Gale;* uulnerato plus *Columbus;* uulnere rescisso *Tollius,* uulnus natum *Brandt* 16 proxima *Bal,* pro maxima *C* 17 seuit *C,* serpit *anonymus p. 55* 18 increscit] aegrescit *Gale*

cessere magistri,
Phillyrides Chiron Amythaoniusque Melampus.

undique medici nobiles trahuntur: nihil humanae manus promouent. confugitur ad idola: Apollo et Asclepius orantur, 5 remedium flagitatur. dat Apollo curam: malum multo peius augetur. iam non longe pernicies aberat et inferiora omnia 6 corripuerat. conputrescunt forinsecus uiscera et in tabem sedes tota dilabitur. non desinunt tamen infelices medici uel sine spe uincendi mali fouere curare. repercussum medellis malum 7 recidit introrsus et interna comprehendit. uermes intus creantur. odor it non modo per palatium, sed totam ciuitatem peruadit. nec mirum. cum iam confusi essent exitus stercoris et urinae. comestur a uermibus et in putredinem corpus cum 8 intolerandis doloribus soluitur.

clamores simul horrendos ad sidera tollit,
quales mugitus, fugit cum saucius aram
taurus.

adponebantur ad sedem fluentem cocta et calida animalia, ut 9 uermiculos eliceret calor. quis resolutis inaestimabile scatebat examen et tamen multo maiorem copiam tabescendorum uisce-

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 1 s.] Vergil. Georg. III 549 s. 11 ss. p. 212, 5 ss. p. 214, 5 ss.] II Machab. 9, 9 ss. 13. 28. 15 ss.] Vergil. Aen. II 222 ss.

2 phillides. cirona. metomus. melãphius *C, ex Vergil. corr. ed. Oxon. 1680* 3 contrahuntur *Graeuius* 5 ⟨non⟩ dat *Gale,* negat *Heumann* 7 sedis *C, corr. Bal* 9 repercussum medelis *Toinard,* repercussis medullis *C;* repercussis medelis *Nic. Heinsius,* percussis medullis *Graeuius* 10 recedit *Gale* cõpraehendit *C* 11 odor it *Brandt,* odoritatem *C (librario iam proximum* ciuitatem *obuersabatur);* odor teter *(om.* it*) Bal in Erratis ed. 1679,* odoris diritas *secund. curis ap. Bauldrium,* odor autem *ed. Oxon. 1680,* odoritas tetra *Cuperus,* odor ita teter *uel* odoris foetor *Columbus,* odor it autem *Nic. Heinsius Boherellus Is. Vossius (sed hic* 'uel is autem'*) alii,* odor itat ⟨iam⟩ *Schoell* 13 comestur *Columbus,* cõmestus *C;* urinae comesti a uermibus *Bal (in Erratis)* 14 intole⸗randis *(a? er.) C* 16 qualis *Vergil.* fugit cum saucius aram *Vergil.,* fingit saucius *C* 18 apponebantur *C* 19 eligeret *C, corr. Bal* quis *pro* quibus *errore librarii ortum uid.* 20 tabescentium *Columbus et alii, sed ad* tabescendorum *cf. Sittl, Archiu. lexicogr. et gramm. lat. I 520*

10 rum pernicies fecunda generauerat. iam diuerso malo partes
corporis amiserant speciem. superior usque ad uulnus aruerat
et miserabili macie cutis lurida longe inter ossa consederat,
inferior sine ulla pedum forma in utrium modum inflata discre-
11 uerat. et haec facta sunt per annum perpetem, cum tandem
malis domitus deum coactus est confiteri. noui doloris urgentis
per interualla exclamat se restituturum dei templum satisque
pro scelere facturum. et iam deficiens edictum misit huius-
modi:

1 34. Inter cetera quae pro rei publicae semper
commodis atque utilitate disponimus. nos quidem
uolueramus antehac iuxta leges ueteres et publi-
cam disciplinam Romanorum cuncta corrigere at-
que id prouidere, ut etiam Christiani, qui paren-
tum suorum reliquerant sectam, ad bonas mentes
2 redirent. siquidem quadam ratione tanta eosdem
Christianos uoluntas inuasisset et tanta stultitia
occupasset, ut non illa ueterum instituta seque-
rentur, quae forsitan primum parentes eorundem

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 5 ss.] Euseb. H. E. VIII 17, 1. Vit. Const. I 57, 3. 10—p. 213, 22. hoc edictum in Graecum conuersum extat ap. Eusebium, H. E. VIII 17, 3—10; cf. ibid. § 11: ταῦτα κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν κατὰ τὸ δυνατὸν μεταβληθέντα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. ex Eusebio 'rursus transfudit in Latinum' Rufinus H. E. VIII 19. — cf. Belser, *Grammatisch-kritische Erklärung von Laktantius de mortibus persecutorum cap. 34.* progr. gratulator. Gymnasii Ellwangensis, 1889.

1 secunda *Bal* 2 admiserant *C, corr. Bal* 3 luride *C, corr. Bal* 4 increuerat *Graeuius,* et distenta erat *Heumann,* distenderat *('pro* se distenderat*') Buenemann* 6 noua ui doloris urgentis *aut* urgente *Columbus,* et ui doloris urgentis *Gale,* nam ui doloris urgente *Heumann, pro* noui *anonymus p. 55* tunc *uel* nunc 7 restiturum *C, corr. Bal* 8 emisit *Heinsius et alii* 10 *ap. Euseb. H. E. VIII 17, 3 edictum inducitur formula salutis continente nomina et titulos Galerii, Constantini, Licinii cum uerbis* ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν 12 ante ac *C, corr. Bal* 15 secta *C, corr. Bal* 16 quadam ratione] τινὶ λογισμῷ *Euseb. § 7* 17 uoluntas] πλεονεξία *Euseb. (i. e.* adrogantia, obstinatio*)* 19 parentes eorundem] καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν *Euseb.*

constituerant, sed pro arbitrio suo atque ut isdem
erat libitum, ita sibimet leges facerent quas ob-
seruarent, et per diuersa uarios populos congre-
garent. denique cum eiusmodi nostra iussio ex- 3
titisset, ut ad ue|terum se instituta conferrent, f. 11a
multi periculo subiugati, multi etiam deturbati
sunt. atque cum plurimi in proposito perseuera- 4
rent ac uideremus nec diis eosdem cultum ac reli-
gionem debitam exhibere nec Christianorum deum
obseruare, contemplatione mitissimae nostrae cle-
mentiae, intuentes et consuetudinem sempiter-
nam, qua solemus cunctis hominibus ueniam in-
dulgere, promptissimam in his quoque indulgen-
tiam nostram credidimus porrigendam, ut denuo
sint Christiani et conuenticula sua componant,
ita ut ne quid contra disciplinam agant. <per> 5
aliam autem epistolam iudicibus significaturi
sumus quid debeant obseruare. unde iuxta hanc
indulgentiam nostram debebunt deum suum orare
pro salute nostra et rei publicae ac sua, ut undi-
que uersum res publica praestetur incolumis et
securi uiuere in sedibus suis possint.

1 hisdem *C* ut isdem erat libitum] ὡς ἕκαστος ἐβούλετο *Euseb.* 2 ita—congregarent] οὕτως ἑαυτοῖς καὶ νόμους ποιῆσαι καὶ τούτους παραφυλάττειν, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν *Euseb., unde* sibimet <et> leges *anonymus p. 56* 4 denique] τοιγαροῦν *Euseb. § 8, unde* proinde *Heumann* 6 multi—deturbati sunt] πλεῖστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβληθέντες, πλεῖστοι δὲ ταραχθέντες παντοίους θανάτους ὑπέφερον *Euseb., unde* perturbati <et uariis mortibus affecti> sunt *Heumann* 7 atqui *Gale,* at *Heumann, sed* καὶ *Euseb. § 9* 10 contemplatione *Graeuius,* contemplationem *C;* ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν διηνεκῆ συνήθειαν *Euseb.* 13 promtissimam *C* in his quoque] καὶ ἐν τούτῳ *Euseb.,* his quoque *anonymus p. 56* 14 credidimus *Bal,* credimus *C,* ἐνομίσαμεν *Euseb.* 15 cōponant *C;* καὶ τοὺς οἴκους, ἐν οἷς συνήγοντο, συνθῶσιν *Euseb.* 16 per *add. Buenemann ex Eusebio* δι' ἑτέρας δὲ ἐπιστολῆς; alia autem epistola *Bal* 18 debeant *Bal,* debent *C;* τί αὐτοὺς παραφυλάξασθαι δεήσει *Euseb.* 21 praestetur incolumis *anonymus*

1 35. Hoc edictum proponitur Nicomediae pridie Kalendas
2 Maias ipso octies et Maximino iterum consulibus. tunc apertis carceribus, Donate carissime, cum ceteris confessoribus e custodia liberatus es, cum tibi carcer sex annis pro domicilio
3 fuerit. nec tamen ille hoc facto ueniam sceleris accepit a deo, sed post dies paucos commendatis Licinio coniuge sua et filio atque in manum traditis, cum iam totius corporis membra
4 diffluerent, horrenda tabe consumptus est. idque cognitum Nicomediae *** mensis eiusdem, cum futura essent uicennalia Kalendis Martiis impendentibus.

1 36. Quo nuntio Maximinus audito dispositis ab Oriente cursibus peruolauit, ut prouincias occuparet ac Licinio morante omnia sibi usque ad fretum Chalcedonium uindicaret. ingressusque Bithyniam, quo sibi ad praesens fauorem conciliaret,
2 cum magna omnium laetitia sustulit censum. discordia inter ambos imperatores ac paene bellum. diuersas ripas armati tenebant, sed condicionibus certis pax et amicitia componitur
3 et in ipso freto foedus fit ac dexterae copulantur. redit ille securus et fit qualis in Syria et in Aegypto fuit. inprimis indulgentiam Christianis communi titulo datam tollit subor-

p. 56 ex Eusebio § 10 ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καὶ τὰ δημόσια παρασχεθῇ ὑγιῆ, perstetur incolũnis *C;* perstet incolumis *Bal*

1 kł *C* 2 ipsa *C, corr. Bal* occies *C* Maximino *Bal,* maximiano *C* 4 e *Bal,* et *C;* ex *Halm* 7 manum *Tollius,* manu *C; cf. Proleg. adn. 6* 8 diffluerent *Tollius,* defluerent *C* 9 nicomedie *C; intercidisse aliquid uidit Columbus, qui* medio *suppleuit, item Bentleius et alii,* ⟨sub finem⟩ *uel* ⟨in fine⟩ *uel* ⟨Idibus⟩ *Bauldri,* ⟨Id.⟩ *etiam Lenglet (qui falso dicit 'in MS. esse uacuum duarum dumtaxat litterarum spatium', nil est nisi solitum inter bina uerba interuallum),* Nicomediae ** ⟨die⟩ *Halm p. 163* futuram *C, corr. Bal* 10 kł. mãr. *C* 11 Maximinus *Bal,* maximianus *C* 12 prouolauit *Heumann* prouincias ⟨proximas⟩ *cum Bauldrio Duebner* 13 calcedonum *C, corr. Bal* 14 Bithyniam *Bal,* bhianiam *C* 15 sustulit *Columbus et alii,* sustollit *C* discordia *Bal,* discordiam *C;* discordia inde *Tollius,* discordia iam *anonymus p. 57* 16 paene *Bal,* paena *C* 17 cõponitur *C* 18 freto *Bal,* fretu *C, quam formam uulgarem recipere noluimus, cf. etiam* freto *c. 45, 4* ad *C, corr. Bal* 20 titulo *'uir reuerendissim.' in ed. Oxon. 1680, item Bentleius et alii,* tutelo *C (quod Bal in ed. 1679 dubitanter retinet, secund.*

natis legationibus ciuitatum quae peterent, ne intra ciuitates
suas Christianis conuenticula extruere liceret, ut suasu coactus
et impulsus facere uideretur quod erat sponte facturus. qui- 4
bus annuens nouo more sacerdotes maximos per singulas ciui-
tates singulos ex primoribus fecit, qui et sacrificia per omnes
deos suos cotidie facerent et ueterum sacerdotum ministerio
subnixi darent operam, ⟨ut⟩ Christiani neque ⟨conuenticula⟩
fabricarent neque publice aut priuatim coirent, sed compre-
hensos suo iure ad sacrificia cogerent uel iudicibus offerrent.
parumque hoc fuit, nisi etiam prouinciis ex altiore dignitatis 5
gradu singulos quasi pontifices superponeret, | et eos utrosque f. 11b
candidis clamidibus ornatos iussit incedere. facere autem 6
parabat quae iam dudum in Orientis partibus fecerat. nam
cum clementiam specie tenus profiteretur, occidi seruos dei
uetuit, debilitari iussit. itaque confessoribus effodiebantur 7
oculi, amputabantur manus, pedes detruncabantur, nares uel
auriculae desecabantur.

37. Haec ille moliens Constantini litteris deterretur. dissi- 1
mulauit ergo. et tamen si quis ⟨in manus eius⟩ inciderat,
mari occulte mergebantur. consuetudinem quoque suam non
intermisit ut in palatio per singulos dies sacrificaretur. et 2
hoc primus inuenerat, ut animalia omnia quibus uescebatur,

caris ap. Bauldrium aliorum coniecturas titulo *et* tutela *affert); tutela ed. Oxon. 1680*

2 licere *C, corr. Bal* suasu] quasi *Bal* 3 ĩpulsus *C* 4 maximus *C, corr. Bal* 7 subnexi *C, corr. Bal* opera *C, corr. Bal* ut *add. Bal* neque] ne quid *Gale;* conuenticula *(uel* templa, *hoc iam Maucroix et Bauldri) add. Heumann* 8 coirent *Gale et alii,* colerent *C; cf. ad u. 9* sed] et *Heumann* c̃praehensus *C, corr. Bal* 9 suo* *(s er.) C* cogerent *Bal,* coieret *(sic) C; litteram* i *ad corrigendum* colerent *u. 8 destinatam in hanc uocem inlatam esse coni. anonymus p. 57* 12 chlamydibus *Bal* 13 iam dudum *om. Bal* 18 litteris *Bal,* litteras *C* 19 in manus eius *Bauldrium et Maucroixium secuti inseruimus* 20 mergebatur *cum Bal omnes edd., sed cf. c. 23, 2* unus quisque—aderant *(et c. 40, 2* utraque—necabantur*); Tacit. Ann. II 24* ut quis—reuenerat, — narrabant 21 palatium *C, corr. Bal*

non a coquis, sed a sacerdotibus ad aras immolarentur nihil-
que prorsus mensae adponeretur nisi aut delibatum aut sacri-
ficatum aut perfusum mero, ut quisquis ad cenam uocatus
3 esset, inquinatus inde atque impurus exiret. in ceteris quo-
que magistri sui similis. nam si quid reliqui uel Diocles uel
Maximianus reliquerant, hic abrasit sine ullo pudore auferens
4 omnia. itaque horrea priuatorum claudebantur, apothecae ob-
signabantur, debita in futuros annos exigebantur. hinc fames
5 agris ferentibus, hinc caritas inaudita. armentorum ac peco-
rum greges ex agris rapiebantur ad sacrificia cotidiana: quibus
suos adeo corruperat, ut aspernarentur annonam. et effundebat
passim sine dilectu, sine modo, cum satellites uniuersos, quo-
rum numerus ingens erat, pretiosis uestibus et aureis nummis
expungeret, gregariis et tironibus argentum daret, barbaros
6 omni genere largitionis honoraret. nam quod uiuentium bona

1 quoquis *C, corr. Bal* 5 magistris suis *Cuperus, item Bentleius* 6 reliquerant *Heumann (qui* reliqui *del., item Duebner),* reliquerunt *C;* fecerunt *anonymus p. 58, sed Buenemann confert Plaut. Cist. V 2, 5 (786 Schoell)* nunc quod ad uos, spectatores, relicuom relinquitur *et I 3, 40 (188)* quod relicuom restat 7 horrea////////// *(5 hastae er., iam* a *in ras.) C* 8 debita] tributa *Heumann* famis *C, corr. Bal* 9 non ferentibus *Bal,* feriantibus *anonymus p. 58, etiam Bentleius* lego, agris feriantibus, R. B. *ascrips.* 11 suos *Columbus,* eos *C, quod retinet Bal:* milites *Heumann,* aulicos *Cellarium secutus Fritzsche* aspernarentur, *sed* rent *in ras., C* et] *del. Heumann,* aes *cum Bauldrio Duebner* effundebat *Cuperus,* effundebant *C;* effunderent *ed. Oxon. 1680* 12 passim] pecuniam *Heumann, sed cf. Buenemannum; fort. tamen haec uox excidit* delicto *(sic) C, corr. Bal* satellites *(uel* milites*) ed. Oxon. 1680, utrumque etiam alii,* milites *Bentleius quoque,* satellites *recte defendit Tollius,* lites *C, quod retinet Bal;* diuites *Cuperus; ad* satellites *cf. Rufin. H. Eccl. VIII 17* et *(sc.* Maximinus*)* montes auri ut ita dixerim congregatos familiaribus suis ac satellitibus largiebatur *(Euseb. H. Eccl. VIII 14, 11 πλούτους ἀθρόως καὶ σωροὺς χρημάτων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κόλαξιν ἐδωρεῖτο).* 13 nummis] annulis *Duebner* 14 expungeret *Columbus et Cuperus (explicat Buenemann),* expungerent *C;* excoleret *('i. e.* demulceret'*) ed. Oxon. 1680,* expleret *Tollius,* expingeret *cum Bauldrio Duebner* 15 largitionis *Bal,* largitionibus *C*

uel auferebat uel dono suis dabat, ut quisque petierat aliena, nescio an agendas illi fuisse gratias putem, quod more clementium latronum incruenta spolia detrahebat.

38. Illud uero capitale et supra omnes qui fuerunt, cor- 1
rumpendi cupiditas! quid dicam nescio nisi caecam et effrenatam, et tamen his uerbis exprimi res pro indignatione sua non potest: uicit officium linguae sceleris magnitudo.
eunuchi, lenones scrutabantur omnia. ubicumque liberalior 2
facies erat, secedendum patribus ac maritis fuit. detrahebantur nobilibus feminis uestes itemque uirginibus et per singulos artus inspiciebantur, ne qua pars corporis regio cubili esset indigna. si qua detrectauerat, in aqua necabatur, tamquam

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 6 s.] Lact. Inst. VI 23, 12.

1 dabat, ut *anonymus p. 58,* dabatur *C;* dabat, prout *Bal* 2 morem *C, corr. Bal;* in morem *Weyman* clementium *Bal,* dementium *C* 4 capitali *C, corr. Bal* et] est *Cuperus,* ei *uel* ei et *Bauldri,* eius *Buenemann (qui tamen locum non undiquaque sanum esse ait)* 5 cupiditas! quid dicam *(*<eam> *uel fort.* <quam>quid dicam*) et* caecam et effrenatam *Brandt (cf. Lact. Inst. V 19, 2* quid aliud dicam quam miseros qui —? *cf. etiam Indic. gramm. s. 'neutrum'; ad* illud—cupiditas *cf. supra c. 23, 1* illud—census; *de littera* m *saepe in C defluente cf. Proleg. adn. 6),* quid dicam nescio nisi ceca et effrrenata *(sic) C;* cupiditas, quid dicam nescio, nisi caeca et effrenata *cum C Bal et plerique;* capitale ei, et—fuerunt, corrumpendi—effrenata *Bauldri,* illudendi uero corrumpendique cupiditas quam capitalis et supra, quam dici potest, caeca et effrenata! *dubitanter Heumann* 6 exprimi res *ed. Oxon. 1680,* exprimer$\overset{e}{e}$ *(sic,* e *s. l. repetitum a m. 1, ut eaedem litterae aliis quoque locis) C;* exprimi ea *Cuperus,* exprimi *Lenglet* indignitate *Columbus et alii, sed cf. Lact. Inst. VI 23, 12* quibus hoc uerbis aut qua indignatione tantum nefas prosequar?, *et ad sensum uocis Quintil. Declam. p. 6, 26 Ritter* hanc praeteritorum indignationem 7 uincit *cum Bal edd. paene omnes, sed* uicit *cum anonymo p. 59 retineri potest; cf. Lact. ibid.* uicit *(sic nunc legit Brandt cum codd. BRHV,* uincit *unus P)* officium linguae sceleris magnitudo; *uerba* uicit—magnitudo *spuria uidentur Eberto, Berichte d. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. uol. XXII (1870) 121 n. 14; cf. Brandt, Entstehungsverhältn. p. 30* 8 liberalior *Bal,* liberabilior *C* 9 parentibus *de Rooy p. 39* 10 feminis uestes

3 maiestatis crimen esset sub illo adultero pudicitia. aliqui
constupratis uxoribus, quas ob castitatem ac fidem carissimas
habebant, cum dolorem ferre non possent, se ipsos etiam necauerunt. sub hoc monstro pudicitiae integritas nulla, nisi ubi
4 barbaram libidinem deformitas insignis arcebat. postremo
hunc iam induxerat morem, ut nemo uxorem sine permissu
eius duceret, ut ipse in omnibus nuptiis praegustator esset.
5 ingenuas uirgines inminutas seruis suis donabat uxores. sed
f. 12a et comites eius sub tali principe | imitabantur s<tupra et hospit>um suorum cubilia inpune uiolabant: quis enim uindicaret? mediocrium filias, ut cuique libuerat, rapiebat. primariae, quae rapi non poterant, in beneficiis petebantur, nec recusare licebat subscribente imperatore, quin aut pereundum
6 esset aut habendus gener aliquis barbarus. nam fere nullus
stipator in latere ei nisi ex gente eorum qui a Gothis tempore uicennalium terris suis pulsi Maximiano se tradiderant malo generis humani, ut illi barbarorum seruitutem fugientes

Bal, feminib; uñis *C* 12 detrectauerat *ed. Oxon. 1680*, detractauerat *C; cf. ad c. 9, 8* aquam *C, corr. Bal* mergebatur *anonymus p. 59*
1 esset. Sub illo adultero *(om.* pudicitia*)* aliqui *Bal et Le Nourry, corr. e C recta simul distinctione posita et alii et Bentleius* 2 ob castitate ac fide *C, corr. Bal* 4 monstro *Maucroixium et Burnetum secutus Bauldri,* ministro *C* 8 inminutas] inuitas *Bal in Erratis, secund. curis ap. Bauldrium lectionem codicis retinet* 9 imitabat̓ sı//////////////////u suorum *C: cum parte marginis super. folii 12 a particula primi uersus spatium 20 f. hastarum continens abscissa est; supra alt.* a *(in* imitab.*) fuisse potest signum* ˜, *quod fort. cum proximis interiit. post* at *particula tantum signi* ̓ *(i. e.* ur*) superest;* ı *in* sı *etiam pars esse potest litterae* u *uel* t *uel* c̃; *litterae* u *(post lacunam) prior hasta paene tota deest cum superiore particula alterius; praeterea e regione quintae ante* u *hastae superest pars inferior hastae longioris, fuerat* p *uel* q *uel* f *uel fort.* r *(cuius hasta saepe deorsum porrigitur)*; imitabantur *ed. Oxon. 1680,* imitabatur *Bal;* s tupra et hospit>û suorum *Halm p. 166, iam anonymus p. 59* initiabantur *(pro* imitab.*)* stupris et domesticorum suorum *et Heumann* initiati hospitum suorum, *alia parum probabilia ap. Bauldrium et Buenemannum* 11 mediocrium <uero> *Bal* 12 recusari *C, corr. Is. Vossius* 13 pereundum *Bal,* peredum *C* 15 in] a *Tollius* latere ei *Bal,* laterei *C* eorum *Bal,* horum *C* gotis *C* 16 tradiderant *Tollius,* tradiderunt *C* 17 barbarorum *Brandt,* barbarum *C, quod*

in Romanos dominarentur. his satellitibus et protectoribus 7
cinctus Orientem ludibrio habuit.

39. Denique cum libidinibus suis hanc legem dedisset, ut 1
fas putaret quicquid concupisset, ne ab Augusta quidem, quam
nuper appellauerat matrem, potuit temperare. uenerat post 2
obitum Maximiani ad eum Valeria, cum se putaret in partibus
eius tutius moraturam eo maxime, quod habebat uxorem.
sed animal nefarium protinus inardescit. adhuc in atris uesti- 3
bus erat mulier nondum luctus tempore impleto. legatis prae-
missis in matrimonio postulat electurus uxorem, si impetrasset.
respondit illa libere quae sola poterat: primo non posse de 4
nuptiis in illo ferali habitu agere tepidis adhuc cineribus
mariti sui, patris eius; deinde illum impie facere, quod sibi
fidam coniugem repudiet, idem utique facturus et sibi; po-
stremo nefas esse illius nominis ac loci feminam sine more,
sine exemplo maritum alterum experiri. nuntiatur homini 5
quid esset ausa. libido in iram furoremque conuertitur. statim
mulierem proscribit, bona eius rapit, aufert comites, spadones
in tormentis necat, ipsam cum matre in exilium relegat nec
in locum certum, sed huc atque illuc praecipitem cum ludi-
brio exturbat et amicas eius affícto adulterio damnat.

40. Erat clarissima femina, cui ex filiis iuuenibus iam 1
nepotes erant. hanc Valeria tamquam matrem alteram dilige-
bat: cuius consilio negatam sibi suspicatur. dat negotium

fort. ut genet. plur. retinendum esse censet Halm p. 165 (cf. etiam Woelfflin. Archiu. lexicogr. et gramm. lat. IV 2), sed cf. p. 179, 6. 206, 17 barbaram *Bal*
1 satelibus *C, corr. Bal* 2 ludibrio *Bal*, iudibria *(uel* uidibria*) C* 3 legem *ex* legent *C* 5 po*tuit *(t er.) C* 9 praemissis *Bal*, primis *C, quod retinet Buenemann* 10 matrimonio *(s. l.* i *a m. 1 repetitum, cf. ad p. 217, 6) C;* matrimonium *Tollius et alii; Columbus confert Sulpic. Seuer. Chron. I 9, 1* eamque sibi in matrimonio a patre postulans, *ubi Halm (in adnot. edit. Sulpicii) I 43, 1* filia—in matrimonio accepta *adfert, nihilo minus* matrimonium *scribendum uid., cf. Proleg. adn. 6* 11 *an* posse‹se›*?* 12 ferali *Bal*, fedali *C* 14 fidam *Bal*, fidem *C;* fidelem *Lenglet* 15 femina *C, corr. Bal* 19 matrem *C, corr. Bal* 21 affícto *Bal*, afflicto *C* 24 eius *Cuperus* suspicabatur *Bal et Le Nourry*, suspicatur *e C Bentleius ascrips.*

2 praesidi † Eratineo, ut eam cum dedecore interficiat. huic
aliae duae adiunguntur aeque nobiles, quarum altera filiam
uirginem Vestalem Romae reliquerat, furtiue tunc Valeriae
familiaris, altera uirum habuit senatorem, non nimis Augustae
proxima. sed utraque ob eximiam pulchritudinem corporis ac
3 pudicitiam necabantur. rapiuntur subito mulieres non ad iu-
dicium, sed ad latrocinium: nec enim quisquam accusator
extabat. inuenitur quidam Iudaeus ob alia facinora reus, qui
spe inpunitatis inductus aduersus insontes mentiatur. iudex
aequus et diligens extra ciuitatem <eum> cum praesidio, ne
lapidibus obruatur, producit. agebatur haec tragoedia Nicaeae.|
f.12b 4 inrogantur tormenta Iudaeo, dicit quae iussus <fuerat: illae
ne obl>oquerentur, pugnis a tortoribus coercentur. innocentes
duci iubentur. fletus et comploratio non illius tantum mariti
qui aderat bene meritae uxori, sed omnium quos res indigna
5 et inaudita contraxerat. ac ne impetu populi de carnificum
manibus raperentur, promoti militari modo instructi, cliba-

1 erat in eo *C*, Eratineo *('locus corruptus. praesidis nomen est') Bal, secund. curis* Flaccino *(cf. c. 16, 4)*, Eratino *Columbus*, Cratino *uel* Flaccino *Buenemann*, protinus *Heumann*, Bithyniae *(cf. § 3* Nicaeae*) Brandt* 2 filiam uirginem Vestalem *Brandt secutus Boherellum, qui* Vestalem filiam uirginem, *et Heumannum, qui* filiam Vestalem uirginem *coni.*, uestalem famulam uirginem *C;* Vestalem famulam uirginem filiam *Cellarius; cf. c. 27, 1* familiae *pro* filiae *in C* 4 familieris, *sed s. l. corr., C* non nimis] non nihil *ed. Oxon. 1680*, non minus *Gale, item Bentleius et alii, sed cf. Buenemannum* 5 pulcritudinem *C* 6 necabatur *Bal et edd. omnes; cf. ad p. 215, 20 (*mergebantur*)*; notabantur *Bentleius* 8 ab *C, corr. Bal* 10 eum *add. Brandt* 11 producit *Buenemann*, protulit *C;* procedit *Heumann* 12 dič que *C, i. e.* dicit quae, *Bal* dum quae; *post* iussus *in C cum parte marginis super. folii 12 b particula primi uersus spatium 20 f. hastarum continens abscissa est (cf. ad p. 218, 9)*, fuerat, illae ne obl oquerentur *Halm p. 167, alia parum probabilia (maxime propter illud* dum *ex Baluzio receptum) ap. Bauldrium Heumannum Buenemannum* 14 čploratio *C* tantum *Bal*, tanti *C* 17 manibus *Bal*, manus *C* promoti] pro more *Bentleius* instructi— sagittarii *Domaszewski (conl. Notit. dignitat. Or. V p. 13, 28—30 Seeck* equites promoti seniores, clibanarii, sagittarii*)*, instructibile mens essagittari *C;* instructi milites *(sic in Notis,* uelites *in Erratis)* et sagit-

narii. sagittarii prosequuntur. ita mediae inter cuneos arma-
torum ad supplicium deductae. iacuissentque insepultae 6
domesticis in fugam uersis, nisi eas furtiua amicorum miseri-
cordia sepelisset. nec adultero inpunitas promissa persoluitur.
sed patibulo adfixus aperit omne mysterium et sub extremo
spiritu [inquit] omnibus qui uidebant, innocentes occisas esse
testatur.

41. Augusta uero in desertas quasdam Syriae solitudines 1
relegata patrem suum Diocletianum per occultos nuntios gna-
rum calamitatis suae fecit. mittit ille legatos et rogat, ut 2
ad se filiam remittat: nihil proficit. iterum ac saepius obse-
crat: non remittitur. postremo cognatum suum quendam, 3
militarem ac potentem uirum, legat, qui eum beneficiorum
suorum admonitum deprecetur. is quoque imperfecta legatione
irritas preces renuntiat.

42. Eodemque tempore senis Maximiani statuae Constan- 1
tini iussu reuellebantur et imagines ubicumque pictus esset,
detrahebantur. et quia senes ambo simul plerumque picti
erant, et imagines simul deponebantur amborum. itaque <Dio- 2

tarii *Bal*, i. uigiles et Cretenses sagittarii *Columbus*, i. et Viennenses sagittarii *Is. Vossius*, i. telis eas et sagittis *Graeuius*, i. pilo et ense. sagittarii *Bauldri*, Balearenses sagittarii *Bentleius*, i. pilo eas et sagittarii *Heumann; cf. Addenda*

1 medie *C* 4 adultero *Bal (cf. c. 39, 5* afficto adulterio*)*, adulterio *C;* Iudaeo *Heumann*, delatori *Buenemann, qui tamen* adultero *defendit; cf. etiam Cuperum et Bauldrium* 5 aperit *Tollius*, aperuit *C* 6 inquid *C*, inquit *Bal, del. Graeuius;* inquirentibus *Spark*, iniquis *(i. e.* iratis*) Buenemann*, denique *de Rooy p. 40, alia parum probabilia ap. Bauldrium* 9 nuntios gnarum *Halm*, magnarum *C;* gnarum *Bal* 10 calamitates *C, corr. Bal* 14 *fort.* admonitu *Halm* deprecetur *Bal*, depraecatur *C; fort.* deprecaretur *Halm* īperfecta *C;* perfecta *Nic. Heinsius*, illi perfecta *Bauldri*, iam perfecta *Buenemann, sed* imperfecta *est* inutili, irrita 16 senis *Bal*, senex *C* 17 ubicumque *'uir reuerend.' in ed. Oxon. 1680, item Is. Vossius et Bentleius*, cum quo *C;* cum quoque *Cuperus (saltem* cum pictus quoque*)*, eius *(*illius *Spark)* cum quo *Columbus*, loco quo *Gale* pigtus *C* 19 Diocletianus *add. Burnetus in interpretatione anglica et (post* uiuus*) Duebner*

cletianus⟩ cum uideret uiuus quod nulli umquam imperato-
rum acciderat, duplici aegritudine adfectus moriendum sibi
esse decreuit. iactabat se huc atque illuc aestuante anima per
dolorem nec somnum nec cibum capiens. suspiria et gemitus,
crebrae lacrimae, iugis uolutatio corporis, nunc in lecto, nunc
3 humi. ita uiginti annorum felicissimus imperator ad humilem
uitam deiectus a deo et proculcatus iniuriis atque in odium
uitae deductus postremo fame atque angore confectus est.

1 43. Unus iam supererat de aduersariis dei⟨Maximinus⟩: cuius
2 nunc exitum ruinamque subnectam. cum haberet aemulationem
aduersus Licinium, quia praelatus ei a Maximiano fuerat, licet
nuper cum eo amicitiam confirmasset, tamen ut audiuit Con-
stantini sororem Licinio esse desponsam, existimauit affini-
3 tatem illam duorum imperatorum contra se copulari. et ipse
legatos ad urbem misit occulte societatem Maxentii atque
amicitiam postulatum. scribit etiam familiariter. recipiuntur
legati benigne: fit amicitia, utriusque imagines simul locantur.
4 Maxentius tamquam diuinum auxilium libenter amplectitur:
iam enim bellum Constantino indixerat quasi necem patris
f. 13a 5 sui uindicaturus. unde suspicio inciderat | senem illum exi-

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 4 s. somnum—iugis] Lact. Epit. 66, 7.

1 nulla *C, corr. Bal* 3 animam *C, corr. Bal* prae dolore *Heumann, item Bentleius* 7 a deo *Boherellus, item Bentleius et alii,* adō *C;* adeo *Bal,* a deo *del. Heumann* et *post* a deo *del. anonymus p. 62* 8 deductus *(aut* adductus*) Columbus et alii (Buenemann confert Lact. Inst. II 1, 10* ad extremam mendicandi necessitatem deductus*; ibid. § 5* ad tantam caecitatem esse deductos*),* deiectus *C;* deuectus *Boherellus,* deiectus *retinet Nic. Heinsius, sed u. 7* ad humilem uitam redactus *scribit* 9 Maximinus *add. Brandt* 10 exitium *Columbus* 11 quia *Bal.* qui ad *C;* qui *anonymus p. 62, item Bentleius* 12 ut *Bal,* ut ut *C* 13 essa *(sic)* disponsam *C, corr. Bal* 14 et] ⟨ergo⟩ et *Columbus,* ⟨itaque⟩ et *Brandt,* ideo *Duebner* 15 maxenti *C* 16 postulatum *anonymus p. 62,* postulatam *C;* postulans *Bal* 18 tanquam *C* 20 illum exitiabilem *(uel* intestabilem*) Bal secund. curis (*intestabilem *in ed. 1679),* illu//xtabilem *(sic) C, particula primi uersus folii 13 a spatium 6 hastarum continens cum parte marginis super. ab-*

tiabilem finxisse discordiam cum filio, ut ad alios succidendos
uiam sibi faceret, quibus omnibus sublatis sibi ac filio totius
orbis imperium uindicaret. sed id falsum fuit. nam id pro- 6
positi habebat, ut et filio et ceteris extinctis se ac Diocletia-
num restitueret in regnum.

44. Iam mota inter eos fuerant arma ciuilia. et quamuis 1
se Maxentius Romae contineret, quod responsum acceperat
periturum esse, si extra portas urbis exisset, tamen bellum
per idoneos duces gerebatur. plus uirium Maxentio erat, quod 2
et patris sui exercitum receperat a Seuero et suum proprium
de Mauris atque Gaetulis nuper extraxerat. dimicatum, et 3
Maxentiani milites praeualebant, donec postea confirmato animo
Constantinus et ad utrumque paratus copias omnes ad urbem
propius admouit et e regione pontis Muluii consedit. immi- 4
nebat dies quo Maxentius imperium ceperat, qui est a. d.
sextum Kalendas Nouembres, et quinquennalia terminabantur.
commonitus est in quiete Constantinus, ut caeleste signum 5
dei notaret in scutis atque ita proelium committeret. facit ut
iussus est et transuersa X littera, summo capite circumflexo,
Christum in scutis notat. quo signo armatus exercitus capit 6
ferrum. procedit hostis obuiam sine imperatore pontemque

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 12 confirmato—paratus] cf. Vergil. Aen. II 61.

scissa est, fort. etiam ˜ *supra* u *interiit;* detestabilem *Is. Vossius et alii,* inexpiabilem *(sc.* discordiam*) Graeuius,* execrabilem *Halm*

1 succedendos *C, corr. Bal;* occidendos *Heumann* 2 sublatus *C, corr. Bal* 6 fuerunt *Heumann* 8 esse <se> *Cuperus,* <se> esse *Heumann* 9 idoneos duces *Bal,* īdoneos ducere *C* gerebat *Heumann* 11 Gaetulis *Heumann,* italis *C* demicatum *C* dimicatum est. Maxentiani *Heumann* 13 in utrumque paratus *Vergil.* 14 mulũ *C, corr. Bal* 15 ad sextum kł noubr. *C, corr. Tollius; ad* ad *Bentleius* A. D. (ante diẽ) *ascrips.* 16 quinquẽnaliã *C, corr. Bal* 17 celeste, *tert.* e *ex* i, *C* 18 facit *anonymus p. 63,* fecit *C* 20 Christum *Cuperus et alii,* xp̄o *C;* circumflexo Christo *Bal in Erratis ed. 1679 defendere temptat* 21 potemque *C, corr. Bal*

transgreditur. acies pari fronte concurrunt, summa ui utrimque pugnatur:

neque his fuga nota neque illis.

7 fit in urbe seditio et dux increpitatur uelut desertor salutis publicae cumque <conspiceretur>, repente populus — Circenses enim natali suo edebat — una uoce subclamat Constan-
8 tinum uinci non posse. qua uoce consternatus proripit se ac uocatis quibusdam senatoribus libros Sibyllinos inspici iubet: in quibus repertum est illo die hostem Romanorum esse peri-
9 turum. quo responso in spem uictoriae inductus procedit, in aciem uenit. pons a tergo eius scinditur. eo uiso pugna crudescit et manus dei supererat aciei. Maxentianus proterretur. ipse in fugam uersus properat ad pontem, qui interruptus erat, ac multitudine fugientium pressus in Tiberim deturbatur.
10 confecto tandem acerbissimo bello cum magna senatus populique Romani laetitia susceptus imperator Constantinus Maximini perfidiam cognoscit, litteras deprehendit, statuas et imagines
11 inuenit. senatus Constantino uirtutis gratia primi nominis titulum decreuit, quem sibi Maximinus uindicabat: ad quem uictoria liberatae urbis cum fuisset adlata, non aliter accepit,
12 quam si ipse uictus esset. cognito deinde senatus decreto sic exarsit dolore, ut inimicitias aperte profiteretur, conuicia iocis mixta aduersus imperatorem maximum diceret.

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 3] Vergil. Aen. X 757. 11 pugna crudescit] Vergil. Aen. XI 833.

1 concurrunt *Heumann*, concurrit *C* 3 *Bentleius* Virgil. Aen. 10. 757. *ascrips.* 5 conspiceretur *add. Brandt*, '*aliqua uerba desunt*' *Pagius, item Allix*, cum *Boherellus*, cumque—hac *(uel* ea*)* uoce *(u. 7) ed. Oxon. 1680*, tumque *uel* tuncque *Bauldri*, cunctusque *Nic. Heinsius* 6 edebat, una *Heinsius*, et debita *C;* dabat, edita *Bauldri* 7 uinci] sine eo uinci *Heumann* ac uocatis *Bal*, auocatis *C* 8 sibellinos *C* inspici iubet *in ras. C* 10 reponso *C* 11 scenditur *C, corr. Bal;* rescinditur *Halm* 12 et] sed *Brandt* supererat *male a quibusdam (cf. Bauldrium et Buenemannum) temptatum, est* defendebat; *cf. Gell. I 22, 1 s. 6. 11* proteritur *Cuperus* 14 hac *C, corr. Bal* 15 tandem *Bal, item Bentleius*, tamen *C* 19 Maximinus *Bal*, maximianus *C* uindicarat *Lenglet* 22 dolorem *C, corr. Bal*

45. Constantinus | rebus in urbe compositis hieme proxima 1 f.13b
Mediolanum concessit. eodem Licinius aduenit, ut acciperet
uxorem. Maximinus ubi eos intellexit nuptiarum sollemnibus 2
occupatos, exercitum mouit e Syria hieme [quam] cum maxime
saeuiente et mansionibus geminatis in Bithyniam concurrit
debilitato agmine. nam maximis imbribus et niuibus et luto 3
et frigore et labore iumenta omnis generis amissa sunt. quorum miserabilis per uiam strages speciem iam futuri belli et
similem cladem militibus nuntiabat. nec ipse intra fines suos 4
moratus est, sed transiecto protinus freto ad Byzantii portas accessit armatus. erant ibi milites praesidiarii, ad huius modi casus a Licinio conlocati. hos primum muneribus et promissis inlicere temptauit, postea ui et oppugnatione terrere, nec tamen
quicquam uis aut promissa ualuerunt. iam consumpti erant 5
dies undecim, per quos fuit spatium nuntios litterasque mittendi ad imperatorem, cum milites non fide, sed paucitate diffisi se ipsos dederunt. hinc promouit Heracleam et illic
eadem ratione detentus aliquot dierum tempus amisit. et iam 6
Licinius festinato itinere cum paucis Hadrianopolim uenerat, cum ille accepta in deditionem Perintho aliquantum moratus processit ad mansionem milia decem et octo: nec enim poterat ulterius, Licinio iam secundam mansionem tenente distantem

1 cōpositis *C* 2 concessit *Halm p. 167*, co//// fit *(sed litterae ſ inferior tantum particula superest) C, particula primi uersus folii 13 b spatium 6 hastarum continens cum parte marginis super. abscissa est (cf. ad p. 222, 20)*; contendit *Bal* 3 sollēnibus *C* 4 quā. (cū) maxime *(s. l. m. 1) C*, quam *del. Heumann* 5 accurrit *Graeuius*, procurrit *Tollius*; cucurrit *Heumann* 8 stragis *(st in ras.) C, corr. Bal* 10 bizanti *C* 12 casus a *Bal*, causa *C* 13 īlicire *C, corr. Bal* nec *Bal*, ne *C* 14 qui quam *C, corr. Bal* ⟨aut⟩ uis *Columbus* 16 fide] *'an forte sponte?' Heumann* 17 deffisi *C* ipsi *'casu datiuo' Heumann* dediderunt *Bal, item Bentleius* eracliā *C* 18 aliquod *C, corr. Bal* 19 adrianopoli *C, corr. Bal* 20 deditionem *Tollius, item Bentleius*, dedicione *C; cf. Proleg. adn. 6* perentho *C* aliquantum *Halm (cf. c. 29, 1)*, aliquanto *C* 21 processit *(i in er. e) C* 22 secundam — milibus *Bal (in Erratis), item Bentleius*, secunda mansione tenente destante militibus *C*; distante *retinet Columbus*

7 milibus totidem. qui collectis ex proximo quantis potuit mili-
tibus pergebat obuiam Maximino, magis ut eum moraretur
quam proposito dimicandi aut spe uictoriae, quippe cum ille
septuaginta milium armatorum exercitum duceret, ipse uix
8 triginta milium numerum collegisset. sparsi enim milites per
diuersas regiones fuerant et adunari omnes angustiae temporis
non sinebant.

1 46. Propinquantibus ergo exercitibus iam futurum prope-
2 diem proelium uidebatur. tum Maximinus eius modi uotum
Ioui uouit, ut si uictoriam cepisset, Christianorum nomen ex-
3 tingueret funditusque deleret. tunc proxima nocte Licinio
quiescenti adsistit angelus dei monens, ut ocius surgeret atque
oraret deum summum cum omni exercitu suo: illius fore
4 uictoriam, si fecisset. post has uoces cum surgere sibi uisus
esset et cum ipse qui monebat, adstaret, tunc docebat eum,
5 quomodo et quibus uerbis esset orandum. discusso deinde
somno notarium iussit acciri et sicut audierat, haec uerba
6 dictauit: Summe deus, te rogamus, sancte deus, te
rogamus: omnem iustitiam tibi commendamus, sa-
lutem nostram tibi commendamus, imperium no-
strum tibi commendamus. per te uiuimus, per te
uictores et felices existimus. summe, sancte deus,
preces nostras exaudi: brachia nostra ad te ten-
7 dimus: exaudi sancte, summe deus. scribuntur haec
f. 14a in libellis pluribus | et per praepositos tribunosque mittuntur,
ut suos quisque milites doceat. creuit animus uniuersis uicto-
8 riam sibi credentibus de caelo nuntiatam. statuit imperator
proelium diei Kalendarum Maiarum, quae octauum annum nun-

1 totidem. qui *ed. Oxon. 1680, item Bentleius*, totidemq. *C;* totidemque *Bal, sed* totidem atque *in Erratis,* totidem. hic itaque *Columbus* 2 *fort.* pergente *Bal (in Erratis)* 12 quiescenti *(*ti *in ras.) C* otius *C* 14 <id> si *Heumann* cum surgere *Bal,* c̃surgere *C* 15 ipse *Boherellus,* ipso *C;* consurgere—uisus est et cum ipso—adstare *Tollius;* et ipse—adstare *Heumann* tunc| hic *Heumann* 17 asciri *C, corr. Tollius* 28 die *uel* diem *Cuperus,* in diem *aut* ad diem *Columbus,* die *etiam Bentleius*

cupationis eius implebant, ut suo potissimum natali uinceretur,
sicut ille uictus est Romae. Maximinus uoluit praeire matu- 9
rius: pridie mane aciem composuit, ut natalem suum postridie
uictor celebraret. nuntiatur in castra mouisse Maximinum.
capiunt milites arma obuiamque procedunt. campus intererat
sterilis ac nudus, quem uocant Serenum. erat iam utraque 10
acies in conspectu. Liciniani scuta deponunt, galeas resoluunt,
ad caelum manus tendunt praeeuntibus praepositis et pro
imperatore precem dicunt. audit acies peritura precantium
murmur. illi oratione ter dicta uirtute iam pleni reponunt 11
capitibus galeas, scuta tollunt. procedunt imperatores ad con-
loquium. ferri non potuit Maximinus ad pacem: contemnebat 12
enim Licinium ac desertum iri a militibus existimabat, quod
ille esset in largiendo tenax, ipse autem profusus, eoque pro-
posito mouerat bellum, ut exercitu Licinii sine certamine ac-
cepto ad Constantinum duplicatis uiribus statim pergeret.

47. Ergo propius acceditur, tubae canunt, signa procedunt. 1
Liciniani impetu facto aduersarios inuadunt. illi uero perterriti
nec gladios expedire nec tela iacere quiuerunt. Maximinus 2
aciem circumire ac milites Licinianos nunc precibus sollicitare,
nunc donis. nullo loco auditur. fit impetus in eum et ad suos
refugit. caedebatur acies eius inpune et tantus numerus legio-
num, tanta uis militum a paucis metebatur. nemo nominis, 3
nemo uirtutis, nemo ueterum praemiorum memor: quasi ad
deuotam mortem, non ad proelium uenissent, sic eos deus
summus iugulandos subiecit inimicis. iam strata erat ingens
multitudo. uidet Maximinus aliter rem geri quam putabat. 4
proiecit purpuram et sumpta ueste seruili fugit ac fretum

1 implebunt *C, corr. Bal* 3 cōposuit *C* post tridie *C* 4 in *del. Schoell* 6 sterelis *C* utroque *C, corr. Bal* 8 pro imperatore *Heumann,* pro imperatorem *C;* post imperatorem *Bal* 12 ferri *Bal,* ferre *C;* perpelli *Heumann,* flecti *Buenemann,* moueri *Brandt* 13 existimabat *Bal,* extimabat *C;* aestimabat *anonymus p. 64* 15 exercitum *C, corr. Bal* licini *C* certamina *C, corr. Bal* 19 quieuerunt *C, corr. Bal* 22 cedebatur *C* impune *C* 23 metebatur *Bal,* metuebatur *C* 27 maximnus *C* putarat *Heumann*

traiecit. at in exercitu pars dimidia prostrata est, pars autem
uel dedita uel in fugam conuersa est: ademerat enim pudo-
5 rem deserendi desertor imperator. at ille Kalendis Mais id
est una nocte atque una die **, Nicomediam alia nocte per-
uenit, cum locus proelii abesset milia centum sexaginta, raptis-
que filiis et uxore et paucis ex palatio 'comitibus petiuit Ori-
6 entem. sed in Cappadocia collectis ex fuga et ab Oriente
militibus substitit. ita uestem resumpsit.

1 48. Licinius uero accepta exercitus parte ac distributa
traiecit exercitum in Bithyniam paucis post pugnam diebus et
Nicomediam ingressus gratiam deo, cuius auxilio uicerat, re-
tulit ac die Iduum Iuniarum Constantino atque ipso ter con-
sulibus de restituenda ecclesia huius modi litteras ad praesi-
dem datas proponi iussit:

f.14b 2 Cum feliciter tam ego ¦ [quam] Constantinus Au-
gustus quam etiam ego Licinius Augustus apud
Mediolanum conuenissemus atque uniuersa quae
ad commoda et securitatem publicam pertinerent,
in tractatu haberemus, haec inter cetera quae ui-
debamus pluribus hominibus profutura, 'uel in

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 15 hae litterae in Graecum conuersae extant ap. Eusebium H. E. X 5, 2—14; cf. ibid. § 1: φέρε δὴ λοιπὸν καὶ τῶν βασιλικῶν διατάξεων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου τὰς ἐκ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς μεταληφθείσας ἑρμηνείας παραθώμεθα; ex Eusebio habet Nicephorus H. E. VII 41.

1 at *Tollius, item Bentleius,* ac *C;* atque exercitus *Buenemann,* ac dein exercitus *Fritzsche; an post* exercitu *aliquid excidit?* autem] altera *Boherellus, item Bentleius et Heumann* 2 in fugam conuersa est *Halm p. 166,* in fuga ē uersa ē *C,* in fugam uersa est *Bal; cf. Proleg. adn. 6* 3 Maiis *Bal,* maisi *C* 4 *lacunam indicauit Columbus, qui* fugiens *addit,* ad fretum *Tollius,* Melantiada *Lenglet* 5 sexxaginta (ex *per ligaturam scriptum) C* 7 in Cappadocia *Bal,* ex capadotiam *C* 8 ita] ibi *Bauldri,* ac *Halm* 9 Litinium *C, corr. Bal* 10 bithinia *C, corr. Bal* pugna *C, corr. Bal* 12 tertium *coni. Halm, sed cf.* bis *p. 202, 21;* octies *p. 214, 2* 15 *deest initium litterarum quod Eusebius (§ 2. 3) habet* quam *del. Bal*

primis ordinanda esse credidimus, quibus diuinitatis reuerentia continebatur, ut daremus et Christianis et omnibus liberam potestatem sequendi religionem quam quisque uoluisset, quo quicquid <est> diuinitatis in sede caelesti, nobis atque omnibus qui sub potestate nostra sunt constituti, placatum ac propitium possit existere. itaque 3
hoc consilium salubri ac rectissima ratione ineundum esse credidimus, ut nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui uel obseruationi Christianorum uel ei religioni mentem suam dederat quam ipse sibi aptissimam esse sentiret, ut possit nobis summa diuinitas, cuius religioni liberis mentibus obsequimur, in omnibus solitum fauorem suum beniuolentiamque praestare. quare 4
scire dicationem tuam conuenit placuisse nobis, ut amotis omnibus omnino condicionibus quae

1 credidimus *Bal*, credimus *C*; ἐδογματίσαμεν *Eusebius* § 4 diuinitatis *Bal*, diuinitas *C*; οἷς ἡ πρὸς τὸ θεῖον αἰδώς τε καὶ τὸ σέβας ἐνείχετο *Euseb.* 2 continetur *Heumann, sed* ἐνείχετο *Euseb.* 3 sequenti *C, corr. Bal* 4 quo quicquid est diuinitatis *Toinard secutus Columbum* quo quicquid demum esset diuinitatis *et Cuperum* quo quicquid diuinitatis *scribentem (ex Eusebio)*, quod quidem diuinitas *C*; ὅπως ὅτι ποτέ ἐστι θειότητος *(sic codd.*, θειότης *edd.)* καὶ οὐρανίου πράγματος—εὐμενὲς εἶναι δυνηθῇ *Euseb.*; ut quidem diuinitas—placata ac propitia possit exsistere *Graeuius, item, nisi quod* quo quidem *Bentleius et Duebner; alia ap. Bauldrium* 5 in sede caelesti] et rei coelestis *Toinard secutus Eusebium* 7 posset *Tollius* 8 consilium *anonymus p. 65 ex Eusebio* (§ 5 τοίνυν ταύτην τὴν βούλησιν ὑγιεινῷ καὶ ὀρθοτάτῳ λογισμῷ ἐδογματίσαμεν), consilio *C* salubri *Bal*, salubria *C* 9—12 (ut nulli—sentiret) ὅπως μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ᾖ τοῦ ἀκολουθεῖν καὶ αἱρεῖσθαι τὴν τῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ θρησκείαν, ἑκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ διδόναι ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἁρμόζειν νομίζῃ *Euseb.* 11 dederet *Bal*, dederit *Heumann* 13 cuius—obsequimur] *nihil eiusmodi ap. Euseb.* 14 solita *C, corr. Bal* 15 fauorem *Bal*, feruorem *C*; τὴν ἔθιμον σπουδήν *Euseb.* 15. 16 (quare—nobis) ἅτινα οὕτως ἀρέσκειν ἡμῖν ἀντιγράψαι ἀκόλουθον ἦν *Euseb.* § 6 *de* § 4 *cf. quae disputauerunt Heinichen, Euseb. uol. III (ed. alt.) p. 743 ss.*

prius scriptis ad officium tuum datis super Chri-
stianorum nomine <continebantur, et quae pror-
sus sinistra et a nostra clementia aliena esse>
uidebantur, <ea remoueantur. et> nunc libere ac
simpliciter unus quisque eorum, qui eandem ob-
seruandae religionis Christianorum gerunt uolun-
tatem, citra ullam inquietudinem ac molestiam
5 sui id ipsum obseruare contendant. quae sollici-
tudini tuae plenissime significanda esse credidi-
mus, quo scires nos liberam atque absolutam co-
lendae religionis suae facultatem isdem Christia-
6 nis dedisse. quod cum isdem a nobis indultum
esse peruideas, intellegit dicatio tua etiam aliis

et scriptores ab eo adlati, maxime Keim, Theolog. Jahrbb. XI 221 ss. 240, praeterea Crivellucci, Della fede storica di Eusebio p. 124. Seeck, Zeitschr. f. Kirchengesch. XII 385, Goerres, Zeitschr. f. wissenschaftl. Theol. XXXV 290

2 s. 4 *lacunas ex Eusebio indicauit et expleuit Columbus, aliter Toinard, quem sequimur (nisi quod* laeuae—alienae—eae tollantur *scripsit,* sinistra *et* remoueantur *Valesius interpres Eusebii); p. 229, 17—230, 4* (ut amotis —et nunc) ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι τοῖς πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν ἀποσταλεῖσι περὶ τῶν Χριστιανῶν ἐνείχοντο, καὶ ἅτινα πάνυ σκαιὰ καὶ τῆς ἡμετέρας πραότητος ἀλλότρια εἶναι ἐδόκει, ταῦτα ὑφαιρεθῇ, καὶ νῦν *Euseb.;* continebantur, cum illa, quae prorsus sinistra et a nostra mansuetudine aliena esse uidebantur, omnino remoueantur, nunc *Buenemann;* continebantur et quae prorsus laeuae *(uel* sinistrae*)* et a nostra clementia alienae esse uidebantur, nunc *Duebner et alii: quod si recipitur, nimis aspere imperatores ipsi de suis 'condicionibus' iudicant, atque obstat etiam Eusebius* 4 libere *(ex Eusebio* ἐλευθέρως τε καὶ ἁπλῶς*) Columbus Toinard alii,* cauere *C; fort.* aperte *Halm;* cauere ut simpliciter *ed. Oxon. 1680,* caueres ut simpliciter *Boherellus, item Bentleius;* nunc uere ac libere *Bauldri,* uere *etiam Duebner; pro* nunc cauere *Tollius* nunc reuocentur *coni.* 6 religionis *ed. Oxon. 1680,* religioni *C; cf.* ἕκαστος τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐσχηκότων τοῦ φυλάττειν τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν *Euseb.* 7 ullam *Bal,* illam *C;* ἄνευ τινὸς ὀχλήσεως *Euseb.* 9 plenissime *Bal,* plenissima *C;* ἅτινα— πληρέστατα δηλῶσαι ἐδογματίσαμεν *Euseb. § 7* 12 hisdem *C* 13 intelligit *C* 13—231. 4 (etiam—facultatem) *Eusebius (§ 8) liberius reddidit*

religionis suae uel obseruantiae potestatem similiter apertam et liberam pro quiete temporis nostri ⟨esse⟩ concessam, ut in colendo quod quisque delegerit, habeat liberam facultatem. ⟨quod a nobis factum est, ut neque cuiquam⟩ honori neque cuiquam religioni ⟨detractum⟩ aliquid a nobis ⟨uideatur⟩. atque hoc insuper in persona 7
Christianorum statuendum esse censuimus, quod, si eadem loca, ad quae antea conuenire consuerant, de quibus etiam datis ad officium tuum litteris certa antehac forma fuerat comprehensa. priore tempore aliqui uel a fisco nostro uel ab alio quocumque uidentur esse mercati, eadem Christianis sine pecunia et sine ulla pretii petitione, postposita omni frustratione atque ambi-

2 nostri esse *Bal.* nr̃i *(sed hae litt. euanidae), post. in fine uersus, scriptura per 3 f. spatia plane euanuit,* ee *fuisse uid.;* τῇ ἡσυχίᾳ τῶν ἡμετέρων καιρῶν *Euseb. § 8* 3 concessa *C, corr. Bal* colenda *C, corr. Columbus (in Erratis post p. 236, ad p. 71, 7)* 4 delegerit *Graeuius,* diligeret *C* 4—7 *locum expleuit correxitque ex Eusebio Columbus (etiam ed. Oxon. 1680), in C post* facultatem *sunt haec* quia *(sed litt.* ia *paene euanuerunt parumque certae sunt,* quas *edidit Bal, qui tamen non recte post hanc uocem etiam lacunam significat)* honori neq. cuiquã religioni aut aliquid a nobis, *quae edidit Bal;* quod a nobis factum est, ut neque honori cuiquam neque religioni detractum aliquid aut imminutum esse a nobis uideatur *Columbus,* quia uideri nolumus cuiquam honori aut cuiquam religioni aliquid a nobis detractum *ed. Oxon. 1680;* τοῦτο δὲ ὑφ' ἡμῶν γέγονεν, ὅπως μηδεμιᾷ τιμῇ μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ μεμειῶσθαί τι ὑφ' ἡμῶν δοκοίη *Euseb. § 8;* atque ut neque honori neque religioni cuiusquam aliquid a nobis detrahi uideatur *Heumann;* quia ⟨nolumus detrahi⟩ honori neque cuiquam religioni aliquid a nobis *cum Lengletio Duebner et Hurter* 7 in personam *cum Bauldrio (ex Eusebio § 9* εἰς τὸ πρόσωπον τῶν Χριστιανῶν*) Duebner* 8 quod] ut *Heumann ex Eusebio* δογματίζομεν, ἵνα 9 ea *Tollius,* eorum *Heumann ex Eusebio* τοὺς τόπους αὐτῶν ad quae *Bal,* adq. q. *C;* εἰς οὓς *Euseb.* 11 certa—forma] τύπος ἕτερος *Euseb.* ante ac *C, corr. Bal* c̃praehensa *C* 15 frustacione *C, corr. Bal*

8 guitate, restituant, qui etiam dono fuerunt consecuti, eadem similiter isdem Christianis quantocius reddant. etiam uel hi qui emerunt uel qui dono fuerunt consecuti, si petiuerint de nostra beniuolentia aliquid, uicarium postulent, quo et ipsis per nostram clementiam consulatur. quae omnia corpori Christianorum protinus per inter-
9 cessionem tuam ac sine mora tradi oportebit. et quoniam idem Christiani non [in] ea loca tantum ad quae conuenire consuerunt, sed alia etiam habuisse noscuntur ad ius corporis eorum id est ecclesiarum, non hominum singulorum, pertinentia, ea omnia lege quam superius comprehendimus, citra ullam prorsus ambiguitatem uel con-
f. 15a trouersiam isdem | Christianis id est corpori et conuenticulis eorum reddi iubebis, supra dicta scilicet ratione seruata, ut ii qui eadem sine pre-

1 restituantur *Le Nourry (sed perperam ut ex C. in quo post* restituant *est ~ distinctio) Duebner Fritzsche* qui] quae *Bentleius, sed Euseb.* καὶ εἴ τινες 2 hisdem *C* 3 reddantur *Bentleius, sed sine dubio propter* restituantur *ap. Le Nourryum; Euseb.* ὅπως—ἀποκαταστήσωσιν et iam *Diazius (ap. Bauldrium II p. 111, ap. Lengletium II p. 347)* 4 dono fuerunt *Gale,* donauerunt *C* petiuerint *ex Eusebio Bauldri,* putauerint *C;* ἢ <εἰ> οἱ κατὰ δωρεὰν εἰληφότες αἰτῶσί τι παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκἀγαθίας, προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπων ἐπάρχῳ δικάζοντι *Euseb. § 10;* si putauerint, de nostra beniuolentia aliquid uicarium postulent *Columbus;* si optauerint de nostra beneuolentia aliquid uicarium *('ualet* rem aliquam uicariam'*),* postulent *Diazius, qui Eusebium uocem* uicarium *non recte intellexisse putat, eundem errorem illum admisisse atque etiam uerba* si putauerint *omisisse putat Heinichen ad Euseb. X 5. 10 n. 19 (ed. alt.), sed cf. Baluzium, Epistol. ad Diazium (ap. Bauldrium II p. 112, ap. Lengletium II 347)* 5 beniuolentia, *sed pr.* i *minus certum, fort.* e *est, C* quo *Bal,* co *C* 9 in *del. Boherellus* 10 ad quae *Bal.* adq. *C* 13 quam *Tollius, item anonymus p. 67 et Buenemann ex Eusebio § 11* ἐπὶ τῷ νόμῳ, ὃν προειρήκαμεν, *et conl. Lact. Inst. VII 6, 9* illa rerum summa quam superius conprehendimus, qua *C, quod retinent Bal et alii* c̃prachendimus *C* 15 isdem *Bal,* :dem *C* 17 ii *Bal,* hii *C*

tio sicut diximus restituant. indemnitatem de no-
stra beniuolentia sperent. in quibus omnibus su- 10
pra dicto corpori Christianorum intercessionem
tuam efficacissimam exhibere debebis, ut prae-
ceptum nostrum quantocius conpleatur, quo etiam
in hoc per clementiam nostram quieti publicae
consulatur. hactenus fiet, ut, sicut superius com- 11
prehensum est, diuinus iuxta nos fauor, quem in
tantis sumus rebus experti, per omne tempus pro-
spere successibus nostris cum beatitudine publica
perseueret. ut autem huius sanctionis <et> beni- 12
uolentiae nostrae forma ad omnium possit perue-
nire notitiam, prolata programmate tuo haec scri-
pta et ubique proponere et ad omnium scientiam
te perferre conueniet, ut huius nostrae beniuolen-
tiae [nostrae] sanctio latere non possit.

His litteris propositis etiam uerbo hortatus est, ut conuen- 13
ticula <in> statum pristinum redderentur. sic ab euersa ec-
clesia usque ad restitutam fuerunt anni decem, menses plus
minus quattuor.

49. Sequenti autem Licinio cum exercitu tyrannum pro- 1
fugus concessit et rursus Tauri montis angustias petiit. muni-
mentis ibidem ac turribus fabricatis iter obstruere conatus

1 restituerint *Bal, sed Euseb.* ὅπως αὐτοί, οἵτινες—ἀποκαθιστῶσι, —ἐλπίζοιεν 2 bene uolentia *C (cf. p. 229, 15. 232, 5. 233, 15)* 6 publice *C, corr. Bal* 7 conpraehensum *C* 8 quem *Bal,* que *C* 9 prosperis *uel* prospere fluentibus *Tollius,* prosper esse *Buenemann;* ἡ θεία σπουδὴ περὶ ἡμᾶς—διὰ παντὸς τοῦ χρόνου βεβαίως διαμενεῖ *Euseb. § 13* 10 beatitudine nostra, *sed* nostra *del., C* 11 et *add. Fritzsche;* ταύτης τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας καὶ τῆς καλοκἀγαθίας ὅρος *Euseb. § 14* 13 prolata *Bal,* praelata *C;* prolato *Heumann* programate *C* 15 *pr.* nostrae *retinet Halm p. 164 conl. Euseb.* ταύτης τῆς ἡμετέρας καλοκἀγαθίας, *alter. Bal* 18 in *add. Bal* restituerentur *Heumann, conl. c. 3, 4* 20 IIII^{or} *C* 21 sequente *Cuperus, item anonymus p. 67 Heumann Bentleius,* tyrannus *anonymus ibid. et Bentleius* 22 recessit *Heumann* rursus| cursu *Bentleius* petiit *Columbus et anonymus ibid.,* petit *C* munimentis *Bal,* monumentis *C*

est et inde detrusus perrumpentibus omnia uictoribus Tarsum
2 postremo confugit. ibi cum iam terra marique premeretur
nec ullum speraret refugium, angore animi ac metu confugit
ad mortem quasi ad remedium malorum, quae deus in caput
3 eius ingessit. sed prius cibo se infersit ac uino ingurgitauit,
ut solent ii qui hoc ultimo se facere arbitrantur, et sic hausit
uenenum. cuius uis referto stomacho repercussa ualere non
potuit in praesens, sed in languorem malum uersum est pe-
stilentiae similem, ut diutius protracto spiritu cruciamenta
4 sentiret. iam saeuire in eum coeperat uirus. cuius ui cum
praecordia eius furerent, insustentabili dolore usque ad rabiem
mentis elatus est, adeo ut per dies quattuor insania percitus
5 haustam manibus terram uelut esuriens deuoraret. deinde
post multos grauesque cruciatus cum caput suum parietibus
infligeret, exilierunt oculi eius de caueis. tunc demum, amisso
uisu, deum uidere coepit candidatis ministris de se iudican-
6 tem. exclamabat ergo sicut ii qui torquentur solent, et non
se, sed alios fecisse dicebat. deinde quasi tormentis adactus
f. 15b fatebatur Christum subinde | deprecans et implorans, ut suimet
7 misereretur. sic inter gemitus quos tamquam cremaretur ede-
bat, nocentem spiritum detestabili genere mortis efflauit.

1 detrusus *Le Nourry, item anonymus p. 67 et Bentleius,* detorsum *(sic) C;* dextrorsum *Bal,* rursum *uel* deorsum *Buenemann;* petiit munimentis—conatus. sed undique uersum *(cf. c. 34, 5, uel* uersus*) Heumann* 2 Hibi *C* p̃meretur *(sic, sed inferiores partes litterarum euanuerunt) C;* perterreretur *Bal,* peteretur *Graeuius,* proterreretur *Tollius, item Bentleius* 3 nec *Bal, item Bentleius,* non *C, quod placet Halmio p. 162* 6 ii *Halm,* hi *C* 7 stomaco *C* repercussa *Bal,* repercussus *C* 8 langorem *C* uersum est *Heumann, item Halm p. 166,* uerse *(sic) C;* uersa *Bal,* uersa est *Columbus* 11 furerent *Lenglet,* furens *C;* uis—ureret *Bal;* ui—urerentur *Halm,* perurerentur *Brandt* insustemtabili *C* 12 IIII (or) *C* percitus *Bal,* percutis *C* 16 uissu *C* <cum> candidatis *Cuperus,* <circumdatus> candidatis *emendari uelle uid. Maucroix, sed Buenemann c. 14, 2* occultis ministris *confert* 17 ii *Bal,* hii *C* torquentur *Brandt (cf.* solent *u. 6),* torqueri *C* 19 implorans *anonymus p. 68,* plorans *C*

50. Hoc modo deus uniuersos persecutores nominis sui 1
debellauit, ut eorum nec stirps nec radix ulla remaneret.
nam Licinius summa rerum potitus in primis Valeriam, quam 2
Maximinus iratus ne post fugam quidem, cum sibi uideret
esse pereundum, fuerat ausus occidere, item Candidianum,
quem Valeria ex concubina genitum ob sterilitatem adopta-
uerat, necari iussit. mulier tamen ut eum uicisse cognouit, 3
mutato habitu comitatui eius se immiscuerat, ut fortunam
Candidiani specularetur: ⟨qui⟩ quia Nicomediae se obtulerat
et in honore haberi uidebatur, nihil tale metuens occisus est.
et illa exitu eius audito protinus fugit. idem Seueri filium 4
Seuerianum iam aetate robustum, qui fugientem Maximinum
fuerat ex acie secutus, tamquam post obitum eius de sumenda
purpura cogitasset, capitali sententiae subiectum interemit.
qui omnes Licinium iam pridem quasi malum metuentes, cum 5
Maximino esse maluerant praeter Valeriam, quae ⟨quod⟩ uo-
lenti Licinio, in omnia Maximiani ⟨bona⟩ hereditatis iure suo
⟨se⟩ cedere, idem Maximino negauerat. ipsius quoque Maxi- 6

2 stirpis *C (quam formam nominatiui retinere noluimus), corr. Bal* radis *C, corr. Bal* 3 Valeriam quam *'uir reuer.' in ed. Oxon. 1680, item Bal secund. curis et alii,* ualeriũ quẽ *C;* Valerium, quem *Bal in ed. 1679, quod Pagi ad Annal. Baronii a. 313 not. XXIII s. retinendum esse putat* 4 nec *C, corr. Columbus et Bentleius* 5 item *Bal secund. curis et alii,* idem *cum C Bal in ed. 1679 et alii,* inde *Bauldri* 6 sterelitatem *C* 7 uicisse *Boherellus, item Bentleius et alii,* uixisse *C, quod Bal secund. curis defendere temptat;* hoc edixisse *Columbus,* eum *(sc.* Candidianum*)* exiuisse *Bauldri,* uix isse *(i. e.* Licinium uictorem iuisse siue profectum esse*) Buenemann* 8 immiscuerat *scripsimus secuti Tollium, qui* miscuerat *et Columbum qui* inmiscuit *coni.,* miscuit *C* 9 candidiã *C, corr. Bal* qui *add. Columbus;* qui cum *ed. Oxon. 1680,* qui ut *anonymus p. 68, item Bentleius* 11 item *Brandt* 15 malum] aemulum *Graeuius,* iratum *Tollius* 16 praeter Valeriam *Bauldri,* pre ualeria *C* ⟨quod⟩ *Susius p. 13* 17. 18 ⟨bona⟩ *Brandt;* hereditatis *Susius;* ⟨se⟩ *Brandt;* quae uolenti Licinio in omnia Maximiani hereditates iure suo cedere *C;* quae uolens Licinio in omnes Maximiani hereditates iure suo cedere *Bal, in quibus* nolens *scrips. Cuperus (quem plerique sequuntur),* uolenti *cum C retinet Fritzsche (fort. ablatiuum intellegens);* quae ⟨quod⟩ uolenti Licinio in nuptias Maximiani

mini filium [suum] maximum agentem in annis octo et filiam
septennem, quae desponsa fuerat Candidiano, extinxit. sed prius
mater eorum in Orontem praecipitata est: ibi saepe illa castas
7 feminas mergi iusserat. sic omnes impii uero et iusto iudicio
dei eadem quae fecerant, receperunt.

1 51. Valeria quoque per uarias prouincias quindecim men-
sibus plebeio cultu peruagata postremo apud Thessalonicam
2 cognita, comprehensa cum matre poenas dedit. ductae igitur
mulieres cum ingenti spectaculo et miseratione tanti casus
ad supplicium, et amputatis capitibus corpora earum in mare
abiecta sunt. ita illis pudicitia et condicio exitio fuit.

1 52. Quae omnia secundum fidem — scienti enim loquor —
ita ut gesta sunt mandanda litteris credidi, ne aut memoria

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES 4 s. (sic—quae fecerant, receperunt)] Hieronym. Commentar. in Zachar. lib. III cap. XIV (uol. VI p. 826 A Vall.): nos autem dicemus omnes persecutores qui afflixerunt ecclesiam domini, ut taceamus de futuris cruciatibus, etiam in praesenti saeculo r e c e p i s s e q u a e f e c e r i n t. legamus ecclesiasticas historias, quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximinianus, quid saeuissimus omnium Maximinus et nuper Iulianus passi sint, et tunc rebus probabimus etiam iuxta litteram prophetiae ueritatem esse completam, quod computruerint carnes eorum et oculi contabuerint et lingua in paedorem et saniem dissoluta sit.

hereditatis iure succedere *Susius (conl. c. 39, 1 ss.); cf.* hereditatis iure *c. 26, 6*

1 suum *del. Boherellus,* natu *Gale,* tum *Heumann;* tum maxime *Tollius* in annis octo *(sic numerus perscriptus est in C)*] in <Cilicia> annis octo *Columbus,* iam annos octo *Gale,* annos octo *Tollius,* annum octauum *Heumann* 3 mater *s. l. ex* matrem *C* Orontem *(uel* torrentem*) 'uir reu.' in ed. Oxon. 1680, item alii ap. Bauldrium,* torrentem Orontem *Bentleius,* orientem *C;* Orientem *Bal etiam secund. curis retinet* ubi *anonymus p. 68* ille *(sc.* Maximinus, *cf. c. 38, 2) Tollius* 6 *cap. 51 spurium uid. Eberto (cf. ad p. 217, 7) p. 124 n. 19* 7 tesalonicam *C* 8 conpraehensa *C;* <et> comprehensa *Heumann* 9 miseracioni *C, corr. Bal* 10 amputantis *C* eorum *C, corr. Bal* 11 illic *C, corr. Bal* conditioni *C, corr. Bal;* condicio in exitium fuit *Arntzenius, Panegyr. ueter. I 197* 12 fidem *Bal,* finem *C* scienti enim *cum C anonymus p. 68,* scientium *Bal; ad quod Bentleius* scienti enim *(ex adnot. Le Nourryi) ascrips.* locor *C*

tantarum rerum interiret aut si quis historiam scribere uolu-
isset, [non] corrumperet ueritatem uel peccata illorum aduersus
deum uel iudicium dei aduersus illos reticendo. cuius aeter- 2
nae pietati gratias agere debemus, qui tandem respexit in
terram, quod gregem suum partim uastatum a lupis rapacibus
partim uero dispersum reficere ac recolligere dignatus est | et f. 16a
bestias malas extirpare, quae diuini gregis pascua protriuerant,
cubilia dissipauerant. ubi sunt modo magnifica illa et clara 3
per gentes Iouiorum et Herculiorum cognomina, quae primum
a Dioclete ac Maximiano insolenter adsumpta ac postmodum
ad successores eorum translata uiguerunt? nempe deleuit ea
dominus et erasit de terra. celebremus igitur triumphum dei 4
cum exultatione, uictoriam domini cum laudibus frequentemus,
diurnis nocturnisque precibus celebremus, celebremus, ut pacem
post annos decem plebi suae datam confirmet in saeculum.
tu praecipue, Donate carissime, qui a deo mereris audiri, do- 5

LOCI AVCTORVM EXPILATORVM SIMILES § 4] cf. Euseb. H. E. X 4, 72 et omnino ad hoc Mortium caput eiusdem capitis Eusebii § 14 s. 28 s.

1 interiret *Bal*, interire *C* 2 non *del. Columbus* corrunperet *C* peccata *Bal*, specta *C* aduersus *Lenglet*, aduersum *C* 3 aduersus *Bal*, ad uersos *C* 4 pietati *Bal*, pietatis *C* qui] quod *Heumann* 8 magnifica *Bal*, magnificentia *C* clara *ex* dura *C* 10 assumpta *C* hac *C*, *corr. Bal* 11 euiluerunt *Heumann* eam *C*, *corr. Bal* 14 *ante* diurnis *lacunam significat Columbus*, <ac> diurnis *Heumann* celebremus caelebremus *(sic) C*, *quod tuentur Lenglet et Duebner*, *alt. del. Bal*, *pro quo* obsecremus *Boherellus*, deprecemur *anonymus p. 69*, eum oremus *Heumann*, <ei> supplicemus *Brandt*, *cf. [Lact.] Inst. VII 27, 2 adn. § 17 (I p. 668)* cui nos cotidianis precibus supplicamus ut . . ., *Euseb. Hist. eccl. X 4, 72* . . . τῆς παρούσης πανηγύρεως καὶ τῆς φαιδρᾶς ταύτης καὶ λαμπροτάτης ἡμέρας τὸν αἴτιον καὶ πανηγυριάρχην νύκτωρ καὶ μεθημέραν διὰ πάσης ὥρας καὶ δι' ὅλης ὡς εἰπεῖν ἀναπνοῆς ἐν νῷ προορώμενοι . . . μεγάλῃ διαθέσεως φωνῇ καθικετεύσωμεν, ὡς ἂν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ μάνδραν εἰς τέλος ἡμᾶς σκεπάζων διασῴζοιτο, τὴν παρ' αὐτοῦ βραβεύων ἀρραγῆ καὶ ἄσειστον αἰωνίαν εἰρήνην 15 plebis *C*, *corr. Bal* 16 donate kme *C* a deo *Bal*, adeo *C*, *quod defendit anonymus p. 69*

minum deprecare, ut misericordiam suam seruet etiam famulis suis propitius ac mitis, ut omnes insidias atque impetus diaboli a populo suo arceat, ut florescentis ecclesiae perpetuam quietem custodiat.

1 etiam] aeternam *Boherellus*, et maneat *Heumann*, iam *Halm p. 163* 3 florescentis ecclesiae perpetuam quietem *Columbus Nic. Heinsius alii*, florescentes aecclae perpetuae quiete *C*; florescentes Ecclesias perpetua quiete *Bal in Erratis, item alii et Bentleius* 4 custodiat *ex* -as *C*

INDICES

Inst.	=	Diuinae Institutiones.
Ep.	=	Epitome Diuinarum Institutionum.
Op.	=	De opificio dei.
Ir.	=	De ira dei.
Phoen.	=	De aue Phoenice.
Fragm.	=	Librorum perditorum fragmenta.
Mort.	=	De mortibus persecutorum.
Testim.	=	Vetera de Lactantio testimonia.

I. INDEX AVCTORVM.

Accedunt loci similes isdem ex fontibus oriundi.

Quibus locis asteriscus (*) praepositus est, iis auctorum aut nomina aut uerba ipsa a scriptore adferuntur.[1])

Loci Sacrae Scripturae.

---

[1]) Proponuntur loci quidam postea inuenti, in editione non subscripti.

Scriptores Latini et Graeci.

[1]) Ii Testimoniorum loci ex quibus Lactantius locos S. Scripturae in librum IV Institutionum transcripsit, hic non indicantur; de quibus cf. apparatum libri IV Instit.

[2]) Locis quibusdam Lactantium attingere Institutiones Ulpiani conicit C. Ferrini, *Die jurist. Kenntnisse (des Arnobius u.) des Lact., Zeitschr. d. Savigny-Stiftung, roman. Abteil.*, uol. XV p. 348. 350 s.

[1]) Locum Inst. I 22, 1—4, quem in adn. ad Florum II, 1—4. 8, 3 rettuleramus, ex Liuio I 19, 4 s. 20. 21, 3, loci Inst. I 15, 32 partem, quam ex Floro I 1, 18 fluxisse conieceramus, ex Liuio I 7, 9 (habitu— humana) repetitam esse G. Wissowa ostendit, *Goetting. Gel. Anz.* 1895, 525.

[1]) In prima parte editionis nostrae numeri uersuum Sibyllinorum sequuntur editionem Friedliebii, in altera Rzachii.

---

[1]) Hoc tamen loco Mortes uix pendent a Panegyrico, sed simillimi tantum loci uidentur. Alia de usu Panegyricorum si qui uidetur esse in libro De mort persec., dat A. Crivellucci. *Il Falso-Lattanzio ed Eusebio nel racconto della guerra del 312 dipendono da Eumenio e da Nazario? Studi storici II 374.*

[1]) Locos Inst. I 15, 32. 22, 1—4 non ad M. Senecae Historias (cf. I Add. ad p. 61, 3 huius edit.), sed ad Liuium I 7, 9 et 19, 4. 20. 21. 3 referendos esse G. Wissowa demonstrat, *Goetting. Gel. Anz.* 1895, 525.

Scriptores incerti.

II. INDEX EXPILATORVM ET TESTIVM.

Quibus locis scriptorum asteriscus (*) praepositus est, iis Lactantii aut nomen aut uerba ipsa adferuntur.[1])

[1]) Proponuntur loci quidam postea inuenti, in editione non subscripti.

---

[1]) Locis quibusdam orationis quae fertur Constantini ad Sanctorum coetum insignem cum Lactantii Institutionibus consensum obseruauerunt Heinichen. Euseb. III (ed. alt.) p. 572 (ad c. III 1). 574 (ad c. X). 579 (ad c. XVIII 3). Rossignol, *Virgile et Constantin le Grand*, Paris. 1845 (secundum Augustinum Mancini, *Studi storici* III 100), Vict. Schultze, *Zeitschr. f. Kirchengesch. XIV 545 ss.*, accuratissime uero Mancini l. c. p. 211 ss., qui Institutiones plane pro fonte quodam Orationis illius habendas esse ostendit.

---

1) J. W. Beckius, Mnemosyne uol. XXII (1894) p. 343, in libello qui Origo gentis Romanae inscriptus est, Lactantii sermonis uestigia inesse ostendit, idem praeter locos p. 341 ss. adlatos nobis alios per litteras indicauit. Ex his duo saltem hic commemorandi sunt, Orig. III 3 *ritus colendorum deorum*, cf. Inst. I 22, 27 *colendorum deorum ritus*, et Orig. VIII 6 *sacra penes Pinarios resedisse*, cf. Inst. II 13, 8 *penes quos religio dei resedit*. — Iam Baehrensius, Fragm. poet. Roman. p. 46 ad Naeuii fragmentum 19 (= Lact. Inst. I 6, 9), inter Lactantium et libellum de Orig. gent. Rom. aliquid cognationis interesse significauerat.

2) In Prudentio esse quaedam similia Lactantianis cum iam editores, maxime Areualus et Buenemannus, perspexissent, hanc quaestionem accuratius persecuti sumus in disputatione 'De Lactantii apud Prudentium uestigiis' inscripta, edita in libello *Festschrift des Gymnasiums in Heidelberg*, 1894, p. 1 ss., in qua praeter locos supra datos etiam alios indicauimus minus certos.

Zeno Veronensis.[1]) lib. I tract. III c. I p. 281 A (duas iustitias: utramque—perdiderunt . . . . Inst. V 16, 12.
— lib. I tract. III c. I p. 281 A (de futuro nihil opinantes) . . . . V 17, 15 s.
— lib. I tract. III c. I p. 281 A (iustitiam dei cum stultam putant) . . . . V 17, 34. 18, 1.
— lib. I tract. III c. I p. 282 A (suam quia . . .) . V 16, 1 ss. (cf. § 3). 17, 9 ss.
— lib. I tract. III c. I p. 282 A (a quouis—iniusta) V 16, 13 (quam . . . iniustam).
— lib. I tract. III c. II p. 283 A (non enim rem) VI 15, 16 (nomina . . . manent).
— lib. I tract. III c. III p. 284 B (qui enim stultus est) V 17, 25 s.
— lib. I tract. III c. IV p. 285 A (iustitiam—fontem uirtutum) . . . . V 5, 1.
— lib. I tract. III c. IV p. 285 B (haec captiuorum . . .) VI 12, 16. 21. 24 ss. 39.
— lib. I tract. III c. IV p. 285 C (hanc, qui—uanam) V 1, 15. 4, 4.
— lib. I tract. IV c. IV p. 297 A (euagandi extra legitimum torum) . . . . VI 16, 9.
— lib. I tract. VI c. IV p. 315 B (ideo—patiens) . V 22, 4.
— lib. I tract. XII c. II p. 340 A (tunc ad imaginem . . .) . . . . II 10, 3.
— lib. I tract. XII c. II p. 340 A (eique—spiritus sui) II 12, 3.
— lib. I tract. XII c. II p. 340 A (cui ab humo—inposuit) . . . . II 10, 3. Ir. 10, 43.
— lib. I tract. XII c. II p. 340 A (ut contemplatione —artificem) . . . . II 2, 15.
— lib. I tract. XII c. II p. 340 B (liuidus ille criminator . . .) . . . . II 12, 17 s.
— lib. I tract. XII c. III p. 341 A (utitur—condicione mortali—admitteret) . . . . IV 10, 1.
— lib. I tract. XII c. IV p. 341 B (ex—repugnantibus) II 12, 7.
— lib. I tract. XII c. VI p. 343 A (in armis . . .) . VII 27, 2 s. 16.

[1]) Zenonem Veronensem inter expilatores Lactantii esse cum nos fugisset, indicauit Car. Weyman, Mus. Rhen. XLVII (1892) p. 640. Animaduerterant iam Ballerinii fratres Zenonis editores (Veronae 1739); hac editione a Mignio Patrol. tomo XI (Paris. 1845) repetita in locis qui supra adferuntur significandis usi sumus. Ballerinii Zenonem nonnulla ex Lactantio sumpsisse non solum uniuerse ostenderunt (Dissert. I cap. I § 2 = p. 36 A Migne; cap. II § 6 = p. 58 D), sed etiam in notis multos Lactantii locos proposuerunt: quibus nos alios addidimus. Giuliarus editor Zenonis (Veronae 1883) quae adfert ex Lactantio, omnia a Ballerinii habet.

Scriptores incerti.

II. INDEX NOMINVM ET RERVM.[1]

[1] Numeri romani (I. II) sunt partium huius editionis, arabici paginarum et uersuum. Litteris Ph post numerum II positis Phoenix carmen, littera M liber De mortibus persecutorum significatur. — His uncis | | includuntur quaedam quae sunt in locis aliorum a scriptore adlatis, praeterea spuria quaedam.

IV. INDEX VERBORVM RERVMQVE GRAMMATICARVM NOTABILIVM.[1]

[1]) Cf. ad Indicem III p. 279.

28. II 77, 2. *al.* cui quid mali potuerit accidere, si uiueret, non inuenio I 239, 1. si—addidisset, quis non sentiat quam turpe esset futurum II 8, 20. ut uideatur non constatura fuisse ratio, si quicquam aliter esset effectum II 27, 8. *sim.* I 100, 24. *in accus. c. inf.* deum perditurum fuisse uniuersa credibile est, si irasceretur II 75, 5. *item* I 117, 22. 249, 5. 369, 9. — si (nisi) *c. coni. imperf. ad significandam repetitionem (?)* II M 196, 24. 197, 1. 209, 1.

condire uitia uoluptate I 2, 27.

conditor: deus conditor I 14, 20. 142, 15. c. deus I 659, 12. ille summus et c. rerum deus I 712, 4. II 124, 9. (*cf. etiam* deus). c. rerum parensque I 512, 9. summus c. I 693, 20. *cf. etiam* artifex. conditores duodecim tabularum I 511, 1.

conditrix I 14, 10.

condonare I 249, 8. 573, 11.

conducere: (ossibus) in se uelut in circulum paene conductis II 20, 2.

conectere: bonum et malum ita sibi esse conexa I 698, 20. *sim.* I 753, 1. II 102, 13. ad II 37, 21. cum I 700, 19. 753, 1.

conferre se ad I 1, 8. II 70, 1. [M 213, 5.] oculos atque mentem cum *aliquo* I 103, 3. uultum cum deo II 78, 11. multum (plus) *alicui* I 3, 13. II 13, 14. ad II 35, 8.

confessio I 27, 13. 185, 14. 215, 9. 220, 5. 505, 2. II M 188, 16. *sensu ecclesiastico (sc. peccati)* confessio et paenitentia I 396, 17. — *martyrum* gloriosa confessio II M 171, 8. 189, 23.

confessor II M 171, 3. 214, 3. 215, 15.

conficere: se ipsa philosophia consumit et conficit I 185, 13. philosophia suis armis confecta I 184, 7. se conficere enitendo diebus ac noctibus I 197, 20.

confidenter I 225, 20. confidentius II M 179, 23.

confidere I 141, 3 sibi I 124, 18. deo I 441, 21. *c. abl. rei* I 219, 6. 671, 20. 469, 17. II 18, 7. ex I 122, 22.

configurare I 155, 8. 595, 2. in eo habitu simulacra eorum configurata sunt I 64, 23.

confingere simulacra I 41, 6.

confinis I 404, 9.

confinium II 33, 9.

confirmator I 6, 13.

confiteri I 13, 12. 37, 5. 63, 17. 64, 18. aperte (de) I 60, 8. deum I 17, 15. 96, 17. 434, 12. se daemonas I 725, 2. cultores dei I 436, 13. *sensu ecclesiastico* peccata I 347, 21. *item sine obiecto* deo I 749, 10. deus suscipit peccatorem confitentem—iustum confitentem I 749, 14. 15. *passiue* aliorum confessa stultitia I 505, 8. pro confesso et indubitato habitum est I 138, 14.

conflagrare I 230, 3. 12. II M 187, 17.

conflagratio (confragl- *H*) I 144, 24.

conflare I 9, 17. 124, 1. 702, 24. II Ph 142, 100.

[conflictatio I 602 adn. § 6.]

confligere cum *aliquo (uerbis)* II M 192, 4.

confragosus I 485, 11. per confragosa I 506, 13. 543, 17.

confuse I 23, 5.

confusio I 4, 17. 132, 6. 249, 13. 362, 5. II 81, 18.

ex confuso aceruo I 132, 8.

26*


ST. MICHAEL'S
COLLEGE

V. INDEX GRAECVS.